


16. a

2. 11.

Salto	A
Tabla	3
	248

Handwritten notes in cursive script, possibly including a name and date.




66
71
88
99
100
111
122
133
144
155
166
177

16. a

2. 11.

...	...
...	...
...	A
...	3
...	...
...	348
...	...

Handwritten notes:
L. de ...
...



+TITVLORVM+
OMNIVM IVRIS *R. 657*

TAM CIVILIS,

QVAM CANONICI

expositiones;

del Colegio de San Ildefonso de Madrid
SEBASTIAN OBRANT I. V. Doctore
celeberrimo, autore.

HIS ACCESSIT

*Modus studendi in viroque iure, per Ioannem
Baptistam Caccialupum.*

Omnia ad vetustorum exemplarium fidem nunc ultimùm
diligentissimè repurgata: adiectis insuper ad
singulos Titulos suis numeris.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 2. C. 22. N. 12.

LVGDVNI,
APVD ROBERTVM ODETVM

M. DC. XXI



V M aliquot iam annos pro suscepta ab ineun-
 tate vitæ meæ ratione, in recognoscendis
 veterū scriptis, summa fide, diligenti, & sim-
 versatus, non alienū ab instituto meo factu-
 rus videbar, si meliusculè iam habentibus hu-
 manitatis studiis vestra causa paululum à consuetudinis
 meæ curriculo deflecerem, primitusque etiam Iurisprudentiæ
 progymnasmatibus aliquid opis afferre conarer. Neque
 enim satis fideliter vestris studiis consuluissem, si quos in tri-
 vialibus adhuc gymnasiis versantes, cōmodis semper armis
 instruxissemus, eosdē nunc grauioribus disciplinis macipar-
 tos, destituissemus inermes. Porro quemadmodum non ita
 multum interesse putamus, inermisne miles in aciem pro-
 deat, an eiusmodi armis instructus. quibus, cū res exigat,
 salutem tueri non possit: ita non magnopere referre puta-
 mus, omnine protus librorum supellectile destituamini,
 an corruptissimis istis editionibus, hoc est, meris ingenio-
 rum crucibus, prodeatis instructi. Proinde cū non ita pri-
 dem in hæc titulorum Iuris enucleationes incidissem, vri-
 listimas quidem illas, cæterum multis mendorum millibus
 indignissimè coaspurgatas, rem vobis non, ingratam me
 facturum arbitrabar, si omnes ingenij heruos in hoc vnū
 intenderem, vt opus hoc vestris studiis aqua & igni magis
 necessarium, quam exactissimè restitutum, ornatissimif-
 que typis excusum, in publicum exiret. Qua quidem in re
 si nostram vobis operam non ingratam fuisse intelle-
 xerimus, non patiemur in posterum quid-
 quam in hoc genere diutius à
 nobis desiderari.

Valete.

IN



IN TITVLORVM IVRIS INTERPRETATIONEM,

Ad Doctorem Andream Helmut,
Sebastiani Brant Præfatio,



ERET admiratione dignum, ornatissime
 vir, totiusq; eloquentia & facundia colu-
 men, ac longe princeps, cur ego adolescens,
 nullius peritiae, aut artis bona gnarus, hanc
 mihi vsurpem prouinciam, vt ausim non
 modo de iuris principijs, sed & maxime ad te virum om-
 nium acutissimū scribere, cuius domi iura nascuntur. No-
 etuas profecto Athenas fero. Et, vt apertius loquar, balbu-
 tiens ego, iudicari potius abs te, quā videri volui. Quā-
 obrem cū te nouissem virum humanum, ac perdoctum, mi-
 hig, fasentissimum: sumpsit animum, liberiusq; meas ad te
 lusi pueriles ineptias. Cum enim nuper inter auditorū gre-
 gem, velut alter Tyrrus (vt soleo) hoc est, mercenarius, legi
 Titulos, seu maui Rubricas, totius iuris & legitime sciē-
 tia primordia & elementa interpretarer, factū est, vt me
 inconsulto ex mea lectione (ceu Tages ex glebula) opus in-
 speratū, & forte suo non indignum autore, prorupit. Quod
 cū ego planius elimare, seu forte superflua, aut perperā
 posita interlinire properarem, impressorum importunitas
 (quibus nihil satis festinatur) meā interuertit diligentia.
 Quid multa? continere non potui equum Lydum ad cur-
 rendum accinctum: acta res est uti vides. Tibi tamen viro
 celeberrimo, quem haud ab re Aulum Cassellium, vel Mes-
 salam

4.
salam, aut, si pateris, Quint. Scæuolam appellauero tibi, in quâ, hoc opus, quantumcumque sit, dedicare statui: ut & tibi pars cura, & lima labor incumberet: teque participem latratu (quem nobis minime de futuro scio) efficierem. Latret igitur criticus quisquis, modo nunquam latrare desinat: nostra enim ad euentum festinat, & in medium res. Tibi nominatim hoc opusculum dicatum emittere placuit. In qua interpretatione multis quidem omnia, & pluribus cognita: grata tamē & utilia iuuenibus reperies, nonnulla tamen qua vel altius repetenda vel copiosius differenda fuerūt, strictim enarrauimus: ne magnitudo principij plus quàm par est, excresceret. Et ne epistola modum excedam, iam finem loquendi facturus, paululum quippiam de legalium titulorum laudibus annectā, que quidem sunt prima cunabula, & ciuilibus prudentia præexercitamenta, à sacratissimis legumlatoribus deriuata, ac imperiali splendore illuminata. Ea est nobilis illa rerum domina, per quam reguntur omnia, & sine qua factum est nihil, in Authent. ut om. obedi. iud. prou. in pri. collat. v. Ipsa est que neminem in paupertate viuere sinit, neque in anxietate mori, in Authent. de here. & fal. in fin. collat. j. & ex qua cautè agens nihil poterit damnificari: ut ibi. Ipsa est sanctissima ciuilibus sapientia, qua pretio nummario non est æstimanda, l. j. ff. de var. & extraord. cog. Et est firmissima quo ad mundum, Inst. de rer. diu. i. §. sancta, & sine ea orbis diu persistere non posset, in Auth. habita, C. ne fil. pro pa. per quam non minus prouidetur humano generi, quàm si patria armis defenderetur. l. aduocati. C. de aduo. diu. iudi. Ipsa est que nobilitat ad discendos, l. prouidendum. C. de postul. exhibet magistratus, in proe. Inst. circa fin. & honores conduplicat, cap. venerabilis, de præb. & c. de multa. Et ut vera per omnia fatear, suos professores per orbem terrarum facit gloriose

princi

5
principari, eosque immortalis gloria post exutum hominem in cælestibus afficit. Atque ut uno omnia concludamus verbo: Satius, ab satius percastor foret, omnino reticere, quàm parum de eius laudibus loqui: ut Seruius noster Honoratus de Carthagine inquit. Tu tamen vir Iureconsultissime, qui totius patrie nostra oraculum existis, si quid minus quàm oporteat, ampliùsve quàm deceat dixerimus: tua presentia, & repetita lectione illustrabis.

*Viue, vale, & superes longæui Nestoris annos,
 Eloquij princeps Scæuola docte, Vale.*

*Basilea ex adibus nostris Calend. Maij,
 Anno M. D V.*

EXPOSITIONES TIT.
 VTRIVSQUE IURIS,

PER SEBASTIANVM
 BRANT.



VM difficile, imò impossibile sit, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio, j. q. j. cap. principatus, & vniuersi-
 usque rei potissima pars sit principium, l. j. ff. de orig. iu. Magnum igitur Deum, & saluatorem nostrum Iesum Christum, & eius auxilium inuocantes. in Auth. de ar. in pr. oportet iuri operam duros prius erudire animam quàm corpus, in proe. ff. §. illud, & istud sibi ponere principium, sine quo totum corruet edificium, j. q. j. cap. cum Paulus. ac dicere cum Marone Virg. Ab Ioue principium. glo. in c. sedes. de rescri. Alias enim præposterus diceretur ordo, deficiente humano subsidio, conuocare ad auxilium diuinum, de Con. dist. j. c. omnis Christianus, in fin. Quia igitur ardua prima via est,

vt dicit gl. in l. ij. ff. de verb. sign. ideo à facillioribus & leuioribus studium quodque, præcipuè tamen Iuris, inchoandum est: ne in desperationem, quæ plerunque iuuenes auertit, Iuris studiosos inducat, Institut. de iust. & iur. §. his ergo.

LEGVM itaque imperialium facturus interpretationem, ab explanatione Titulorum exordiri statui, & id quidem quàm breuissimè: post ibi paululum quippiam de libris legum, ac eorum cognitione & differentia in medium afferemus.

Pædectæ. LIBRI legum principaliter tres reperiuntur. Digestorū siue Pædectarū primus appellatus, eò quod digerit omnes disputationes legū, & in se, quasi in suo aluo, continet. C. de vet. iur. enuc. l. ij. §. cū omnia. Pædectæ dicuntur à pan, quod est totum, & dectæ, doctrina, quia totius Iuris doctrinā continet: vt dicit gloss. in proœ. Inst. §. igitur. vel potius à πῦρ, quod omne significat, & δ' ἁρμονίαι, id est capio: dicuntur enim libri aliquid vniuersaliter comprehendentes: hinc Pædectæ legum, Theologia, vel Medicina denominantur. Et cōtinēt hic liber Digestorum tres partes principales, quæ deinceps in quinquaginta particulares distributæ sunt libros, qui cōprehenduntur in Digesto Veteri, Infortiatio, & Nouo. Verus Digestum tractat principaliter de his, quæ à verustiori Iure, putā à Iure naturali originem sumpserūt: quæadmodū sunt quasi omnes cōtractus & placitandi vsus, qui sunt à Iure naturali, saltē secundariò, hoc est, Iure gentiū introducti, Inst. de iure nat. §. Ius autē gentium. Propter istam puritatem & simplicitatē veteris Iuris, quale in Digesto veteri cōtinetur, liber iste Veteris ff. solet alba pelle, puròque cooperto regi.

Infortiatum. Secunda pars Digestorum est Digestum Infortiati, appellata eo vocabulo propter fortes leges circa hæreditates disponetes, vt dicit gl. in rubr. infortiati: vel est vocabulū magistrale, de quo disputare curiosus est, vt ibi dicit gl. Et propterea solet nigra pelle vestiri, quia de causis hæreditarijs, & bonis defunctorum tractat: quo euentu lugubris vestis, hoc est, nigra, eligi debet, ff. de his qui not. infam. l. genero. iuncta gloss. fi. & in l. Decreto, C. eod.

Nouum. Tertia pars ff. appellatur Digestum nouum, eò quod post verus Ius XI. tab. noua contineat Prætorum edicta, tractas de criminibus, & delictis, & eorum pœnis: & ideo rubea & sanguinolenta veste induitur.

S E C V N

Codex. S E C V N D V S liber legum est Codex, qui quodammodò eisdem continet titulos, qui & in libris ff. continētur. Nisi quoddam modicos habet superadditos, & de nouo inuētos. Et est iste liber nouior, & recētior quàm leges ff. vt dicit tex. in l. ij. C. de vet. iur. enuc. & ideo florida & viridi veste induitur.

Voluū. Tertiū liber legum est volumen, continens in se primo Institutiones imperiales. Secundo tres liberòs vltimos Codicis, hoc est, decimum, vndecimum, & duodecimum: qui ideo non fuerunt repositi ad alios nouem libros Codicis, tractantes de Iure priuato, quia hi tres continent Ius publicum, & tractant de Iure fisci, nec vnquam leguntur in scholis: vt dicit gloss. Inf. de Iust. & iur. §. fin. Tertio continet Volumen nouem collationes Authenticorum, Quarto consuetudines Feudorum, quæ Collatio decima appellatur. Ad duntur & hodie quædam Extrauagantes, quæ Collatio XI. solet appellari, & ab ista congerie & conuolutione variorū librorum, hic liber volumen appellatur est. Et quia partim Codicis & nouarum constitutionum, & partim etiam quædam pœnales & fiscales sanctiones continet, & in nonnullis locis pœnam transgressoribus irrogat, ideo bipartita veste, viridi putā, & rubea coloratus incēdit.

R V B R I C Æ D I G E - S T I V E T E R I S.

Digestorum pars Prima.

LIBER I.

Tit. I. De iustitia & iure.



IMPERATOR Iustinianus expositurus iura populi Romani, præmittit de Iustitia, à qua veluti matre, & quasi fonte quodā, omnia iura emanat. Quod enim Iustitia vult, id nus prosequitur. Vidēdum ergo quid sit Iustitia quid Ius, vnde dicatur, & quot sint eius positiones. Iustitia est cōstās & perpetua volūtas, ius suū vniciueque tribuēs. A Iustitia Ius appellatur, sicut filia à matre. Est autē Ius, ars boni & æqui, cuius meritò quis nos Sacerdotes appellat, i. sacra iura ministrans. Ius est duplex, Publicū

*Iustitia-
Iuris di-
uisio.*

& Priuatum. Publicum spectat ad statum Reip. principaliter. Priuatum ad singulorum vtilitatem. Priuatum. Ius triplex est: Naturale, quod natura omnia animalia docuit. Gentium, quod apud omnes gentes æqualiter obseruatur: Ciuile, quod vnacumque ciuitas sibi constituit. Ius ciuile duplex est: Scriptum quod consistit in sex partibus, Lege, Plebiscito, Senatusconsulto, Principum placito, Prætorum edicto, & in Prudentum responso. Non scriptum Ius est, quod vsus approbauit.

II. De origine iuris ciuilis, omnium magistratum, & successionem prudentum.

Origo omnis iuris in ciuitate Romana ex lege XII. tab. fuit exordium. Initio enim ciuitatis Romanæ, populus sine certa lege, manu solius Regis gubernabatur. Aucta postmodum ciuitate Romana, Romulus populum in triginta partes diuisit, quas partes Curias appellauit: quia tunc reip. curam gerebant: per quas ipse leges quasdam Curiatas ad populum tulit. Tulerunt & sequentes Reges: quas omnes Sextus Papyrius vno libro conscripsit, & ab eo appellatum ius Papyrianum. Deinde expulsis Regibus propter violatam Lucretiam, omnes leges exoluerunt, in desuetudinemque abierunt: & populus Romanus cepit quasi viginti annis magis consuetudine, quam lege vti. Postea ne id diutius fieret, constituti sunt publica auctoritate decem viri, per quos peterentur leges à Græcis ciuitatibus Atheniensium & Lacedæmoniorum, vt dicitur in Inst. de iur. nat. §. & non ineleganter, quorum nomina ponuntur vij. dist. c. ij. Has leges in tabulis æneis scriptas pro Rostris posuerunt, datumque est eisdem decem viris vno anno Ius prædictas leges corrigere, & si opus esset, interpretari: qui animaduertentes aliquid deesse primis legibus, alias duas eisdem tabulas adiecerunt: & ita ex accidenti appellatae sunt Leges XII. tabularum. His legibus latis, cepit interpretatio Prudentum desiderari: quæ disputatio Prudentum communi nomine appellatur ius ciuile. Ex his legibus eodem tempore actiones compositæ sunt, quibus inter se homines disceptarent, quæ Pars iuris Legis actiones, id est, legitimæ actiones appellatur. Et idem eodem tempore hæc tria iura nata sunt: Leges XII. tab. Ex his fluere cepit Ius ciuile: ex iisdem legibus. Actiones compositæ sunt. Augescente ciuitate euenit, vt plebs in discordiam cum patribus veniret, & secederet in montem

Auen

Auentinum, sibi que iura constitueret, quæ Plebiscita vocantur, & postea pro lege assumpta: vt inter Plebiscita & Legem. species constituendi interesset, potestas autem esset eadem. Deinde ob difficilem congregationem populi & plebis, cura Reip. ad Senatum deducta est, qui se cepit interponere: idque ius appellabatur Senatusconsultum. Eodem tempore Magistratus vel Prætores iura reddebant, proponentes edicta, vt quisque sciat de qua re dicturi essent, seque præmuniret: quæ edicta Prætoris, vel ius honorarium appellatur, quia ab honore Prætoris venerat. Nouissimè euenit, vt necesse esset rei publicæ per vnum consuli. Igitur constituto Principe, data est ei potestas, vt quod constituisset, ratum esset: quæ Principalis constitutio, vel Principis placitum appellatur.

III. De legibus & Senatusconsultis, & longa consuetudine.

Lex est, quod populus Romanus senatorio magistratu, veluti Consule constituebat. Vel, Lex est, cui omnes homines decet obedire. Legis virtus hæc est, Imperare, vetare, permittere, punire. Senatusconsultum est, quod Senatus iubet, atque constituit. Non enim ambigitur, Senatum ius facere posse: hinc Velleianum, Macedonianum, & alia multa, Consuetudo est, ius non scriptum, quod pro lege seruat, cum deficit lex, j. dist. c. consuetudo. Nam diuturni mores consensu videntur approbati, legem imitantur, Inst. de iur. natur. §. Ex non scripto. Et est consuetudo optima legum interpretis, si de interpretatione, infra eodem.

IIII. De constitutionibus Principum.

Quod Principi placet, legis habet vigorem: quidquid enim Imperator per epistolam statuit, vel cognoscens decreuit, vel de plano interlocutus est, vel edicto præcepit, legem esse constat. Iste leges appellantur Constitutiones. Et quædam sunt generales, quæ sine dubio omnes ligant. Quædam personales, quæ nec ad exemplum trahuntur: quia quod Princeps alicui ob merita indulget, vel pœnam irrogauit, vel alicui sine exemplo subuenit, personam non egreditur: & illud appellatur Priuilegium, quasi priuata lex.

V. De statu hominum.

Status hominum dicitur cõditio, vel qualitas personarum, qua quis plurimum potest. Et appellatur hic titulus in Inst. de Iure personarum. Omnes ergo homines, vel personæ, aut

A 5

sunt

Senatus-
consultum.
Prætoris
edicta.

Principis
placitum.

Lex.

Senatus-
consultum
Consuetudo.

Constitutiones.

Curia.

Ius Papyrianum.

Lex XII.

Tab.

Prudentium
responsa.

Plebiscita.

Liber. sunt liberi, vel serui. Liber dicitur, qui ex naturali facultate facere potest quidquid liber: nisi quod vi aut iure prohibetur, §. l. iij. Seruus autem dicitur, qui ex constitutione iuris gentium, alieno domino contra naturam, id est, contra ius naturale, subiicitur. Appellatus seruus, eod quod Imperatores captiuos in bello seruari iuebant, ne occiderentur. Qui etiam Mancipia dicti sunt, quia manu capiuntur. Omnis Seruus aut nascitur, vt ex ancillis nostris: aut fit, & hoc dupliciter, vel iure gentium per captiuitatem, vt §. vel iure ciuili, quando liber homo maior viginti annis, ad pretium partipandum se venundari passus est, ignorant conditionem suam. Liberi homines in duplici specie reperiuntur. Aut enim sunt Ingenui, qui ex matre libera nati sunt: Aut Libertini, qui ex seruitute manumissi sunt.

VI. *De his qui sunt sui, vel alieni iuris.*

Cognitis personis, quæ alieno iuri subiectæ sunt, similiter etiam intelligemus quæ sui iuris sunt. Est aut duplex potestas scuius personarum, Dominica videlicet, quæ sub se habet seruos: quidquid enim seruus acquirit, id domino acquiritur. Est & potestas patria: Liberi enim nostri, quos ex iustis nuptiis procreauimus, in potestate nostra sunt. Sed ex ciuibus Romanis, id est, liberis hominibus, quidam sunt patres familiarum, quidam Filij familiarum, quædam Matres familiarum, quædam Filia familiarum. Patres sunt qui suæ potestatis sunt: siue sint puberes, siue impuberes. Simili modo Matres fam. Filij autem & Filia fa. dicuntur, qui sub aliena, id est, patria potestate sunt.

VII. *De adoptionibus & emancipationibus, &c.*

Adoptio est actus legitimus, per quem quis fit filius, qui aliàs non est, inde appellata Adoptio, quia optionis filius quis efficitur. Est aut Adoptio duplex: habet enim se vt genus & species, cum diuidatur in Arrogationem & Adoptionem simplicem. Arrogatio fit autoritate Principis, quando ille qui sui iuris est, arrogatur: quo casu qui adoptat, interrogatur, an velit eum quem adoptaturus fit, iustum sibi filium esse. Et si qui adoptatur interrogatur, an id fieri patiatur: inde & Arrogatio dicta, quo casu transit adoptatus cum omnibus bonis & liberis in potestate adoptatoris. Adoptio simplex fit imperio magistratus, id est, cuiuslibet, Iudicis, de eo qui in potestate patris est, & manet in eiusdem potestate adoptione etiam facta. Vnde solet dici, Arrogatio qui suus est, & habet meus esse necesse. Patris adopto suum, nec patris desinit esse. Emancipatio

emancipatio dicitur, cum filius a patre suo quasi manumittitur, vt exeat de patria potestate. Fit autem multis modis vt ius patriæ potestatis soluat. Aut enim per mortem patris naturalem: vel ciuilem: Aut per adoptionem alicuius magnæ dignitatis: quales enumerantur in Auth. const. quæ de dign. col. vj. & alijs modis no. Inst. quib. mod. ius pa. po. sol.

VIII. *De rerum diuisione & qualitate.*

Omnium rerum duo sunt genera, quædam sunt diuini iuris Res diuini & hu-
veluti res sacræ, religiose, & sanctæ. Aliæ humani iuris, veluti
res profanæ. Quod diuini iuris est, id nullius in bonis est.
Dicuntur autem res sacræ, quæ publicè consecratæ sunt vel ritè
per pontifices dedicatæ, siue in agro, siue in ciuitate sint. Et differunt Sacer & Sacrum, quia Sacer locus est, qui consecratus est: Sacrum autem locus in quo sacra reponuntur. Religiosum locum vnusquisque sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum, id est, in fundum proprium. Sanctum est, quod ab iniuria hominum defensum atque munitum est. Sanctum dictum a Sagminibus. Sunt enim Sagmina quædam herbe quas legati populi Romani ferre solent, ne quis eos violaret. Sicut legati Græcorum ferunt ea, quæ vocantur Cerynthea. Et proprie dicimus Sancta, quæ nec sacra, nec profana sunt, sed sanctione quadam confirmata: vt leges sanctæ sunt, & muri & portæ ciuitatum: quia pœnales sanctiones constitutæ sunt in eos, qui aliquid moliantur in portis vel muris, & ideo si quis violauerit muros, capite puniatur. Sicut qui transcendunt scalis admotis vel alia qualibet ratione. Hinc Lucanus in i. Fratrum primi maderunt sanguine muri. Hæ res quæ humani iuris sunt, aut sunt publicæ, aut priuata. Quæ publicæ sunt, nullius in bonis esse creduntur: ipsius enim vniuersitatis sunt. Priuata autem sunt, quæ singulorum sunt. Præterea quædam res sunt corporales, quæ scilicet sui natura tangi possunt, veluti fundus, homo, &c. Incorporales sunt, quæ tangi non possunt: qualia sunt ea quæ in iure consistunt, sicut hæreditas, obligatio, contractus, vfusfructus, seruitutes, & his similia. Quædam iure naturali communia sunt, & ista conceduntur occupanti: sicut est aer, aqua profluens, & mare, & littora maris, & omnia quæ in his reperiuntur. Alia autem flumina penè omnia, & portus, & ripæ publicæ sunt, id est, ad vsum totius populi concessa: nam proprietatis nulli acquiritur. Quædam res sunt vniuersitatis, non singulorum: veluti quæ in ciuitatibus sunt, vt theatra, stadia, & si qua

qua alia sunt communia ciuitatum.

ix. De Senatoribus.

*Patres
cōscripti.*

Senator est vir cōsularis dictus à senio, vel senectute: solis enim senibus cura Reip. demandabatur. I. semper, j. de iure immu. & l. ad Rem publicam. de muner. & hono. hi etiam Patres cōscripti dicebantur, quia eorum nomina scripta erāt in diadematis capitum eorū, vt dicit gloss. Inf. quib. mod. ius pa. po. sol. §. filiusfam. Et erāt centum numero senatores Romæ, vt colligitur ex l. si. in princ. C. de petit. hared. & inde eorum iudicium Centumuirale appellatum fuit, vt ibi Martialis, Hunc miratur adhuc centum grauis hasta virorum. Et in alio loco de filio Reguli, Tam clamor centumque viri. Hi & Senatus consulta faciebant, vt supra diximus.

x. De officio Consulū.

*Cōsulum
creatio.*

Officium Consulū est, vt ex Senatus consulto cōsiliū causam examinet. Ortum habuit creatio Consulū ex eo, cum enim expulsi essent reges, Romæ constituti sunt duo, penes quos summum ius esset: qui ab eo quod plurimum Reipub. consulere, Consules appellati sunt. Ne tamen per omnia regiam sibi potestatem vendicarent, lata lege factum est, vt ab eis prouocatio esset: nēve possent in caput ciuis Romani animaduertere, nisi iussu populi. Solūm relictum est eis, vt cōercere possent, & in vincula publica duci iubere. Inde erat quoddam duodecim Lictores cum fascibus, id est, virgis & laqueis Consulē præcederent: à quibus iuxta mandatum Consulū malefactores seu rebelles ligarentur. vnde etiam Lictores dicti: & sanguineis virgis, si opus foret, cederentur.

xi. De officio præfecti prætoris.

Dictator

Præfecti prætorio officium ex eo sumpsit originem, vt essent æquales Magistris equitum. Nam cum apud veteres Dictatoribus summa potestas committeretur, elegerunt sibi Dictatores militiæ gratia Magistros equitum, qui secundum post eos potestatem gererent. Cum autem regimen Reipub. ad Imperatores translatum esset, electi sunt à principibus Præfecti prætorio, ad similitudinem Magistrorum equitum: & quia præciebantur prætorio imperiali, vbi causas examinabant, idē Præfecti prætorio appellati sunt. Et data est eis plenior licentia ad disciplinā publicæ emendationem: & in tantum aucta est eorum auctoritas, vt appellari à præfectis prætorio non possit. Habent & aliud priuilegium, quia minores ætate ab alijs magistra

*Magister
equitum
præfecti
præt.*

gistratibus, nisi ab ipsis Præfectis prætorio restitui non possunt, & iste est illustris.

xii. De officio præfecti vrbis.

Præfectus vrbis est, cui à domino Imperatore commissa est vrbs administrari. l. j. §. cum vrbe. Et est eius potestas maxima in ciuilibus & criminalibus causis. Nā in ciuilibus contingentibus in ipsa vrbe, vel extra, intra centesimum milliarem contentiofam iurisdictionem sibi vendicauit. In criminalibus punit capite, etiam in cōsulto principe, vt j. de leg. iij. l. j. §. hi. Et est Præfectus maior omnibus magistratibus, in vrbe, vt j. l. iv. Et habet duplex priuilegium: quia liberat à patria potestate, & à curiali conditione, vt in Auth. constitutio. quæ de dign. coll. vj. & C. de decur. l. vlt.

xiii. De officio Quæstoris.

Apud veteres crebrior fuit opinio, Tullum Hostilium tertium Romanorum regem, primū in Romp. Quæstores introduxisse, & à genere quærendi Quæstores dictos. Nā cū ararium siue silcus populi auctus esse cœpisset, vt essent qui illi præessent, constituti sunt Quæstores, qui pecuniæ præsent: dicti à eo, quod inquirendæ & conseruandæ pecuniæ causa creati essent. Constituti etiā erant à populo Quæstores, qui capitalibus rebus præessent, & sententijs legendis, quorum meminit lex xij. tab. Talis erat Minos apud Virgilium, cū ait: Quæstor Minos mouet. Solebant etiam ex Quæstoribus quidam prouincias sortiri, & subrogari à Proconsulibus. Erant & Quæstores qui candidati principis appellabantur: hi solis libris principalibus legendis vacabāt, & in senatu epistolas principis legebant, vt dicit gl. in princ. Inst.

xiv. De officio Prætoris.

Postquam electi erant duo Cōsules, & hi vigente necessitate aliquando bellis finitimis auocarentur, neque essent qui in ciuitate ius reddere possent, factū est, vt Prætor quoque crearetur, qui Vrbanus appellatus est, eod quod in vrbe ius redderet. Post aliquot deinde annos nō sufficere eo Prætori, cū multa turba etiam peregrinorum in ciuitatē veniret, creatus est & alius Prætor qui peregrinus appellatus est, ab eo, quod plerumque inter peregrinos ius dicebat. l. ij. supra de ori. iur. dictus Prætor à præsidio, quasi Prætor: hinc Prætura, dignitas Prætoris: hinc Prætorium, tabernaculū Prætorum, vt inquit Fest. Pomp. Et est officium eius, Romæ tantum: in prouincijs epim eligunt Præsides. Et habent potestatem

*Prætor
urbanus.*

*Prætor
peregrinus.*

*Prætor.
tem*

tem condēdi edicta sub breuiloquio, & in Albo, id est, in loco quodam publico & eminenti dealbato scribebant: & si quis hoc album corrupisset, tenebatur pœna quinquaginta solidorum: vt infra de iur. om. iud. l. si quis id. Horum edictorum compendiosa breuitas, amplam materiam, præbuit Iuriconsultis interpretandi & respondendi de iure. Nec possunt constitui nisi tres, licet olim fuerint xvij. vt infra eo. l. vl. & suprâ de orig. iur. l. ij. §. diuus deinde Augustus.

xv. De officio præfecti vigilum.

De offi. præfecti vig. hanc rubricam vide C. eod. tit.

xvi. De officio Proconsulis & Legati.

Proconsul est, qui cum potestate Consulis in provinciis mittebatur: dictus quasi Consul procul missus. Et talis vbiq; proconsularia insignia habet statim postquâ urbem egressus est, hoc est, sex falces & lictores: amplius habere non potest. Non tamē exercet ea quę sunt iurisdictionis, nisi in provincia ad quâ missus est. Postquâm verò provinciam suam ingressus est, potest mandare iurisdictionem Legato suo, qui quasi delegatus ipse Proconsulis dicitur. Istos legatos non oportet principem cōsulare, sed suum Proconsulē, qui in ea provincia maius imperium habet omnibus post principē. Legati autem Proconsulis nihil proprium habēt, nisi à Proconsule ei mandetur. Proconsul verò portam Romę ingressus deponit imperium: vt infra l. vl. Et in hoc differt à Præside: quia Proconsul eligebatur ex Consulibus vrbis Romę ad aliquam provinciam regendâ, quasi Consul procul missus, vt infra de offi. præsi. l. j. Ille autem est Præses qui cum non esset Consul prius, eligebatur ad provinciam regendâ. In legato autem proconsulis duo sunt specialia: primum, quia cognitio de quolibet crimine ei demandari potest: nō ita in alio nisi in casu infra eo. l. solent. j. responso. & §. sed hoc, & de offi. eius cui mand. leg. vna. Item pronuntiat de crimine suspecti tutoris, licet alius delegatus non possit, Inft. de suspe. tut. §. datum: pœnam verò grauiorem irrogare non potest, infra eod. leg. si quid.

xvii. De officio Præfecti Augustalis.

Præfectus Augustalis dicebatur, qui omnia tributa per Ægyptiacam diocesim in cura & providētia sua habebat. Dicitur Augustalis, quia Augustus eam dignitatem primus ei Præfecto qui Alexandriâ inhabitauit, cōcessit. Et appellatur præfectus Ægypti, vel Augūstalis, vt in Auth. de app. §. illud etiam

etiam. & Co. de rap. vir. l. j. & in Auth. de nox. §. vlt. & iste inter medios magistratus spectabilis est.

xviii.

De officio Præsidis.

Nomen Præsidis generale est, eò quòd Proconsules, & Legati Cæsaris & omnes provincias regentes, licet Senatores sint, Præsides appellantur: Proconsulis autē appellatio specialis est, vt diximus suprâ de offi. Proconsul. Et est Præses clarissimus. vt j. de priu. car. l. j. Et habet Præses provincie maius imperium omnibus in ista prouincia post principē: & in solos homines suę provincie imperium habet dum in prouincia est. Qui si excesserit prouinciam, priuatus est. Curet tamen is qui provincie præset, malis hominibus prouinciam purgare: nec distinguitur vnde sint. Et si milies velit renuntiare imperio vel dignitati, non poterit se separare ab imperio, infra eo. l. legatus: nisi faciat in manu principis à quo habet: vt suprâ de orig. iur. l. ij. §. deinde cum placuisset.

xix.

De officio Procuratoris Cæsaris.

Procurator Cæsaris est, qui ex mandato Cæsaris causas & negotia agit. Et quęcūque acta aut gesta sunt à Procuratore Cæsaris, sic à Cæsare comprobantur, atque si ita à Cæsare gesta essent. Et sicut ad Procuratorē Cæsaris rerū tantum pertinet administratio: ita ad Iuridicū Alexandrię iuris tantum, & non rerum spectat sollicitudo. Contentiosa autem iurisdictione totius Ægypti pertinet ad Præfectum Augustalē.

xx.

De officio Iuridici Alexandria.

Iuridicus Alexandria est, qui demandatam iurisdictionem à principe in ciuitate Alexandria Ægypti habet, de quo suprâ titulo proximo.

xxi.

De officio eius cui mandata est iurisdictione.

De iurisdictione ordinaria tractatur in titulis præcedentibus: hic autem titulus continet eam iurisdictionem, quę est in delegando, scilicet quis delegat, & cui, & qua causa, & qualiter delegatus officium suum explicet.

xxii.

De officio assessorum.

Assessor est, quem sibi iudex ad decisionem causę associat. Omne officium Assessorū in his causis constat: In cognitionibus causarum ciuiliū & criminaliū quid iuris esse debeat. Et ei cui assidet persuadeat in postulationibus: vt videat, an sit infamis qui postulat scilicet aduocatus. Itē vt eū interroget, & ei opponat ad veritatem inquirendâ: & eū tacere faciat, quādo sibi videbitur. Item in libellis conuentionalibus

Album
prætoris.

Legatus
procon-
sulis.

Præses.

recipiendis, si bene concipiantur: si malè, ut respuat, vel dentibus laceret. Item in epistolis iudicibus alterius provinciarum mittendis: ut & testes recipiantur, & sibi cautè remittantur.

LIBER II.

Tit. I. De iurisdictione omnium Iudicium.

Iurisdictionis
Hominis
mixta.

Iurisdictione, prout est genus, diuiditur in Merum imperium, Mixtum imperium, & Simplicem iurisdictionem. Est autem Iurisdictione, potestas de publico introducta cum necessitate iuris dicendi, & æquitatis statuendæ. Merum imperium est, habere gladij potestatem, & animaduertere in facinorosos homines; quod etiam potestas appellatur. Mixtum imperium est, cui non solum inest merum imperium, sed etiam iurisdictione: quod in danda bonorum possessione consistit. Iurisdictione simplex, est etiam iudicis dandi licentia.

II. Quod quisque iuris in alium statuit, ipse eodem iure utatur.

Hoc edictum summam habet æquitatem, quia nititur ex lege diuina: ut, Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris, ut in prin. decret. Et sapientis dicat autoritas, Parere legem quam ipse tuleris, cum omnes, de const. Quis igitur aspernabitur idem Ius sibi dici cum sit litigator, quod ipse alius dixit cum esset magistratus? Qui ergo magistratum vel potestatem gerit, si aliquid in aliquem noui Iuris statuerit, ipse quandoque aduersario eius postulante eo iure uti debet.

III. Si quis ius dicenti obtemperauerit.

Non obtemperare iudici.

Concessum est omnibus Iudicibus, suam iurisdictionem pœnali iudicio defendere id est, multam vel pœnam pecuniariam ei, qui iurisdictioni eius illudere conatur, imponere. Ille dicitur non obtemperasse Ius dicenti, qui quod extremum est in iurisdictione non fecit: veluti si quis rem mobilem vèdicare à se passus non est, sed duci eam vel auferri passus est. Ceterum, & si sequentia recusauit, ei tunc non obtemperasse videtur: sed habet locum aliud edictum, scilicet, Ne vis fiat ei, qui in possess. missus est.

IIII. De in ius vocando.

In ius vocare, est iuris experiendi causa vocare. Et enumerantur in hoc titulo personarum quæ in ius vocari non debent: & apponitur pœna contrarium facientibus.

Si

V. Si quis in ius vocatus non ierit, siue eum quis vocauerit, quem ex edicto non debuerit.

Si quis in ius vocatus non ierit: id est, legitime citatus non comparuit, à competenti iudice qui eum vocauit, vel vocari fecit, pro iurisdictione iudicis condemnabitur. Rusticitate tamen hominis parcendum erit. Datur autè actio incerti, quando pœna certa non est adiecta, in id quod interest, quando quis vocatus non venerit, vel vocatus non comparuerit, cum vocari non debuerit. Multis autem modis potest euenire, quòd scilicet citatus non teneatur comparere. Ut si in citatorio exprimaturs causa ex qua quis non teneatur comparere coram illo iudice: puta si esset causa spiritualis, quæ non debet agitari coram seculari iudice. Vel causa liberalis, quæ non debet agitari coram minori iudice, ut leg. placet. in final. C. de ped. iudic. Vel si esset causa ex qua persona conueniri non possit munita speciali seu singulari priuilegio, ut patronus actione famosa, vel similes. Vel si esset de his qui in ius vocari non possunt. ut leg. ij. supra de in ius vocando. Item si exprimeretur in citatorio locus aliquis inhonestus: ut leg. si cum dies. §. si arbit. Infra de arbitris. Idem si exprimeretur tempus feriarum. Infra de fer. leg. j.

VI. In ius vocati ut eant, vel soluant.

Olim vocatus in ius euitabat multam: siue ipse iret, siue alium mitteret, qui satis daret, ipsum sistere: hodie necessarium habet vocatus personaliter ire, aut ex sua persona satisfacere fideiussoribus interuenientibus: aut cauere sine fideiussoribus. Et fideiussor de veniendo ad iudicium debet dari idoneus. Fideiussor tamen personarum reputatum idonearum, & recusans eos foris recipere punietur: ut infra l. j. & ij.

VII. Ne quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat.

Iurisconsultus tractatus de iudiciis, præmisit de iurisd. om. iud. in specie, & in genere. Quo viso, quia iudicium incipit à citatione. Inst. de pœn. te. litig. §. Omnium. posuit de in ius vocando. Sed quia in ius vocari quandoque non vadunt, & ideo puniuntur, posuit rubricam. Si quis in ius vocatus non ierit. Quandoque non vadunt legitime, quia dant fideiussores nuntio, de eudo, & stando in iudicio: ideo posuit rubricam præcedentem. Quandoque nullum fideiussorem dant, & ideo ad iudicium ducuntur per familiam: & eo tempore quo ducuntur, aliquis eos vi eximit.

B mit

mit de manu familia: ideo ponitur hæc rubrica, Ne quis eum. Quandoque nullus eum eximit: sed ad iudicium ducitur, vel sponte venit, & ab eo petitur satisfactio de stando iuri vsque ad sententiam: & de hoc loquitur titulus sequens, qui satisfactio cogatur. & alij sequuntur de fer. Et ponit hæc rubrica partem edicti, non totum edictum. Edictum autem tale est: Prætor ait, ne quis eum qui in ius vocatus est, vi eximat: néve faciat dolo malo, quo magis eximeretur: vt l. sed eximendi. §. prætor. infra eo. In eum qui aduersus prædicta fecerit, quantum per actorem in litem iurabit, iudicium dabo: vt colligitur ex l. si per alium. §. in eam infra eo. Et proposuit prætor hoc edictum, vt metu pænæ compesceret eos, qui in ius vocatos vi eripiunt. Et est verbum Eximendi generale. Eripere enim est de manibus auferre per raptum: Eximere autem est quoquo modo auferre: puta si quis non rapuerit quemquam, sed moram fecerit, quo minus in ius veniret, vt actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur. Et datur in eum, qui vi exemerit, actio in factum, quæ non id continet, quod in veritate est, sed quanti ea res ab actore æstimata est, de qua controuersia est.

VIII. *Qui satisfacere cogantur, vel iuramento promittant, vel sua promissioni committantur.*

Satisfacere.
Satisfactio.

Satisfactio eo modo appellata est, quo Satisfactio. Nam sicut Satisfacere dicimus ei, cuius desiderium implemus, ita Satisfacere dicimus aduersario nostro, qui pro eo quod a nobis petiit, ita sibi cauimus, vt eum hoc nomine securum faciamus, datis fideiussoribus. Sed etiam pignoris potest, si velit, quis cauere. Si autem qui fideiussorem dare debet, dare non potest, remittitur iuratoris cautioni, vt iuret, se fideiussorem dare non posse, & se facere quod caueat. Immo etiam nuda promissio sufficit, si hoc partibus placeat. Inst. de re. diui. §. venditæ & l. sancimus. C. de verb. signific.

IX. *Si ex noxiali causa agatur, quemadmodum caueatur.*

Noxialis actio.
Noxa.

Præcedens titulus ponit satisfactiones, quæ sunt pro liberis hominibus, iste autem titulus continet, quomodo pro seruis caueatur. Dicitur autem Noxialis actio, quotiens seruus noxiam, id est, damnum dat: qui etiam propterea quod noxiam committit, Noxa appellatur, sicut alias dici solet: Noxia delictum, delinquens noxa vocatur. glos. Inst. de noxal. act. §. j.

Si quis

Si quis ergo promiserit iudicio sisti eum, de quo noxialis actio est, debet eum in eadem causa exhibere: id est, in simili statu, & qualitate, in qua tunc cum promittitur fuerat, quousque sententia feratur.

X. *De eo per quem factum erit, quo minus quis in iudicio sistat.*

Hic titulus cõteret dolum eius qui impedit aliquem iudicio sisti. Nec est superfluous iste titulus: licet supra habeatur alius titulus, Ne quis eum qui in ius vocatus. Quia in quatuor differet hic titulus ab alio: quia alius titulus non habet locum, nisi ubi vis facta est, quo minus sistat: hic autem habet locum etiam sine vi. Secundo, quia alius titulus non consulit nisi vocanti in ius, id est, actori: hic autem etiam vocato. Tertio, quia alibi agitur quantum in litem iuratum est, hic solum ad interesse: dicendo secundum gl. hic. Quarto, quia hic titulus locum habet post citationes & satisfactions receptas: alius ante comparitionem, licet Bar. hanc quartam differentiam non approbet.

XI. *Si quis cautionibus, in iudicio sistendi causa factis, non obtempauerit.*

In titulis præcedentibus, ponitur, quando quis dolo, vel vi alterius, in iudicio non sistitur in hoc titulo ponitur, quando quis per casum fortuitum excusatur. Et in primis excusandus est ille, qui longius abest: illi enim pro singulis diebus vicena millia passuum numerari debent. Sunt & alia causa quibus cauens excusatur vt comparere necessario non teneatur, quæ omnes exprimuntur hoc titulo.

XII. *De feriis, & dilationibus, & diuersis temporibus earum, & ex quibus causis ferie non impediuntur.*

Ferie sunt, quæ ad hoc deputantur, vt homines quiescant, & diuinis, vel aliis rebus necessariis intenti sint. Dicitur sunt ferie a feriendis, id est, a mactandis victimis, quæ diebus festiuis offerrebantur. Et sunt triplices ferie. Quædam indicæ in honore Dei: & his partes non possunt renũciare. Istæ appellantur festiue vel solemnes ferie de quibus de cons. dist. iij. per totum. Aliæ sunt ferie repentinæ, vel indicæ, quæ per Principem, vel superiorem propter aliquod repentinum negotium indicuntur: vt si nascatur Principi filius, vel ob re bene gesta aliquod festum impo-

natur. Tertix sunt ferix ob necessitatem hominum inductx, vt sunt vindemiarum, & messium: quibus tamen feriis partes renunciare possunt: quia in eorum fauorem introductx. c. fi. de feriis. Dilaciones sunt inducix quæ dantur quandoque ad probationes faciendas. Et est Dilatio quæ datur à iure vel ab homine ad aliquid explicandum. Dicta Dilatio, quia differit negotium.

*Dilatio-
nes.*

XIII. De edendo.

Edere.

Edere est actionem, vel causam in iudicio publicè demonstrare. Est enim æquissimum, eum qui acturus est, edere actionem: vt exinde sciat reus, vtrum cedere, an contendere ultra debeat. Et si contendendum putat, veniat instructus ad agendum. Edere est etiam copiam describendi facere. Et ponitur hic titulus in gerundio, videlicet, de Edendo: & non, de Editione: ad ostendendum necessitatem esse impositam edere debent. Et tractatur in hoc titulo triplex editio: scilicet, actionis, instrumentorum, & rationum. Sed ratio editur in principio, cetera in processu causæ: vt dicit glossa hic super rubro.

XIV. De pactis.

Postquam editus est libellus, de quo supra tit. prox. quandoque facit actor pactum gratuitum reo: ideo ponitur rubr. de Pactis. Quandoque inuicem transigunt, ideo sequitur de Transactionib. Quandoque inuicem non potest esse concordia, ideo necessarium quòd litigeret: & partes quarunt sibi aduocatos, & procuratores: ideo in sequenti libro ponitur de Postulando: & subsequenter de Procur. Pactum autem à pactione dicitur. Vnde etiam Pacis nomen appellatum est. Et est Pactio, duorum pluriùve in idem placitum, & consensus: id est, spontaneus consensus. Conuentionis autem verbum generale est, ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi transigendique causa consentiunt, qui inter se agunt. Nam sicuti conueniri dicuntur, qui ex diuersis locis in vnum locum colliguntur, & veniunt, ita qui ex diuersis animi motibus in vnum conueniunt, id est, in vnam sententiam concurrunt, conuenire & pacisci dicuntur.

Pactum.

Pactio.

*Conuen-
tio.*

XV. De transactionibus.

Qui transigit, de re dubia, & lite incerta, neque finita, componit. Et dicitur Transactio pactum remissionis, à trans, & ago. Et differt in eo à Pactis: quia qui paciscitur, rem certam, & indubitatam sua liberalitate remittit, cum is, qui transactionem facit, rem dubiam, & incertam litem, sopire facit.

*Transac-
tio.*

Et dicitur

Et dicitur Transactio, quasi actionis transitio: ab actione enim transit, qui transigit; & ita is qui agit, propriè dicitur transigere, reus autem impropiè dicitur transigere. C. eod. l. j. Et est effectus transactionis, quia ex ea datur exceptio in omni causa ex qua agebatur. C. eod. l. sub prætextu, & infra eod. l. non est, nisi reus dolo occultauit speciem, in qua deceptus est actor vt infra de pact. l. tres.

LIBER III.

Tit. I. De postulando.

Q Via in editione actionum, & in causæ processu necessaria sunt aduocati, vel postulatōres: ideo de his ponit. Est autem Postulare, desiderium suum vel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere: vel alterius desiderio contradicere, vt infra eod. leg. j. §. postulare. & quod dicitur, Suum, intellige quando postulat pro se: Amici, quando pro alio: & ponit verbum Iurisdictioni: pro quolibet notiore: vt infra de reg. iu. l. ait prætor. & sic etiam apud arbitrum compromissarium potest postulari. Et dicuntur hi postulatōres, Patroni causæ, item Aduocati, vt infra de var. cog. l. j. §. aduocatos. Et Togati dicuntur. C. eo. lib. vel fortè à genere vestis, quæ dicitur Toga, qua olim utebantur.

*Postula-
re.*

*Patroni
causa.*

*Aduoca-
ti.*

Togati.

II. De his qui notantur infamia.

Infamia est status, & honoris diminutio, & amissio, hinc Infamis dicitur, quasi valde famulosus, id est, ignominiosus, vel infamis, quasi sine fama, vel priuatus sua fama. Fama autem, siue opinio, vel æstimatio idem significant. Et est Fama illæx dignitatis status, legibus ac moribus comprobatus, & in nullo diminutus. Et hæc fama quandoque minuitur, quandoque consumitur, vt ex toto pro extincta habeatur, scilicet cum maxima, vel media capitis diminutio interuenit, & de hac neque in hoc titulo, neque C. eodem, tractatur, quasi superfluum sit de ea fama consumpta dicere, vel querere. Quilibet enim scit, vel scire potest vno verbo, quod ad nullum ciuile, vel publicum officium is, cuius fama consumpta est, adhiberi potest. Minuitur vero cum ciuitas, & libertas retinetur, sed circa statum pœna plectimur, vt infra de var. cog. l. pen. §. æstimato. & §. minuitur. & §. consumitur. Et talis est duplex facti, & Iuris. Infamia facti irrogatur, cum opinio

Fama.

Infamia facti.

alicuius apud graues & honestas personas deprimitur, vel diminuitur: & de hac infamia facti modicum in Iure traditur. Sed sunt duo eius effectus: primus, quia ea repellit à dignitate: nisi propter inopiam non legitimi competitoris. Secundus, quia repellit à querela inofficiosi. C. de digni. l. ij. & infra. de Decur. l. Generaliter. §. spurios. & C. de inoffi. testam. l. fratres. Iuris infamia quandoque irrogatur ipso facto, id est, ipso iure, propter hoc quod aliquid factum est: quandoque demum lata sententia: quandoque ex genere poenae, hoc est, propter impositionem poenae ipso facto, ut si mulier deprehenditur in adulterio, infra de rit. nupt. l. palam. §. quae in adulterio. Idem in muliere quae nubit, vel stupro cognoscitur intra tempus luctus: vel nubit contra iuramentum suscepta liberorum tutela. C. de secund. nup. l. ij. & ij. & in Authent. de restit. & ea quae pa. §. vnum & de nup. §. si autem & infra eod. l. uxores. vel qui bina sponsalia, vel binas nuptias contraxit, infra eod. l. ij. in fin. & l. quid ergo. §. si quid. Ex genere poenae irrogatur infamia, si tale delictum commisit quis, quod damnatus, vel confessus in iudicio, vel pactus pecunia fieri infamis. Et est effectus infamiae, ut quis repellatur à postulando, ut ab honoribus repellatur: non dico à muneribus curialibus, vel ciuilibus. Et huius effectus gratia posuit Imperator specialem titulum & vnicam legem de infamis. C. lib. x. Et & alius, qui repellitur ab acculando: ut infra de accu. l. qui accusare.

Infamia effectus.

III. De Procuratoribus, & Defensoribus.

Procurator.

Procurator est, qui aliena negotia mandato domini administrat. Et potest esse procurator omnium rerum, vel vnus duntaxat. Et constituitur vel praesens, vel per nuntium, vel per epistolam. Et est vsus procuratorum perquam necessarius: ut qui rebus suis ipsi superesse non volunt, vel non possunt, saltem per alios possent vel agere, vel conueniri. Et dicitur procurator pro parte actoris: Defensor vero ex parte rei. Et loquitur hic titulus de procuratore ad iudicia: de procuratore enim ad negotia loquitur infra tit. mandat.

Defensor.

I V. Quod cuiusque vniuersitatis nomine, vel contra eam agatur.

Titulus praecedens loquitur generaliter de procuratoribus, qui ut primam constituuntur à singularibus personis: hic autem titulus de eo, qui nomine vniuersitatis, vel collegij, vel communitatis agit, siue conuenitur: qui proprie Actor

vel

vel Syndibus dicitur. Omnes enim quibus permissum est habere corpus collegij, vel societatis, vel cuiuscumque alterius negotiationis, veluti pilorum, aut aliorum artificum, possunt habere res communes, arcam communem, & actorem siue syndicum, per quem quod communiter agi fierique oporteat in iudiciis, vel extra, fiat.

Actor. Syndicus.

V. De negotiis gestis.

Iste titulus necessarius est, & eius materia, quia magna utilitas absentium versatur, ne indefensi rerum possessionem, aut venditionem patiantur, vel pignorum distractionem, vel poenae committendae actionem, vel iniuria rem suam amittant. Et ideo si quis absentis negotia gesserit, licet ignorantis, tamen quicquid utiliter in rem eius expenderit, vel etiam ipse in rem absentis alicui obligauerit, habeat eo nomine actionem. Itaque eo casu vltro citroque nascitur actio, quae appellatur Negotiorum gestorum: in qua (sicut aequum est) gerentem actus sui rationem reddere, & eo nomine condemnari, si quid vel non, ut oportuit gessit, vel ex his negotiis re-
tinet. Ita ex diuerso iustum est si utiliter gessit, praestari ei gestorum.
quicquid eo nomine vel abest ei, vel abfuturum est.

Actione negotiorum gestorum.

VI. De Calumniatoribus.

Accusatorum temeritas tribus modis punitur: ut per Turpilianum desistant, & si non desistant, sed diuersam partem adiuuent, perditam iam sententia, puniuntur extra ordinem, quia sunt prauaricatores, ut infra de prauar. l. ij. & l. accusator. & l. ab Imperatore. Item si non desistant, sed calumnientur, puniuntur lege Remia. Calumniator est, qui falsa crimina, vel causam iniustam scienter intentat. Et contra talem qui calumniae causa aliquid fecit, vel ut non faceret pecuniam accepit, intra annum in quadruplum eius pecuniae, quam accepisse dicitur, actio competit, post annum autem simpli in factum actio datur. Et datur hoc iudicium non solum in pecuniariis causis, sed etiam ad publica crimina, si quis accipiat pecuniam ob ea instituenta, vel non instituenta. Calumniae autem poena est eadem, vel similis, quae imponeretur accusato, si conuictus fuisset de crimine, ut C. l. vlt. & infra ad Turpil. in priuatis.

*Pravari-cator.**Calumniator.**Poenae Calumniar.*

LIBER IV.

Tit. I. De in integrum restitutionibus.

Restitutio in integrum, est prioris status reintegratio Et hinc solet dici, Res reddit vt pridem, cum status redditur idem. gl. in cap. Quia de elect. Per hanc materiam plurifaric hominibus vel lapsis sua facilitate, vel circūscriptis aduersarij dolo, subuenitur: siue metu, vt infrā tit. seq. siue calliditate, vt infrā tit. ij. siue etate, vt infrā tit. iij. siue absentia, vt infrā tit. iij. incidit in captionem.

II. De eo quod metus causa gestum erit.

Metus.

Quod metus causa gestum est Prætor ratum non habet. Et est metus instantis periculi, vel futuri causa, mentis trepidatio. j. eo. l. i. Nec est necessarium periculū esse præsens; dummodo metus sit præsens de futuro periculo. j. eo. l. Metum i. Resp. Et dicitur Metus, quia mentem tenet. Vis autē est maioris rei impetus, cui resisti nō potest. j. l. ij. aduersus quam non proficit custodia. j. loca. l. sed de dāno. Metus alius est probabilis, qui cadit in hominem constantē, & discretum. Non probabilis, qui cadit in hominem miserum, timidum, & instantem: vt j. eo. l. v. vij. Vis autem multiplex est: quædam Compulsua, quæ imponit necessitatem contrariam voluntati contraria: quia id facit, quod non faceret, si esset liberi arbitrij. Ex hac inducit actionem. Quod metus causa. Quædam Expulsua, quæ inducit interdictū, Vnde vi. Quædam Abiatiua, quæ inducit actionem vi bonor. raptorum circa mobilia: vt j. de vi. & vi. armat. l. i. §. iij. Quædam Turbatiua. hæc inducit interdum vti possidetis in rebus solis, & in rebus mobilibus, Vtrobi, cum duo se possidere contendunt. Quædam Inquieratiua: hæc inducit interdictum: Quod vi aut clam. vt li quis à me prohibitus, vel putans se prohibendum, quid facit in meo.

III. De dolo malo.

Dolus malus.

Per materiā illius tituli subuenitur aduersus vafros & dolosos, qui calliditate quadā aliis obfuerunt. Verba autē edicti talia sunt: Quæ dolo malo facta sunt, si de his rebus alia actio non erit, & iusta sit causa, datur actio de dolo: ne vel illis malicia sua sit lucrosa, vel istis simplicitas damnoſa. Dolus autem malus est machinatio quædam alterius decipiendi causa: cum aliud agitur, & aliud simulatur. Vel est omnis calliditas, fallacia,

cia, machinatio, ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum, adhibita contra ius & bonos mores. Et habetur in hoc titulo. mentio doli mali: quia veteres etiam bonum dolum dicebant, & pro solertia, id est, astutia hoc nomen accipiebant, maxime si aduersus hostem, larronem ve quis machinetur: hinc Vergi. 11. Æneid. Dolus an virtus, quis in hōie requirat?

IV. De minoribus xxv. annis.

Minores dicuntur, qui nondum compleuerunt xxv. annos facta computatione de momento ad momentum. Vnde non sufficit terigisse vltimū diem: sed oportet peruenire ad idem momentum. Succurritur autem minoribus si liberi sunt: serui enim nunquam restituuntur. Quicquid igitur cum minore xxxv. annis natu gestum erit, vti que res erit animad- uertam, dicit Prætor. Iustissima fuit huius edicti equitas: quia cum inter omnes constet, fragile esse & infirmum huiusmodi ætatis consilium, & multis captionibus suppositum, multorumque insidiis expositum, auxilium eis Prætor hoc edicto pollicitus est, & aduersus captionum opitulationē, quia cum vti que in hanc ætatem adolentes curatorum auxilio reguntur, ergo per se rei suæ administratio eis committi nō debet, quamuis bene rem suam gerentibus. Cessat autem hæc restitutio, vel ratione doli sui, vel mendacij sui, vel sacramenti sui corporalis, vel priuilegio libertatis, vel priuilegio parentis, vel patroni, contra quem vult restitui, vel semel denegata est restitutio, de quibus speciales tituli in C. ponuntur.

V. De capitis diminutione.

Capitis diminutio, est prioris status commutatio. Et ponitur hic caput pro statu. Constitit autem status in tribus, in libertate, ciuitate, & familia. Qui ergo libertatem amittit, dicitur pati maximā capitis diminutionem, quod contingit de his, qui efficiuntur serui pœnæ, vel passi sunt se venundari, vel reuocati sunt in seruitutem propter ingratitude. Et taliter capite minutus perdit etiam per consequentiam ciuitatem, & familiam. Qui autem perdit ciuitatem, dicitur pati mediā capitis diminutionem, quod contingit de his, quibus interdictum est aqua & igni. Item in deportatis, id est, perpetuō proſcriptis. Cum autem libertas & ciuitas retinetur, & familia tantum mutatur, dicitur esse minima capitis diminutio, quod contingit his, qui dati sunt in adoptionem, vel qui emancipati sunt.

Restitutio minoris.

STATUS.

VI. Ex quibus causis maiores xxxv. annis in integrum restituantur.

Restitutio maiorum. Maiores restituntur quandoque causa militie, quandoque si causa Reip. abientes fuerint, de quibus speciales tit. in C. sunt. Generaliter autem restituntur qui abientes fuerunt per metum iustum j. eod. l. ij. & iij. Item qui fuerunt abientes detenti in vinculis, vel à privata persona, puta à latrone, vel à publica, hoc est, iudicis autoritate. Item qui ita alligati sunt, vt sine dedecore in publico apparere non possint, vt infra e. l. succurritur, & l. in eadē causa. & ex variis aliis causis. Verba autem huius edicti talia sunt: Si cuius quid de bonis diminutum est: cum is metu, aut sine dolo Reip. causa abesset, siue in vinculis, seruitutē, hostiumque potestate esset: item si qua alia iusta causa esse videbitur, in integrum restitucio concedatur. Ratio huius edicti est, quia l. s. am, id est, amissum ius, per id tempus, quo quis Reip. operam dabat, vel aduerso casu laborabat, corrigitur, id est, restituitur, vel emendatur: nec non aduersus eum succurritur, ne vel obstit, vel profit quod euenit.

VII. De alienatione iudicij mutandi, & suscipiendi, causa facta.

Mutatio iudicij. Dicitur in titulo, Mutandi iudicij, id est, euitandi, quo ad se: & suscipiendi, quo ad alium, cui alienauit. Cum prætor intelligeret iudiciorum exitum interdum duriores nobis constituit, opposito nobis alio aduersario, in eam quoque rem prospexit, vt si quis alienando rem, alium nobis aduersarium suo loco substituit: puta si alterius provincie hominem, aut potentiorē nobis opposuerit aduersarium: aut eum, qui vexaturus est, idque operam in fraudem nostram fecerit: tanti nobis tenetur, quanti nostra interest alium aduersarium nos habuisse.

VIII. De receptis, qui arbitrium recipiunt vt sententiam dicant.

Receptis. De præparatoriis iudiciorum explicito, priusquā de iudiciis ipsis aliquid tractetur, arbitros, qui se ad iudiciorum habent, inferamus. Tractat autem hic titulus de receptis neutraliter, id est, de arbitris: vel de receptis masculinis, id est, de arbitris receptis à litigatoribus: vel de litigatoribus receptis ab arbitris. Vicissim enim sese in fide sua recipiunt partes, vt sententia sentiant: arbitri, vt fideliter examinet, & pronuntient. Assumunt enim partes iudicis, non consiliatoris. j. eod. l. si de meis. §. recepisse. Est autem arbitrium trinus actus trinum per se

personarum sub arbitrio litigantium, vel sic: Est trinus personarum actus sub pecuniaria questione, in quasi iudicio consensientium, vel contententium. Nam arbiter contendit ad inquisitionem veritatis: actor, vt ei reus condemnetur: Reus, vt absoluat ab actore. Et dicitur arbiter quandoque quilibet vir bonus super aliquo æstimando electus nisi à prolo l. si societatem. Quandoque ponitur pro iudice delegato, vel quasi delegato, vt supra qui sat. e. gan. l. arbiter. Quandoque pro iudice ordinario, infra de iudi. l. antepe. Quandoque pro dispensatore rei sue. C. man. l. in re. In omni re potest assumi arbiter, nisi prohibeatur à lege. Prohibetur autem à lege in causa criminali publica, vel privata. Sed in causa ciuili, licet sit de crimine famoso, valet compromissum. Non tamen infamat arbitri sententia. Item in causa liberali non potest esse arbiter: quia fauor libertatis est, vt maiores iudices debeat habere. Item in populari actione non potest esse arbiter: ne occasione pœnæ prætermittatur faciendum quod publice fieri expediret infra eod. l. non distinguemus. §. Julianus. & §. de liberali & §. de his qui no. in. dist. l. quid ergo. §. ex compromisso. Constituitur autem arbitrium, partibus adinuicem stipulantibus pœnam, si arbitri non pareant sententiæ: vel vbi vterque promissit purè pœnam id est, non sub alia conditione nisi hac, nisi arbitri pareat sententiæ. Et licet vsitatum sit in duos compromittitur: tamē difficile est si dissentiant, quia non inuenitur maior pars: vnde compromissum sine exitu videtur futurum, propter naturalem facilitatem hominum ad dissentiendum. Tamen lex adhibet tale remedium, vt vbi dissentiant duo arbitri, cogat eos Prætor tertiam eligere personam certam, cuius auctoritati pareatur, infra e. l. item. §. si duos. & §. principaliter. Et est duplex arbiter iuris: quæ ius elegit, & sibi causam certam examinandam exprimit, & committit, vt in cap. suspicionis. de offic. deleg. calem plures. & talis per omnia æquiparatur iudici: & ab eius sententia potest appellari. cap. ab arbitris. de offic. delegat. lib. vj. Alius est arbiter communi consensu partium electus, & à sententia illius non appellatur. C. eod. l. j. de quo in cap. cum dilectus. eod. titul. De differentia inter arbitrum & arbitratorem, vide per dom. Andr. Siculum. in cap. quinta uallis. de iure iurand.

IX. Nauta, Caupones, Stabularij, vt recepta restituant.

Nautam in hoc titulo accipere debemus eum, qui nauim exercet: quamuis nautæ appellentur omnes, qui nauigandæ nauis causa

Arbiter.

Arbiter in quibus causis prohibetur.

Compromissum quomodo constituitur.

Arbiter iuris.

Communi consensu electus.

Exercitor.
Caupones.
Stabularij.

causa in nauis sunt. Sed de exercitore duntaxat, qui Patronus nauis, aut magister appellatur, intelligitur: Caupones autem & Stabularios eos intelligimus, qui cauponam, aut stabulum exercent, vel eorum infitores & ministri. Stabularij autem sunt hospitatores hominū equitantū. Sicut & caupo viatorū. Quicquid erga tales homines saluū fore, id est, ad custodiendum receperunt, nisi restituant contra eos actio datur. Et est maxima utilitas huiusmodi actionis, quia necesse est plerumque eorum fidem sequi, resque custodiat eorum committere: & saepe sunt leues homines, praesertim in Italia Henselini.

DIGESTORVM PARS SECVNDA.

LIBER V.

Tit. I. De iudiciis: *Et ubi quis agere vel conueniri debeat.*

Iudiciū.

Iudicium multis modis sumitur, vt ponit gl. in regula, in iudiciis de reg. iur. lib. 6. Et Institut. quib. non est per. fa. test. §. praeterea. Hic autem sumitur pro actione, qua contra aliquem in iure experitur. Et est Iudicium legitimus actus trium personarū, scilicet Iudicis, Actoris & Rei. c. forus. de verb. signifi. Et ponitur in titulo de iudiciis: non de iudicio. Est enim iudicium, aliud ciuile, aliud criminale: aliud singulare, aliud vniuersale: de quib. per ordinem titulorum tractabitur. Ciuile iudicium est, cum causa instituitur ad commodum priuatum, concluditur parti aliquid esse dandum, vel exhibendum. Criminale est, cum agitur de aliqua poena pro crimine imponenda: vel concluditur poenam esse applicandam sisco. Singulare iudicium est, quod datur pro rebus particularibus: puta domo, fundo, equo, &c. Vniuersale est, cum petitur vniuersum ius, vt bonorum possessio, aut hereditas.

Ciuile.

Criminale.
Singulare.
Vniuersale.

Querela inofficiosi.

Inofficiosum dicitur testamentum quod factum est contra officium pietatis paternae, quasi non officiosum, id est, inhumanum. Et datur querela inofficiosi omnibus tam parentibus quam liberis. Cognati autem à latere, & praesertim qui sunt vitra fratres, non agunt querela inofficiosi. frater autem admittitur turpibus perionis institutis, nisi & ipse turpem vitam agat. Est ergo inofficiosum testamentum dicere, hoc est, allegare quare exheredari vel praeteriri non debuerint, quod aliquando accidit, cum parentes falso stimulari, vel nouercalibus delinimentis, instigationibusque corrupti, liberos suos vel exheredant, vel praetercunt.

De pe

III. De petitione hereditatis.

Dicitur est de inofficioso testamento, cuius querela praeparatoria est vniuersalis iudicij, id est, petitionis hereditatis, quae quidem quandoque est directa, quandoque vtilis: primo ponitur de directa, postea de vtili, id est, de fideicom. hereditatis petit. Et sic directa dicitur mihi dari hereditatis petitio: quia de iure ciuili admitto. Et datur ab intestato, vel ex testamento succedenti per legem, vel senatusconsultum. Item per se, vel per alium, vt j. l. 1. 2. & 3. Directa autem datur contra eum, qui possidet pro haerede, vel pro possessore, qui nullam causam possidendi habet, nec contendit se haerem: vel si contendit se, tamen per mendacium. j. cod. l. regulariter. & licet. & l. pro haerede. Proposito autem petitionis hereditatis libello faciendae sunt interrogations possessori, qualiter possideat: vt j. de interrog. act. l. 1. in princ. hoc est an credat se haerem. Si respondeat, credo, ergo proceditur in petitione hereditatis: quia possidet pro haerede. Si respondeat, non: quaratur titulus: quem si probauerit, non proceditur in petitione hereditatis. Si non probauerit, praesumitur quod pro possessore possideat, & sic intelligitur quod dicitur. C. cod. cogi. Pro haerede autem possidet, qui putat se haerem esse: pro possessore vero possidet praedo.

Petitio hereditatis.

Pro haerede possidere.

IV. Si pars hereditatis petatur.

Praecedens titulus ponit, quid iuris si tora petatur hereditas. Nunc quid si pars: Vbi attendendum est, an is, qui partem petit omnino certus sit de ea: & tunc attende, an possessor ius habeat, puta, qui cohæres, an non, vel vtrum non sit certus, de quo tractatur in §. si illius. l. 1. Et plures hæres debent agere contra plures possessores, nec potest vnus eligere vnum, alius alium. Et si sint plures ad quos hereditas pertinet pro diuiso, potest aliter ab altero cōsentiri hac actione, vel famil. excise, si fatentur se hæreses j. l. j. §. quinimo & §. proinde. Et non differt hac actio à praecedenti, specie, sed numero.

V. De possessoria hereditatis petitione.

Post ciuiles actiones hæredib. propositas praeter etiam eos posuit, quos ipse quasi hæres fecit, hoc est, illos, quibus bonorum possessio data est, per quam petitionem hereditatis possessor. tantum dem consequetur bonorum possessor, quantum ex ciuilibus actionibus hæres consequi potest.

VI. De fideicommissoria hereditatis petitione.

Ex hoc titulo proponitur actio his, quibus restituta est hereditas

hæreditas Nam quicūque susceperit restitutam hæreditatem ex senatusconsulto Trebelliano, fideicommissoria hæreditatis petitione uti poterit contra possessores: & dantur ei eadem actiones, quæ hæredi, & in hæredem competunt.

LIBER VI.

Tit. I. De rei vindicatione.

REI VINDICATIONE. DE vniuersali iudicio supra dictum est: nunc de singulari. Est autem rei vindicatio actio quæ datur sola ratione dominij, vel quasi: & possessionis, vel quasi. Et oportet vtrunque interuenire: scilicet, ex parte actionis dominij, vel quasi: & ex parte rei possessio, vel quasi: ut quia dolo desierat possidere, ut est glossa not. Instit. de actio. §. j. in verb. possideat. Et appellatur hæc actio alias in rem: & tunc competit, quando rem tradi, vel dari, est in obligatione, id est, quando rem, non personam dico mihi esse debitam. Et habet ista in rem actio locum in omnibus rebus mobilibus, tam animalibus, quam in his quæ anima carent, & in his quæ solo continentur, id est, immobilia sunt. Et per hanc actionem non solum singulæ res vendicantur: sed etiam grex, & armentum, & equitium. Et competit ei, qui aut iure gentium, aut iure ciuili dominium acquisiuit. Et est duplex rei vindicatio: vna Directa, de qua in hoc titulo: alia Vtilis, de qua infra in titul. si ager vec. & datur ista utilis ratione quasi dominij: at emphyteuta, superficiarius, conductorque vectigalium, dummodo ad modicum tempus conduxerit.

II. De Publiciana in rem actione.

PUBLICIANA. Ista actio Publiciana dicta est à Publicio prætoris, qui eam inuenit: ut est tex. Instit. de actio. §. aliz. Et datur, quando quis petit id quod traditum est ex iusta causa à nō domino: & dum vñcaptum non est. Nam si esset vñcaptum, vel præscriptum, non compereret hæc actio: quia Publiciana domino non datur. Completa autem vñcipatione esset verus dominus de iure ciuili: & ideo sibi daretur rei vend. Et vt detur Publiciana quinque sunt necessaria: scilicet traditio, vel quasi: quod dicitur propter incorporales, quæ tradi non possunt: vt j. de acqui. rer. dom. l. seruus. §. incorporales. Secundò, quod ex titulo apto, id est, iusta causa ad mutationem dominij puta venditione, vel similibus j. eod. quicquid. in prin. Tertio, quod à non domino acceperit: nam aliàs dominium esset translatum: vt j. eo. l. j. §. j. Quarto, quod bona fide acceperit: unde c. edidit se domium factum esse tunc. vt j. de acqui. rer. dom.

dom. l. cum qui à furioso. §. prætor. Quintò, quod credit se hodie, cum eam proponit, dominum non esse, alias sibi esset contrarius. Sed ex his quinque duo sunt difficilia agenti, scilicet probatio traditionis & tituli. Reliqua consistunt in intellectu agentis, cum sit de sua conscientia, quæ per testes probari non possunt, sed per iuramentum, ut est glossa in l. Fulcimus. §. quid sit latitare. j. ex quib. cau. in poss. ea. de hoc gloss. Inst. de act. §. aliz. in verb. dicit Ioan. Andr. in addit. Spe. de proprie. §. nunc dicendum versic. j. & tit. de act. §. ij. versic. quid si velis.

III. Si ager vectigalis, vel emphyteuticarius petatur.

Coniunctio vel, in hoc titulo ponitur expositiue pro id est, nam idem sunt. Et dicitur ager vectigalis, nam reditus, siue pensio pro eo præstatur, id enim solemus vectigal appellare. Omnes autem agri, aut iura vectigales, aut non vectigales. Vectigales vocantur, qui in perpetuum locantur, id est, hac lege, ut quandiu pro his vectigal pendatur, id est, persoluatur, tandiu neque ipsi qui conduxerint, neque his qui in locum eorum successerint, auferre eos liceat. Non vectigales sunt, qui aut à nobis excolluntur, aut ab aliis priuatis, quemadmodum agros nostros colendos dare solemus; puta in annum. Qui ergo in perpetuum agrum conduxerit, licet non efficiatur dominus, competit ei tamen in rem actio utilis aduersus quemuis possessorem etiam aduersus verum dominum, ita tamen, si vectigal soluat. Emphyteusis autem Latine dicitur Emphyteusis. Emphyteusis, v. dicit glossa. Instit. de loca. §. adeo de quo dicemus. C. de iure emphy.

LIBER VII.

Tit. I. De usufructu, et quemadmodum quis utatur, &c.

Vsusufructus est ius, id est, seruitus, alienis rebus utendi; fruendi, salua rerum substantia. Est enim usufructus ius in corpore, quo sublato, & ipsam tolli necesse est. Et est duplex usufructus, formalis, & causalis. Formalis, est de quo hic loquimur, qui est seruitus quando separatus est à proprietate. Causalis autem est, qui cum sua causa, id est proprietate coniunctus est. Constituitur usufructus multis modis, vel in testamento, vel inter viuos per pactiones, & stipulationes. Et constituitur non tantum in fundo, vel adibus, verum & in seruis & iumentis, cæterisque rebus. Et est emolumentum usufructus maximum, & attenditur secundam qualitatem rei. Si enim constituitur usufructus in prædio rustico, quicquid in fundo nascitur, quic

quicquid inde percipi potest, vel ipsa natura, vel industria hominis, ipsius fructuarij est: sic tamen, ut fructus arbitratu boni viri. Recte enim colere cogi potest. Aucupari, & venari poterit in prædio: si tamen fructus prædij sit in venatione, puta erat viuarium: vel simile: vt §. c. l. v. fructuarium. §. j. & de vsu. l. venationem. Et si erat sylua cadua, ex ea poterit cadere, & vendere. Si non erat cadua, grandes arbores cadere non potest. Cadet tamē pedamenta & ramos ad vineam suam, vel ad quamlibet necessitatem suam: dum tamen fundum non faciat deteriorem. infra e. l. item si fundi: in prin. & §. aucupationem. & §. vlt. & lex sylua.

II. De usufructu accrescendo.

Accrescendi ius Quandoque usufructus legatus est duob. cōiunctim: & tūc est inter usufructuarios ius accrescendi: vno enim nolēte, aut repudiante partem suam, totū accrescit suo fructuario. Si autem separatim vnique parti usufructus sit relictus, sine dubio ius accrescendi cessat. Item qui vocantur ad vsum fructū non ex verbis testatoris, ius accrescendi non habent. infra. l. j. §. fi. Similiter inter legatarium purē proprietatis, & legatarium usufructus non est locus iuri accrescendi. l. ij. infra eo.

IV. Quibus modis usufructus amittatur.

Quando dies legati usufructus cedat. Usufructus amittitur quinque modis: Primò, morte naturali ipsius usufructuarij. Secundò capitis diminutione maxima, vel media. Tertio, si usufructuarius non vtatur per modum, & tēpus: id est, pro arbitrio boni viri: vel id est, per moderatum tempus, puta per decem annos inter præsentēs, & viginti inter absentes. Quarto per considerationem, vel consultationem rei: id est si usufructus formalis redeat ad suā causam: id est, proprietatem: quod tunc fit, quando fructuarius nanciscitur proprietatem: vt infra eo. l. si seruus. Vel quando usufructuarius cedit vsum fructū proprietario, nam extraneo cedendo nihil ageret. Quintò, rei mutatione, vel interitu. Si enim usufructus ædiū mihi constitutus est, & ædes corruant, vel exusta sint in totum, sine dubio extinguitur usufructus, intantum vt nec aræ, nec cæmentorum usufructus amplius debeat. Instir eod. §. fin.

IV. De usufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur vel minuuntur.

Omnium rerum constitui potest usufructus, quæ in patrimonio cuiuscunque constare possunt, ideo etiā earum rerum quæ vsu tolluntur, vel minuuntur, usufructus constitui potest, sicut

sicut est vinum, oleum, frumentum, vestes, aurum, argentum: quibus proxima est pecunia numerata, quæ assidua permutatione quasi extingui videtur. Est tamen improprie in his rebus usufructus, quia non potest esse vsus vini, vel frumenti, salua rerum substantia. Vtilitatis tamē causa permissum est, vt & in his rebus usufructus constituarur. Et ab usufructuario cautio desiderata est, vt quocūque ille moritur, aut capite diminutus sit, eiusdem qualitatis, id est, bonitatis similes res restituatur, aut æstimationis rebus illis, certæ pecuniæ nomine iuxta valorem earumdem caueatur. Perit ergo talis usufructus solum duobus modis, morte scilicet, & capitis diminutione.

VI. Si usufructus petatur, vel ad alium pertinere negetur.

Si fructuario fundo seruitus aliqua debeat, usufructuarius quidem seruitutem non vendicabit, sed vsum fructum, ac per hoc vicinum, si non patiatur cum ire agere, compellere potest, quasi non patiatur eum vtifruui. Et consequenter omnia adminicula ad usufructuarium spectant, sine quibus vtifruui quis non potest. Vtifruui ius sibi esse, ille solus potest intendere, qui habet vsum fructum, dominus autem fundi non potest, quia qui habet proprietatem vtendifruendi, ius separatū non habet. Sunt autem pro usufructu proditæ actiones Confessoria & Publiciana, quæ dantur ei, qui usufructuarius est. Et datur Confessoria ei, cui constituitur usufructus à domino. Publiciana autem datur ei, cui constituitur à non domino. Et proditæ sunt ad similitudinem rei vocationis, dantur enim ratione dominij vel quasi, & possessionis vel quasi. Ratione dominij competunt directò ei, qui dominus est fundi, cui acquiritur seruitus. Ratione quasi dominij competunt vtiliter ei, qui non est dominus, sed habet ius in re, puta creditor, & fructuarius, vel superficiarius, vel similis. Vt infra si seruit. vend. l. ij. §. hæc autem. & de remiss. l. j. §. item iul. & de superfi. l. j. §. vlt. Item dantur de ratione possessionis aduersus eum, qui possidet agrum debentem seruitutem, vt infra eod. l. vbi. §. vtrum vel quasi possidet, vt si dolo deserit possidere, vel si liti se obtulit, vel si sit superficiarius agri debentis seruitutem, infra eod. l. vlt.

VII. De operis seruorum.

Opera seruorū eisdem modis, quibus vsum fructū diximus, constituantur. Libertis autē aliter fit impositio operarū: vt dicemus infra de oper. li. Si igitur in seruo constituitur opera, C habet.

habet ius in persona ille, cui debetur opera: sicut & ille, cui debetur usus fructus, vel usus. Et ideo operæ seruatorum inter personales seruitutes computantur. Et consistit opera serui in actu, id est, ministerio, vel diurno officio. Et omnis fructus hominis in operis consistit: sic e contrā, in fructu hominis operæ sunt. Et ut in ceteris rebus fructus, deductis necessariis impensis, intelligitur: ita & in operis seruatorum. Cui ergo legata sunt operæ serui, ille usum eiusdem habere intelligitur.

VIII. De usu, & habitatione.

Usus rerum.

Non solum usus fructus, ut supra dictum est, sed etiam nudus usus, id est, sine fructu constitui potest, qui & ipse iisdem modis constitui solet, quibus & usus fructus. Cui ergo usus relictus est, ut potest: frui verò non. Et si cui domus usus relictus est, potest cum cōiuge sua, & familia & liberis ibi habitare: potest etiam hospitem recipere, & inquilinum: dummodo ipse inhabitet. Nam sine eo nec hi quidem habitare possunt, neque locatib, neque conceder habitacionem sine se, nec vender usum. Si autem habitatio legerur, tunc effectus quidem penè idem sunt legatum usus & habitacionis. Sed in hoc differunt, quia habitatio potest locari, usus verò non. Item qui

Habitatio.

Usus & habitacionis differentia.

habet usum, plenius ius habet, quam qui simplicem habitacionem, quia cum usus est datus, ille præter habitacionem ius habet deambulandi, & gestandi, & lignis ad usum quotidianum, & horto, & pomis, & oleribus, & floribus, & aqua utetur ad usum suum, non ad abusum. Et est habitatio personalis seruitus, sicut usus fructus, & eodem modo constituitur, sed in domo tantum. Et relictæ habitacione, videtur esse relictæ in vitam hominis, nisi breuius statuat tempus. Non autem extinguitur non vrendo, vel capitis diminutione, ut Inst. eod. §. sed si cui: & C. eod. l. cum antiquitas.

IX. Ususfructuarii quemadmodum caueat.

Cautio ususfructuarij.

Si alicui usus fructus legatus est, a quissimū est, ut de utroque caueat. s. se usurū boni viri arbitratur. Et cum usus fructus ad eum pertinere desinet, se restitutum quod inde extabit. Et interponitur hæc cautio, siue res sit mobilis, siue immobilis. Et continet ista stipulatio, qua cauet se perceptum iri usum fructum boni viri arbitratur, hoc est, non deteriore causam se usus fructus facturum, ceteraque quæ in re sua faceret diligens paterfamilias: Et ista cautio habet duas causas: Vna, si aliter quis utatur, quam vir bonus arbitrabitur. & c. Alia, de usufructu restituendo, quarum prior statim comitteretur postquam

quam aliter fuerit usus, & sæpius committitur: sequens committitur finito usufructu. Et interponitur hæc cautio, etiam si usus sine fructu legatus est: vel si habitatio vel operæ hominis, vel cuiuscunque alterius animalis relictæ fuerint.

LIBER VIII.

Tit. I.

De seruitutibus.

Omnes seruitutes aut sunt personales, aut sunt rerum quæ Reales dicuntur. Personales dicuntur, usus fructus, usus, habitatio, operæ, siue ministerium seruatorum. Et dicuntur personales, quia personis debentur, & semper cum personis finiuntur. Reales autem seruitutes, siue rerum, quæ melius dicuntur Prædiales, eo quod rei appellatio nimis est larga, complectens etiam immobilia, & incorporalia. infra si cer. p. l. j. prædij verò nomine immobilia tantum cōpescitur. Et tales sunt duæ, urbanorum prædiorum, & rusticorum. Et iterū seruitutes prædiorū aliæ in solo consistunt, id est, in proprietate fundi, aliæ in superficie, id est, in materia superædificata.

Seruitutes personales.

Reales. Prædiales.

II. De seruitutibus prædiorum urbanorum.

Urbanorū prædiorū iura sunt altius tollendi, & offiendi iura luminib, vicini, aut non extollendi. Item stillicidiū auertendi in rectū vel in areā vicini, aut non auertendi. Itē immitendi tignum in parietē vicini, aut proiciendi aliquid, aut protegēdi, ceteraque; istis similia. Et dicuntur prædia urbana, omnia aedificia ubique posita, etiā si in villa sint. Et dicuntur vrbane seruitutes, quia prædiis vrbanis debentur. Nam ad hoc, quod sit seruius urbana, necessariū est, quod sit prædiū vrbicum, cui debetur seruitus, & quod ei debeatur ut vrbano. Si enim iter, vel via, quæ rusticæ iura seruitutes, debeatur domui, tamē quia deberi possunt non intuitu aedificij, sed soli, nihilominus dicuntur rusticæ seruitutes. at. infra tit. proximi. l. certo generi.

Iura vrbana. præd.

Seruitutes.

III. De seruitutibus rusticorum prædiorum.

Rusticorum prædiorū seruitutes sunt, quæ prædiis rusticis debentur. Et sunt hæc, iter, actus, via, aquæ ductus. Iter est ius eūdi ambulandi hominis, nō etiā agendi iumentū, vel vehiculū. Siue ergo homo ear solus, siue vehatur sella, vel lectica, vel equo, vel quouis animali, iter dicitur. Sciturum verò à se non potest agere iumentū, vel vehiculum ducere, quæ iter tantum habet. Inst. eo. in prin. Actus, est ius agēdi vel iumentū, vel vehiculū. Ita qui iter habet, actū nō habet, qui actū habet, iter habet, id est, comoditatē itineris, eoque potest uti etiā sine iumentis, non tamē habet duas seruitutes: vt j. de annu. l. j. Via est ius eun-

Actus.

di, agendi, & ambulandi: nam & iter, & actū in se via continet
 ut Inst. eo. §. iij. Sed hoc amplius habet quā actus, quia via
 latitudo in porrectū octo pedes habet: in anfractu, id est, ubi
 flexus est, sedecim. Latitudo autem actus, & itineris ea est,
 quā demonstrata est: quod si nihil dictū est, hoc arbitrio sta-
 tuendum est. Item ille qui viam habet, ius trahendi vel lapi-
 dem, vel trabem, vel ferendi rectam hastam habet: quæ non
 permittuntur ei, qui habet actū: spectatur enim, quod fructus
 eo modo possunt iadi. Aqueductus est ius aquæ ducendæ per
 fundum alienum, siue situla vtatur aqua, siue quolibet alio
 fictili instrumento: non laeide strato. Inter seruitutes rusti-
 corum prædiorum computatur etiam aquæ haustus, id est,
 ius hauriendi aquam de puteo, vel fonte vicini. Item peco-
 ris ad aquam appulsus, id est, ius appellendi pecora agri mei
 per prædium vicinum ad fontem vel puteum. Ius pascēdi peco-
 ra cibi causa Calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ, vt ex his
 siant vasa, vel instrumenta, vel granaria, vel ædificia in meo
 prædio vicino, quibus fructus prædij mei reponantur, vel ex-
 portentur: vel quid simile fiat, quod ad culturam vel fructum
 agri mei percipiendum necessarium est. Et est hoc generale in
 omni prædiali seruitute, quod hæcenus teneat earum consti-
 tutio, quatenus expediat prædiis: id est, ad fructus eorum per-
 cipiendos: & ideo etiam dicuntur prædiales.

1 v. *Communia prædiorum tam urbanorum, quā rusticorum.*

Quæ sint specialia vrbani & rusticis prædiis, & quid prop-
 rijuris singula habeant, in præcedentibus titulis tractatur.
 Sed quia in quibusdam vrbana & rustica prædia conueniunt,
 & quandam communionem inter se habent: ideo tractatur in
 hoc titu. quæ sint communia vtrisque seruitutibus. Illud tam-
 en sciendum, quod seruitutes prædiorum omnium ab eo
 denominatæ sunt, quoniam sine prædiis constitui non pos-
 sunt. Nemo enim potest seruitutem acquirere vel vrbani, vel
 rustici prædij, nisi qui prædium habet. Nec quisquam debere,
 nisi qui & ipse habet prædium.

v. *Si seruitus vendicetur, vel ad alium pertinere negetur.*

Omnes actiones competentes pro seruitutibus rusticis vel
 vrbani eorum sunt, quorum sunt prædia, & ideo quia parum
 esset seruitutem habere, nisi eius nomine posset institui actio:
 ideo de actionibus nomine seruitutū, vel occasione earūdem
 cōpetentib. tractat hic titulus. Dantur autem pro seruitutibus
 duæ actiones, tam confessoria ei, qui seruitutem sibi compe-
 tere

tere contendit: quā negatoria, quæ domino, qui negat da-
 tur: de quibus diximus supra si vsum. per.

v i. *Quemadmodum seruitus amittatur.*

Quibus modis, & qualiter seruitus nobis acquiratur, in
 præcedentibus expositum est. Sed quia nihil adeo stabile aut
 firmum in humanis rebus est, quod non patiarur aliquā immu-
 tationem: ideo etiam quemadmodum seruitutes amittantur, *Quot mo-
 dis serui-
 tus amit-
 titur.*
 aut perdantur, futurum erit. Et primò per confusionē: vt ecce
 si prædium tuum seruiat mihi: & eius dominiū sim nactus in
 solidum, vel tu in solidum nactus es dominiū mei, extingui-
 tur seruitus. Secus si communicarem tibi meum pro parte. Lu-
 ra autem prædiorum morte, & capitis diminutione non per-
 eunt. Omnes autem seruitutes per non vsum s. x. annorum inter
 præsentēs, & viginti inter absentes amittuntur: excepto iti-
 nere, sepulcro debito, & via publica, quæ similiter non perit
 non vtendo. Amittuntur seruitutes remissione, vt si debes ser-
 uitutem altius non tollendi, & permiserit tibi altius ædifica-
 re, vel si debeas seruitutem stillicidij immittendi in arcam
 tuam, & permiserit tibi in ea ædificare. Vel si debes mihi serui-
 tutem per fundum tuum, & permisero tibi in loco seruitū
 ædificare, vel aliquid facere. Et intellige hoc de remissione, *Remissio-
 ne.*
 non de precaria concessione, nam illa non amittit, sed retineri
 facit seruitutem, supra communia præd. l. si precaria. & infra
 eod. l. i. stillicidij. Et potest seruitus retineri non solum per
 nosmetipsos, sed & per socium, & fructuarium, & bo. si. pos. sa-
 tis enim est fundi nomine itum esse. *Seruitus
 per quos
 retineri
 possit.*

LIBER IX.

Tit. i. *Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.*

LEX XII. tab. voluit, vt si quadrupes diceretur fecisse paupe-
 rem, idamnum, & verum esset, quod aut id quod nocuit. *Paupe-
 ries.*
 ipsum animal quod noxiam commisit, aut æstimatio noxiæ,
 idamni offerretur. Pauperies autem est damnum, sine iniuria
 facientis datum, nec n. dici potest animal iniuriā fecisse, quod
 sensu caret. Et tunc habet locum hæc actio, quando quadrupes
 commota feritate, i. præter naturam sui generis nocuit: puta si
 equus calcitrosus calce percusserit, aut bos cornu petere solitu-
 s petierit, aut mola propter nimiam ferocitatem. Si autem
 propter loci iniquitatem, i. asperitatem, aut propter culpā mul-
 lionis, aut si plus iusto onerata quadrupes in aliquē onus eie-
 cerit, cessabit hæc actio. Item si canis cū duceretur ab aliquo
 asperitate sua euaserit, cessabit hæc actio, & tenebitur qui ca-
 nem

nem ducebat damni iniuriæ. Et sicut ista actio directè datur, quando quadrupes nocuit, ita utilis competit, quando aliud animal pauperiem fecit.

II. *Ad legem Aquiliam.*

Aquila Lex. **Dammum.** Lex Aquilæ plebiscitum est, nã Aquilius Tribunus plebis eam à plebe interrogavit. Proponitur autè propter damnum actio legis Aquilæ, vel dani dari. Et dicitur damnum à demo, vel à diminutione patrimonij, vt infra de dã. infest. l. iv. Nam quodcumque dixeris, non errabis. Et loci habet cum damnam culpa est datum. Si ergo damnũ nullo modo sit datũ, vt quia res inde nõ est facta deterior, vel etiam facta est inde melior, cessat Aquilæ: vt, ecce oliuam meam maturam decerpisti vel segetem defecisti maturam, vel uvas maturas, nõ proiciendo eas in terram, cessat Aquilæ. Et erãt olim tria capita, siue capita huius legis, hodie sunt duo tantum, scilicet primum & tertium, secundum autem in desuetudinem abiit, tertio in eius loco posito. Lege Aquilæ cap. primo cauetur, vt qui seruum, seruamve alienam, quadrupedem, vel pecudem alienam iniuria occiderit, quanti id eo anno plurimũ fuerit, tantum eius dari domino debet. Et contra infanciam, id est, negantem datur hæc actio in duplum. Et pecudis appellatione veniunt hic omnia pecora, quæ gregatim pascuntur, veluti oues, capri, boues, equi, muli, asini, & iues. Canes autem, vrsi, & leones, & pantheræ magis in numero bestiarum sunt quam pecudum. Tertio capite legis Aquilæ tenetur, qui præter hominem & pecudem occisum damnũ dederit, puta si quis vilerit, fregerit, ruperit iniuria (id est, culpa) quanti ea res erat in diebus triginta proximis, tanti domino condemnabitur.

III. *De his qui deiecerunt, vel effuderunt.*

Titulus iste exponitur, i. de his ex quorũ domo est aliquid deiectũ, vel effusũ, vel quod effecerint, vel effuderint, qua vulgò iter fit, vel in quo consistitur, quantum ex ea re dani datũ, factumve erit, in eũ qui ibi habitauerit actio datur. Et est publicè utilis, imò summa utilitas huius edicti, vt sine metu & periculo per itinera comeari liceat. Si quid etiã suspensum decidat, similiter deiectũ dicitur, quãuis nemo effuderit, vel effecerit.

IV. *De noxalibus actionibus.*

Noxalis actio. Noxales actiones appellatur, quæ nõ ex contractu, sed ex noxia, id est, culpa, atque maleficio, per seruos nostros dato, contra nos dominos instituuntur, quarum actionum vis atque potestas hæc est, vt aut per æstimationem damni per seruum dati

dominus soluat, aut si eo grauatus fuerit, liceat sibi deditione, i. traditione istius corporis, quod deliquerat, euitare litis æstimationem. De materia huius ritu, diximus supra si ex no. caul.

LIBER X.

Tit. I. *Finium regundorum.*

Actio finium regundorum, nascitur quando fines caperunt turbari, & proponitur ad distinctione finium propriorum cuiusque faciendam. Et habet locum in rusticis prædiis tantum. In vrbanis autem prædiis locum habere non potest: quia vrbana prædia sibi non sunt confinia: sed magis dicitur vicina. infra eo l. iv. §. hoc iudicium. Confinia enim ea dicitur, quæ ad eõ sibi proxima sunt, vt nullus medius paries interponatur. Sed vrbana parietibus distingui consueverunt. Et ideo vbi non possunt dirimi fines occasione controuersiarum finitimorum, permittitur iudicium finium regundorum, id est, dirimendorum, vel separandorum: quo casu opus est, vt ex alterutrius prædio alij adiudicandum sit: & is cui adiudicatur, pro eo quod ei adiudicatur certa pecunia condemnandus est. In iudicio fin. reg. communi diuidendo, famil. cre. singulæ personæ duplex ius habent, actoris & rei.

II. *Familia erciscunda.*

Quia sepe nihil prodest petere, nisi & liceret diuidere. Nã **Communitate negligentiã parit.** **Segnius expediunt commissa negotia plures,** vt dicit gloss. in leg. Si plures j. de Adm. tut. Item naturale vitium est, negligi quod commune, vt sibi nihil habere, qui non totum habeat, arbitretur: denique suam quoque partem corrumpi patitur, dum iniudet aliena. C. quibus quarta pars l. ii. Ideo ponuntur hic diuisoria iudicia. Et exponitur familia hoc titulo, id est, hæreditas. sicut etiam in l. h. C. de ver. sig. **Erciscundæ autè,** id est, coercendæ, vel diuidendæ. Erctũ enim antiqui dicebãt, teste Festo: tamen coërceo, & erciscere verbum, i. frequenter coërtere. Et vitur antiquo modo Comicoꝝ loquedi, dicitur: **erciscundæ,** pro erciscendæ, & regundorũ, pro regendorum: diuidendo, pro diuidendo, propter affinitatem istarũ vocalium inter se, vt dicit Priscian. lib. i. artis Grammaticæ. Sic & Plautus in Amph. **Et vos in vobis vobis mercimonis emundis vèdudis que, & c.** Et proficiscitur hæc actio ex l. xii. tab. Nã cohæredibus, a comunione discedere, necessarium videbatur aliquam actionem constitui, qua inter eos res hæreditariæ distribuerentur, quo casu iudex cognoscat ante omnia, an actor sit cohæres. Nisi enim cohæres sit, neque adiudicari ei quisquam

Vicina. Confinia.

Communitate negligentiã parit.

Familia.

Erciscundæ.

quàm oportet, neque aduersarius ei condemnandus est. Per familiæ exciscundæ actionem diuiditur hæreditas, siue ex testamento, siue ab intestato, siue ex lege x l i. tab. siue quacunque lege deferatur hæreditas, vel ex senatus. vel ex constitutione. Et generaliter eorum duntaxat diuidi hæreditas potest, quorum potest esse hæreditas.

III. Communi diuidendo.

Communis res.

Qua veniunt in actione communi diuid.

Communi diuidendo iudicio communi rerum diuisionem petimus: vbi ergo res communis non est, cessat communi diuidendo actio. Et nõ refert, an res inter aliquos communis sit cũ societate, vel sine societate, semper enim datur hoc iudicium. Cũ societate dicitur res communis veluti inter eos, qui pariter eandem rem emerunt, animo in eundæ societatis. Sine societate dicitur res communis inter eos, quibus eadem res testamento legata est. Per hoc iudicium corporaliũ rerum fit diuisio, quarũ rerũ dominium habemus: non etiam hæreditatis. Nec in ista actione venit vniuersitas, sed res singulares tantum veniunt, vt infra eo. l. per hoc iudicium. Itẽ in hac actione nihil venit vltra diuisionem rerum ipsarum, quæ communes sunt, & si quid in his damni datum aut factũ sit. Item veniunt sumptus facti in re communi nomine meo, vel nomine socij. Itẽ veniunt percepta ex re communi, vel propter rem communẽ. Item venit in hac actione, ne inuito socio aliquid fiat in re communi. Est autẽ hæc actio ex quasi contractu, vt Inst. de ob. quæ ex quasi contract. §. si inter. Mistra est in rem & in personam, ciuilibis est, quæ hæreditibus datur, & in hæredes.

IV. Ad exhibendum.

Exhibere.

Hæc actio necessaria est, & effectus eius in vsu quotidiano, & maxime propter rei vindicationẽ introducta: est. n. præparatoria rei vindicatio. Exhibere autẽ est facere in publico (id est, apud iudicẽ) potestatem videndi & apprehendendi ipsam rem, vt ei qui agit experiũdũ sit copia. j. eo. l. ij. In hac actione actor omnia noscere debet, & dicere argumenta rei, de qua agitur, quæ necessario faciũt instructionẽ, vt si pro seruo agatur, debet dici rufus sit, an a. b. vel niger paruus: vel magnus, & qualitatẽ membrorũ. Sic & in aliis reb. sunt signa dicẽda. Itẽ si erat instrumentũ, debet fieri facultas legẽdi, itẽ & describẽdi. Et proprie dicitur exhibere, id est, extra secretum habere, vt j. de tab. exh. l. 3. §. quid sit. & de hom. lib. exh. l. 3. §. ait p̄tor. & de verb. sig. l. vlt. Et cõpetit hæc actio cõtra quemuis possessorem. Fit autẽ condemnatio in hac actione in quantum fuerit, si

rei

rei vëdicatio ageretur. Est autẽ hæc actio arbitraria. Inst. de act. §. præterea. & ideo ferri possũt in ea duæ sententiæ. Stricti iuris est, vt ceterẽ arbitrar. cõpionalis est, vt dicit j. c. l. ij. §. est autẽ.

LIBER XI.

Tit. I.

De interrogatorijs actionibus.

Quædam interrogaciones olim fiebãt propositis actionibus. Interrogabatur enim hæres in iure (id est, apud iudicẽ) qua ex parte hæres sit, quoties aduersus eum actio instituitur, & actor dubitat. Et erat interrogatio tunc necessaria cũ in personã, id est personalis actio agebatur. Et cõpellebatur aduersarius respondere ad interrogaciones, etiam ante litẽ contestatam. Hodie autem talibus interrogatorijs non vitimur: quia nemo cogitur ante iudiciũ de suo iure aliquid respondere. Ideoque minus frequentantur, & in desuetudinẽ abierunt. Itaque tantummodo ad probationes litigatoribus sufficiunt ea quæ ab aduersa parte sponte cõfessa fuerint apud iudicem.

I. De quibus rebus ad eundem iudicem eatur.

Si inter plures familiæ exciscundæ, id est, hæreditatis diuidendæ actio agatur, & inter eosdẽ communi diuidendo iudicio altero intentato, aut finium regundorum, eundẽ iudicem adire debent, quo facilius coire cohæredes vel socij possint: & in eundẽ locum omnium presentia fieri debet. Et hoc contingit tribus rationibus. Primò, ratione coniunctionis causæ, quia vni consortes, & coniuncti. Secundò, ratione reconuentionis: nam cũ quilibet est actor & reus, ergo quilibet agit & reconuenitur, apud eundem ergo iudicem hoc fiat. Tertio, ratione absurditatis euitandæ, possent enim esse, quòd vnus aliter adiudicaret quàm alius, vel aliter fines designaret.

III.

De seruo corrupto.

Qui seruum aut seruum alienũ vel alienã corrupisse, vel ei quid persuasisse quo deteriorẽ eũ faceret, conuincitur, quanti ea res erit in duplũ actio datur. Et datur directã actio domino cuius seruus corruptus est. Vtilis autẽ datur eis, qui habet ius in seruo, vt vsuarijs, vsufructuarijs, creditoribus, & bonæ fidei emptoribus. Corruptus autẽ seruus siue de bono fiat malus, siue de malo deterior, & fit hoc per persuasionẽ. Est autẽ persuadere pluiquã cõpelli, & sibi parere, vt j. c. l. j. §. persuadere. Persuadetur autẽ in hac actione quanti deterioratus est seruus in corpore, vel in animo, ex persuasione mala. Itẽ æstimantur res quas subtraxit incontinenti post corruptionem & posteaquam fugit à domino. Si autem ex interuallo post fugam det

Corruptio serui.

dānū, vel surripiat, nō estimat in hac actione cōtra corrupto-
rē. Retticitur autē in duplū dānū datū, nec distinguitur viuat,
vel mortuus sit seruus, vel manumissus, vt j. c. l. si quis §. vl. & l.
in hoc. & l. Netarius. Ad similitudinē huius actionis datur pa-
tri utilis actio, filio vel filia corrupta, in eam summam, quam
ipse estimauerit suo iure iutando, vt tamen Iudex refrānare
possit talē estimationē, sicut facit in actione iniuriarū. Inst. de
iurciu §. pœna de hoc Inst. de act §. omnes autē actiones, in gl.

IV. De seruis fugitiuis.

Fugitiuus. Quia ex corruptione seruorum saepe cōtingit eos fugere,
& derelinquere dominum suum, ideo tractatur hic materia
fugitiui serui. Est autem fugitiuus qui ea mēte recedit à do-
mino, ne postea reuertatur ad eum, licet mutato consilio re-
deat, quia nemo tali peccato pœnitens desinit esse nocens. Er-
ro autem dicitur, qui animo redeundi, quandoque discedit, vt
infrā de ædil. ed. c. l. quis sit fugitiuus. §. erronē. Ille ergo qui
seruū fugitiuum celat, id est, occultat, fur est. Est autē celare
quando quis vult ignorare ad quem ea res pertinet, alicuius
emolumenti causa, quo casu etiam lege Fawia de plagiaris
criminaliter tenetur, vt dicemus infrā ad l. Fa. de plag. Proui-
detur autem domino volenti requirere seruū, quia potest
adire præsidem, vt vel per se, vel per magistratus, vel per mili-
tes stationarios, vel apparitores dominū adiuuent in requi-
rendis fugitiuis, & si nō fecerint, mulctantur in centū solidis.
Et eadē multa imponitur in eis qui quæri apud se prohibuit.
Debet enim quilibet etiam senator pati in domo sua scrutari
cubicula, & vestigia occultantis. Item datur potestas cuiuslibet
comprehendenti fugitiuum seruū, vt ipsum diligētē custo-
diat, antequam in publicum exhibeat, id est, magistratui tra-
dat, inō vincire permittitur, vt infrā l. j. & ij. & l. diuus.

V. De alea lusū, & aleatoribus.

Lusus alea. Lusus alea est omnis qui virib. fortunę nititur, & est omnis
prohibitus, ne fiat in pecunia, præterquam si quis certet hasta,
vel pilo iaciendo, vel currando, saltando, iustādo, pugnādo, sit
enim causa virtutis, id est fortitudinis corporis, vt in auth. vt
om. ob. iu. in prin. Itē pro eo quod ponitur in cōiuiuo vascen-
di causa, permittitur ludere familiā, vt sic possint aliqui su-
dere inter se causa comestionis faciendæ. Aliās si ludatur in
ludo prohibito, nō tenet spōsio, imō quādoq; datur repetitio.
Aleator. Aleator autē est, qui lusum aleę cōsuevit apud se causa sui e-
molumentū exercere, sicut & in cauponib. dicitur suprā naua,
caup.

caup. stab. l. j. §. caupones. Hic autē odiosus est iuri, vt neq; ini-
uriarū, neq; lege Aquilia agere possit, si ludi occasione vbi-
cunque, vel quādoocunque fiat ei damna vel iniuria, vt quia
dicatur falsos talos dedisse, vel corruptum vinum vendidisse.
Sed et si fiat ei furtum domi eo tempore, quo alea apud eum
ludetur, non datur ei actio furti, à quocunque fiat furtum.
Domus autem pro habitatione & domicilio hic ponitur. Et
lusor, qui compulit collusorem ludere, mulctatur, aut in la-
tunas ducitur, id est, in carcerē, quia ibi latet in carcerati.
vt j. c. l. j. §. vl. solent enim quidam cogere ad ludum: vel ab
initio, vel dum victi retinent amilla, j. c. tit. l. ij.

VI. Si mensor falsum modum dixerit.

Quia in actione finium regum. necessarium est mensorem
adhiberi, qui fines contēditum metiatur, ideo ponitur hic,
quid iuris sit, si mensor dixerit falsum modum. Datur autem
aduersus mensorem agrorū actio in factum, ab eo enim nos
falli non oportet. Nam interest nostri, ne in modi, id est, men-
suræ renuntiatione fallamur, si forte de finib. contētio sit, vel
emptor scire velit venditor cuiusmodi, id est, quantæ men-
suræ ager venditus sit. Et quia talis mensor operam suam
beneficij loco præbet, datur ei non merces, sicut in locato,
sed quoddam ad remunerandū, quod honorarium appellat-
ur. Et punitur dolus malus duntaxat in mensore. Nam si im-
peritē versatus est, sibi imputare debet, qui eum adhibuit. Si-
militer si negligenter egerit, aequē mensor securus erit, dum-
modo non sit lata culpa, ista enim dolo comparatur.

VII. De religiosis & sumptibus funerum, & ut su-
nus ducere liceat.

Religiosus locus est, in quo aliquis est sepultus, etiā si ser-
uus sit. l. ij. resp. j. cod. de quo §. de ierum diui. Funeris verò
sumptus dicitur, qui ideo fit, vt funus ducatur vel sepeliatur, Funeris
puta si quid est impicium in elatione mortui, vel ad corpus cu-
stodiendū, vel commēdandū, vel in locū, vel in marmor emē-
dum vbi sepeliatur defunctus: qui locus etiam dicitur sarco-
phagus, à sarcos quod est caro, & phagin, quod est comedere:
vel in vellem collocandam cum defuncto, quā cum eo voluit
sepeliri, & quicquid corporis causa antequā sepeliatur, con-
sumptū est, funeris impensa: & potest repeti. Cōtinetur etiam
hoc edictū, quod nec homo mortuus, nec ossa hūmānis mor-
tui in locū parū alterius, aut in illud sepulerū, in quo ius non
est, inferantur. Qui enim hoc fecerit, tenetur ad pretiū loci,
aut

Iuri odio
jus.

Domus.
Lusor.
Lati-
na.

Mensor
agrorum.

Honora-
rium.

Religio-
sum.

Funeris
sumptus.

Sarco-
phagus.

Purus
locus.
Sepul-
crum.

Monu-
mentum.

Cenota-
phium.
Mun-
imentum.

Inferre.

Interdi-
cti ratio.

Adifica-
re sepul-
crum.

aut vt corpus tollat. Si verò in sepulcrum alienum inferat, te-
netur de sepulcro violato pœna centum aureorum. Et dicitur
Purus locus, qui neque sacer, neque sacratus est, neque reli-
giosus, sed omnibus his rationibus caret. Sepulcrum est, ubi
corpus mortui ossive hominis condita sunt. Et nò totus locus
qui sepulturae destinatus est, sit religiosus: sed solù quatenus
corpus humatum est. Monumentum autè generaliter res est
memoriae causa in posterum prodita: in qua si corpus vel re-
liquae inferantur, fiet sepulcrum. Si verò nihil eorù inferatur,
erit monumentum, quod Graeci cenotaphium appellat: quod
secundum variam orthographiam vel novum, vel commune,
vel vacuum significat sepulcrum. Monumentum autem est id,
quod causa manendi eius loci factum sit, in quo corpus im-
positum est: sicut sunt elatri, vel inserta ferramenta: & illud
non spectat ad sumptus funeris.

VIII. De mortuo inferendo, & sepulcro adificando.

Qui inferendi mortuù ius habet, non prohibeatur inferre
id est, sepelire. Videtur autem prohiberi, siue in locum suum
prohibeatur inferre, siue in itinere impediatur. Et propositum
est hoc interdictum propterea, quia religionis interest, mo-
numenta extrui, & exornari. Prohibetur autem adificare se-
pulcrum is, qui prohibetur talem materiam conuehere, quae
adificationi necessaria sit: vel si machinam quis alligere præ-
hibeatur. Prohibetur etiam hoc interdicto, ne muliere præ-
gnans mortua sepeliatur antequàm partus ei excidatur.

DIGEST. PARS TERTIA.

LIBER XII.

Tit. I. De rebus creditis, & si certum petatur conditione.

Res cre-
dita.
Credere.
Res.
Certum.
Cōdere
Mutui
datio.

Res creditae dicuntur quae ex quocunque contractu, quo
fidem aliam sequimur, nobis debentur. Est enim creden-
di vocabulum generale: & dicimur credere, cumque rei as-
sentiamus, si ex eo contractu aliquid recepturi sumus. Appella-
tione autem rei venit pecunia, & omnis species etiam facta,
id est, ea quae in facto consistit. Certum autem hoc titulo mu-
tuum est, quod peti dicitur, id est, repeteri, cum à debitore mu-
tuum repertimus: pro quo datur nobis conditio, id est, repeti-
tio. Condicere enim apud antiquos repeterere dicebatur. Mutui
autem datio consistit in his rebus, quae pondere, numero, vel
& pecunia. Haec enim res in genere suo functionem recipiunt,
id est,

id est, cōpensationem, vel comparisonem. In aliis autè reb.
non potest cōsistere mutuum, quia aliud pro alio invito cre-
ditore solui non potest. Appellata autem est mutui datio ab *Mutui.*
eo, quòd de meo fit tuum: & ideo si non sit tuum, nò nascitur
obligatio. Creditum ergo à mutuo tantum differt, quantum *Crediti à*
genus à specie. Nam creditum consistit etiam extra eas res, quae *Mutuo*
ponderi, numero, & mensura continentur: sicuti si eandè rem *differen-*
recepturi sumus, creditum est. In mutuo autem non eandem *tu.*
speciem, quam dedimus, sed idem genus reperimus, quòd ideo
certum appellatur, & pro eo datur conditio certi generalissi- *Certum.*
ma, quae competit ex omni causa, id est, ex omni obligatione,
siue sit nata ex contractu certo, siue ex incerto: dum tamen
pura sit obligatio: nam ante diem vel conditione agere non
potest creditor. l. certi. infra eod. Est & certi conditio specia- *Certi cō-*
lis, quae competit in solo mutuo: & haec à quibusdam dicitur, *ditio.*
Si certum petatur: vt sit proprium nomen eius actionis. Alij
autem appellant eam certi conditionem specialem pro mu-
tuo, de quo per gloss. Instit. quib. mo. re contra. obl. §. j. in ver.
conditio.

II. De iureiurando siue voluntario, siue necessario,
siue iudiciali.

Iureiurandum securdum Pla. est affirmatio vel negatio ad- *Iureiura-*
hibita religione. Et competenter potuisset appellari factum *dum.*
iuratum, vel ius iuratum. Et continet iureiurandi religio maximū
remedium expediendarum litium, quo vel ex pactione litiga-
torum, vel ex auctoritate iudicis deciduntur controversiae. Et
habet speciem quandam transactionis, ac maiorem auctorita-
tem quam res iudicata. Repetitur autem multiplex iuramen- *Iuramē-*
tum in corpore iuris, quoddam enim voluntarium, quod pars *tū mul-*
parti extra iudicium praebet, ideo sic dictum, quia ex volunta- *tis lex.*
te defertur, & voluntate suscipitur, & relatu vel delatum vo- *Volunta-*
luntarie suscipitur, vel recusat. j. eod. l. iureiurandum quod, *rium.*
Quoddam necessarium, quod ipse iudex defert, & etiam con- *Necessa-*
stringit ad iurandum. Nec enim potest hoc sacramentum re- *rium.*
ferri, nec recusari, nisi praetendatur iusta causa recusationis. C. *Iudicia-*

Calumniæ. Tit. proximi. Est & iuramentum calumniæ, & hoc de credulitate, de quo dicitur C. de iureiuran. cal. cau. fa. Item iuramentum tutoris, vtrum sit creditor vel debitor pupilli, & hoc similiter dicitur de credulitate, de quo in authent. vt hi qui obl. se per. ha. res mi. §. j. col. vj. Item testis, & hoc de veritate, vt C. de test. l. iurandum. Item purgationis C. de his qui ad eccles. confu. l. quanti. Item ratione atatis, vt in const. tutioe de pace tenen. l. hac edictali. §. sacramento. Item iud. cis & aduocati, vt C. de iudi. l. rem non nouam. Est ergo effectus iuramenti, vt dato iureiurando nihil aliud queratur, quam an iuratum sit, remissa questione an debeatur, quasi satis probatum sit iureiurando. Est & manifestæ turpitudinis, & confessionis, nolle iurare, nec iurandum referre.

IV. De in litem iurando.

Iuramentum in litem. Præcedens iuramentum est de iure, hic sequitur vnum iuramentum, quod est ex voluntate, siue affectione. Et appellatur hoc iuramentum in litem, quia æstimatio litis iuxta affectionem iurantis taxatur. Et datur illud iuramentum in actionibus in rem, id est, realibus, quorum sunt decem, vt Instit. de actio. §. præterea. Et in actione ad exhibendum, & in bonæ fidei iudiciis iuratur in litem. Sed index potest præfinire certam summam, vsque ad quam iuretur. Item & si iuratum fuerit, licebit iudicem absolvere vel minoris condemnare. Nec potest alius iurare in litem, quam dominus litis.

IV. De conditione causa data, causa non secuta.

Cōdictio. Cōdictio hic, & in omnib. tit. seq. exponitur, id est, repetitio. Si quis ergo, ob rem non inhonestam, dederit pecuniam, puta vt si filius emancipetur, vt seruus manumittatur, vel à lite discedatur, causa secuta, propter quam dedit, repetitio cessat. Sin autem causa secuta non fuerit, potest condicere, id est, repetere, quicquid taliter datum est.

V. De conditione ob turpem causam.

Cōdicere ob turpem causam. Prior tit. de conditione ob causam, futuram causam tantum respicit, honestam tamen, hic verò tit. etiam præteritam & futuram, & non honestam respicit, sed turpem. Omne igitur quod datur, aut ob rem datur futuram, aut ob causam datur præteritam. Si ob rem, aut turpem, aut honestam. Ob turpem, aut quia dantis sit turpitudinis, non accipientis, aut accipientis datur, non etiam dantis, aut vtriusque. Ob rem igitur honestam datum, ita repeti potest, si res propter quam datum est, secuta non est.

est. Quod si turpis causa accipientis fuerit tantum, etiam si res secuta sit, repeti potest: vt puta si dedi tibi decem, ne sacrilegium faceres, ne furtum, ne hominem occidas: qua specie condici potest, id est, repeti. Item etiam si iudici dedi, vt secundum me in bona causa pronuntiaret, est locus conditioni: iudicem enim corrumpere videor. Vbi autem & dantis & accipientis turpitudinis versatur, non potest repeti: veluti si pecunia detur, vt male iudicetur: vel si quis in adulterio deprehensus redemerit se, quia in pari causa turpitudinis, potior est conditio possidentis. l. in pari. de reg. iur.

Cōdictio in ob turpem ubi non est locus.

VI. De conditione indebiti.

Si quis indebitum ignorans soluit, per hanc actionem condicere potest, id est, repetere. Sed sciens se non debere, si soluit, cessat repetitio. Et est triplex indebitum. Primo modo naturaliter, & ciuilitur: vt quando nullo modo debet. Secundo, quando est naturaliter indebitum, sed debitum ciuilitur, vt patet in chirographo ante biennium. Item quoties mihi quis ciuilitur & naturaliter tenetur, si pacto vel iureiurando liberatur, remanet ciuilitur debitum, sed naturaliter indebitum. Et hæc duo indebita indistinctè repetitur: siue per ignorantiam facti probabilem, vt in alieno facto: siue non probabilem, vt quia in suo facto: siue per ignorantiam iuris. Nam non nocet iuris ignorantia in damno vitando. Tertio modo est indebitum ciuilitur, sed naturaliter debitum, vt inter patrem & filium, & inter fratres in eiusdem potestate patris existentes, item inter dominum & seruum, item in legato minus solemniter, vel etiam solemniter, si saltem per Falcediam minuatur: item in eo qui est absolutus per sententiam. In talibus autem indebitis solutis distinguitur, an per errorem iuris soluantur, & tunc non repetuntur, an facti & minus probabilem, & tunc idem: an per probabilem, & tunc repetuntur. Item quæ causæ hanc actionem inducant, habentur in l. si procurator. in fin. Item in quantum detur, ponitur in l. indebitum & l. indebiti, infra eodem.

Indebitum triplex.

VII. De conditione sine causa.

Est & alia species cōditionis. Si quis enim sine causa promiserit, vel soluerit aliquid indebitum, quod promissit sine causa: siue vt quia credebat se teneri ex testamento ad legatum præstantum, cum non valeret testamentum, vel erat ademptum in cōditionibus: condicere quantitatem non potest, quam non dedit. sed ipsam

cuniam conuerti C. eod. l. ij. Sublata ergo actione recepticia, sufficiat hæc actio in omnibus. Si autem plures sint constitutores, tenetur quilibet in solidum: sed habet beneficium epistolæ, vt diuidatur actio inter omnes, qui tempore litis contestatæ sint soluendo. Et est hæc actio prætorialis, & perpetua: inst. de act. §. de pecunia & C. eod. l. ij.

¶ I. Commodati, vel contraria.

Commodatum est alicuius rei ad aliquem specialem usum gratuito facta concessio. Dicitur Concessio & non Translatio: quia is, qui commodat, retinet dominium & possessionem infra eod. leg. rei commodata. Et dicitur gratuita, &c. nam interueniente mercede, vel specie transibit res in locationem, vel in contractum innominatum do vt facias: vt inst. mand. infra vl. Ad aliquem usum, ideo dixi, vt notetur differentia inter Commodatum & Precarium. Precarium enim conceditur sine certi vsus præsumptione: vnde quandoque reuocari potest, infra de precar. l. cum precar. Commodatum autem ad certum usum conceditur: vt commodauit equum, vt ad villam duceres: scalas, vt fenestris supponeres, &c. vnde Commodatum non reuocatur, nisi finito vsu, ad quem est concessum. Alioquin tenetur commodator contraria commodati. Adiuuari enim nos, non decipi, beneficio oportet. infra eod. leg. in commodato. §. sicut. Et dicitur Commodatum quasi commodo ventis datum. Consistit Commodatum in rebus mobilibus, & se mouentibus, & in immobilibus. Item & in incorporalibus, puta seruitute habitandi: vt infra eod. l. leg. j. Ex Commodato autem duæ oriuntur actiones: Directa, quæ datur commodanti & eius hæredi contra commodatarium, & hæredem eius: quæ continet restitutionem rei non deterioratæ: nec etiam videtur reddita res, si reddatur deterior: vt infra eod. leg. seruum. §. j. & ideo debet præstari interesse, vt ibi dicitur. Contraria autem datur commodatario, & eius hæredi contra commodantem, & eius hæredem: & proponitur ad impensas maiores in ægritudines serui commodati factas. Item qui commodauit scenis vasa vitiosa, tenetur Contraria: si insulum vinum vel oleum corruptum, effusumve est. Item venit in Contrariam, ne intempestiue reuocetur commodata mihi surripiam, & ego ignorans eum surripuisse, præstari ei æstimationem rei, vel interesse.

¶ II.

De pignoratitia actione, &c.

Pignoris obligatio contrahitur re, & gratia vtriusque, id est, credi

creditoris & debitoris: vt insti. quib. mod. recon. ob. §. creditor. Nam ita demum locum habet Pignoratitia, si res interueniat, id est, creditor eam à debitore accipiat, vel accipiat auctoritate iudicis. vt in poss. is cui. §. quarti. Licet hypothecaria sola conuentione nascatur, & rei traditio nihil ad eam opereatur, nisi in casu. l. non est. §. j. eod. de hypothecaria tractatur. j. de pigno. Sed hic de pignoratitia actione directa, & contraria agamus. Habet autem directa locum soluto debito creditori, vel aliter satisfacto: nec aliter nascitur pignoratitia. Satisfactum autem accipimus quemadmodum voluit creditor, licet non sit solutum: siue pignori bus aliis sibi voluit cauere, vt ab hoc recedat, siue fideiussoribus, siue reo dato, siue pretio aliquo, vel nuda conuentione. Item extinguitur pignus nouatione voluntaria. Idemque si accepti latio sit facta, vel pactu de non petendo: vel iusiurandum sit præstitum à debitore deficiente creditore, quod ei non debet. Et datur pignoratitia ei, qui obligauit pignus suum vel alienum domino volente, vel ratum habente. Contraria verò datur creditori ad multa: si enim decipiatur à debitore vel re ipsa, vel ex eius proposito: quia obligauit ei rem alienam, vel alij obligatam: nisi ea res sit ampla. Item si in accipiendo pignore decepit eum debitor: vt si ostenderit ei corpus æneum, vel stanneum, quod dicebat esse aureum, vel argenteum: & similibus casibus.

LIBER XIV.

Tit. i. De exercitoria actione.

EXercitoria datur contrahentibus eum magistro nauis, contra exercitorem qui magistrum præposuit: scilicet in eam causam, in quam præpositus est expressè, vel tacitè. Et est summa utilitas huius edicti. Cum interdum ignari, cuius conditionis, vel quales sint magistri nauium, cum eis propter nauigandi necessitatem contrahamus: æquum fuit eum qui magistrum nauis præposuit, id est, exercitorem, teneri. Sicut tenetur qui institor tabernæ vel negotio præposuit. imò maior necessitas contrahendi eum magistro nauis, quam eum institore est. Res enim patitur vt de conditione institoris cuius dispiciat, & sic contrahat. In nauis magistro non ita: nã locus, & tempus nõ patitur plenius deliberandi consiliu. Et debemus intelligere magistrum nauis eum, cui totius nauis anchora, id est, gubernatio à domi-

no mandata est Si enim cum alieno nauta quis in nauī contraxerit, non datur actio exercitoria. Quāquā ex delicto cuiusvis eorum qui nauigandi causa in nauī sint, detur actio in exercitorē Et in hoc differet iste titulus a superiori. Nau. ca. stab. vt recep. res. quia tit. noster contra exercitorem ex contractu solius magistri nauis oblig. Alius autem obligat exercitorem pro omni delicto in nauī a nautis commissio. Et ratio huius differentie est: alia enim est contrahendi causa, alia delinquendi: qui enim magistrum præponit, contrahi cum eo permittit. Et ideo omnia facta magistri debet præstare, qui eū præposuit: alioquin contrahentes deciperentur. Qui autem nauas habet in nauī, non contrahi cum eis permittit: sed dolo & culpa carere eos curare debet. Exercitorem autem appellamus eum, ad quem obuentiones, & lœra, ac reditus omnes ex nauī perueniunt: siue is dominus sit, siue a domino nauem, recepturus in se periculum, conduxit vel ad tempus, vel in perpetuum.

Exerci-
tor.

I I. *Ad legem Rhodiam de iactu.*

Lege Rhodia cauetur, vt si iactus mercium gratia leuanda; id est, alleuanda nauis factus sit, tale damnum sarciatur omnium contributione: quia pro omnibus datum est. Tenetur itaque contribuere & ille, cuius est nauis, quia nauem habet saluam. Item & ille qui fecit iactum rei suæ causa leuanda nauis, contribuere debet etiam pro rebus iactatis. Et alij simul nauigantes vnusquisque pro æstimatione rei suæ, quæ salua permansit Et dictus est hic titulus, propterea ad legem Rhodiam de iactu: quia in Rhodo insula Lyciæ, eius frequentia prius fuit propter frequentem vñum mercatorum, qui ibi fuit: vt haberetur in decre. dit. ij. cap. Rhodia. Qui ergo leuanda nauis gratia res aliquas proficiunt, non hanc mentem habent, vt eas pro derelicto habeant: quippe si inuenirent eas, ipsi reiperent: & si suspicari fuissent in quem locum iactæ essent, inquirerent eas: perinde ac si quis enere pressus in via rem abiecerit, mox eum aliis reuersurus, vt eandem auferret. Qui ergo tales res receperit, suis dominis restituere debet: quod si animo lucrandi tales res retinere contenderit, furtum committet: Authen. nauigia C. de furtis.

Lex Rho-
dia.

I I I. *De institoria actione.*

Sicut titulus præcedens de exercitoria, loquitur de eo, qui nauī præpositus est: ita hic titulus de his, qui præpositi sūt negotiis, quos Institores appellamus. Dicitur institor, ex eo, quia negotio

Institor.

negotio gerendo instet. Nec est cura verum sit præpositus tabernæ, an cuiuslibet alij negotiationi. Est ergo æquum, quod sicut commoda sentimus ex actu institorum, ita etiam obligari nos ex contractibus ipsorum, & conueniri. Si quis ergo institor in negotio sibi commissio contraxerit, poterit conueniri hac actione dominus, qui eum præposuit, vel instituit stationi, vel negotiationi gerenda in eam causam, in quam præpositus est, expressè vel tacitè. Et sic dicitur institutio, ab institore, scilicet præposito: quamuis Exercitoria, nominetur à præponente. Et non est institoria proprium nomen actionis, sed dicitur actio ex empto vel vendito institoria, vt J. eod. l. cuiusque. §. non tamen.

I V.

De tributoria actione.

Dominus qui aliis in serui contractibus magnum habet priuilegium, quia de peculio duntaxat tenetur, cuius peculij æstimatio fit, deducto eo quod domino debetur, vel his qui sunt in domini potestate. Tamen si sciret seruum, in peculiari merce negotiari, vocatur ex hoc edicto in tributum à creditoribus, veluti extraneus creditor, vt sit eiusdem conditionis cum aliis. Et porrigitur hoc edictum ad omnes negotiationes. Et aliud est esse peculiarem mercem, & aliud peculium: quia Peculium accipitur deducto quod domino debetur. Merx autem peculiaris, etiam si nihil sit in peculio, dominum tributoria obligat, ita demum, si sciante eo negotiabitur. Et scientiam intelligemus, si sciuerit dominus, & non protestabitur: id est, non contradicet expressè, tenebitur actione tributoria. Et non solum ad seruos pertinebit actio tributoria, verum etiam ad eos, qui nobis bona fide seruiunt, sive liberi, sive serui alieni sint, vel in quibus vsum fructum habemus, dummodo merx, in qua peculiariter negotietur, ad nos pertineat. Per hanc actionem tribui iubetur dominus, quod ex ea merce, & quod eo nomine receptum est. Et inde Tributoria appellata: quia dominus simul cum aliis debitoribus in tributum vocatur, id est, in contributionem. Non autem totum peculium venit in tributum: sed id duntaxat, quod ex ea merce est.

Peculia-
ria merx.

Tributo-
ria qua-
re.

Quod cum eo qui in aliena potestate est, negotium esse gestum dicatur.

Filius familias factus sui iuris emancipatione, vel dignitate, vel morte patris, vel cõsimilib. modis, tenetur ex primis contractibus, in quantum facere potest: quia actio contra filium, ex

eo quod sui iuris sit, de iure civili admittitur. Sed per Prætorum restituitur per titulum illum supra de mi. per hunc autem

Beneficium filii fami. titulum postea modificatur. Et sic habet duplex beneficium filius fami. vnum in restituendo, aliud in modificando. Et introducta est materia huius tituli à prætoribus, propterea quod qui contraxerit cum eo, qui in aliena potestate sit, etiam si deficient superiores actiones, id est, exercitoria, institoria, tributoria, nihilominus tamen, in quantum ex bono & æquo res patitur, consequetur sibi debitum. Siue enim iussu eius, cuius in potestate est, negotium gestum fuerit, in solidum eo nomine actio datur, de quo infra tit. quod iussu. Siue non iussu sit, tamen in rem eius versum fuerit, catenus introducit actionem, quatenus in rem eius versum est, de quo infra, de in rem ver. Siue neutrum eorum sit, de peculio actio constituitur vt infra de penu. Ideo autem datur hoc privilegium emancipato filio, quod teneatur in quantum facere possit, quia sic alterato statu, videtur esse alius homo, quam fuerat prius, vnde & de subtilitate iuris non tenetur primis creditoribus. Sed tamen de æquitate tenetur eis ex illo edicto, de capite minutis. Illud enim edictum creditoribus primis resuscitat veteres actiones utiles, vel indulget actiones in factum, vt supra d. c. min. l. j. hoc autem edictum. Quod cum eo, &c. hic modificat actionem, in quantum facere potest emancipatus, vt dixi.

Ad Senatusconsultum Macedonianum.

Licet ex quolibet contractu facto cum eo, qui in nostra potestate est, teneatur quoquo modo, vt supra tit. proxi. hoc tamen fallit in filiofa. in duobus casibus: vnus est in voto: vt j. de pollic. l. si quis rem. §. voto. Alius in mutuo, de quo tractat hic tit. vt non teneatur ipse filius, nec pater cum effectu, prohibente hoc Senatusconsulto. Verba autem Senatusconsulti hæc sunt. Cum inter cæteras sceleris causas Macedo vsurarius & etiam alienum adhibuisset, & sæpe materiam peccandi & occidendi parentes malis hominibus præstitit: placer, ne cui filiofa. pecunia ab eo mutuo data etiam post mortem patris præiudicaret: vt scirent qui pessimo exemplo conerarent (id est, vsuram committeret) nulla posse actione expectata patris morte, quod ita expendissent, reperere. Et est ratio, quia sæpe filij onerati àre alieno creditorum pecuniarum, quas in luxuria consumebant, vitæ parentum insidiabantur: vnde appellatum est Macedonianum Senatusconsultum, quia in odium Macedonis vsurarij factum est. Sed fallit hoc Senatusconsultum multis casibus

Macedonianum,

casibus no. per gloss. Inst. quod cum eodem. §. illud aliquid. per do. Sic in c. quia plerique. de immun. ecclie. & in c. fin. de solut.

LIBER XV.

Tit. I. De peculio.

Peculium quandoque ponitur pro cuiusque matrimonio: vt j. ad Trebel. l. cogi. tamen improprie quandoque ponitur pro pecunia parata Præsidij causa: vt j. de leg. iij. li. Si chorus. §. j. Quandoque ponitur pro reb. paraphernalibus: vt j. de iure dot. l. si ego. §. dotis. Quandoque ponitur pro his tantum quæ iuste obveniunt seruo: vt j. de acq. poss. leg. seruus. Quandoque autem ponitur & proprie, pro eo quod seruus domini permixtum separatim habet à rationibus domini, deducto tamen si quid domino debetur, vel his qui sunt in potestate sua, vel tutela, vel cura. Diciturque peculium, quasi pusilla pecunia, siue patrimonium pusillum, vt j. eod. l. depositi. §. vlt. & l. sed & si damnum. §. peculium. Competit autem peculij actio contrahentibus cum seruo, vel filiofa. patris, vel domino nolente, vel inuito, licet secus sit in institoria. j. eod. l. si quis. §. vlt. & l. quoties. j. respons.

I I. Quando actio de peculio est annalis.

Post mortem eius, qui in alterius potestate fuit, postea quam is emancipatus, manumissus, alienatusve fuerit, duntaxat de peculio, & si quid dolo malo eius, in cuius potestate est, factum erit, quo minus peculij esset, in anno, quo primum de ea re experiundi potestas erit, iudicium datur, quandiu autem seruus vel filius in potestate est, de peculio actio perpetua est (id est, esse potest) post mortem autem eius, vel postquam emancipatus, manumissus, alienatusve fuerit, temporalis esse incipit, id est, annalis. Annus autem utilis computabitur. Et merito in hoc casu prætor fecit temporariam actionem. Nam cum morte vel alienatione extinguitur peculium, sufficiebat vsque ad annum producti obligationem.

I I I. De in rem verso.

Si illi qui in potestate sunt aliena nihil in peculio habent, hi tamen qui eos habent in potestate in solidum tenentur, si in rem, id est, utilitate eorum, quod receptum est, conuersum sit quasi cum ipsis potius contractum videatur. Nec videtur frustra de in rem actio permixta, potest enim fieri, vt in rem versum sit & versum.

Annus quidam de peculio.

cesset de peculio actio. Quid enim si dominus peculium ademit sine dolo malo? Quid si morte serui extinctū est peculium, & annus utilis præterit? De in rem serui nāque actio perpetua est, & locum habet siue peculium ademptum sit, siue actio de peculio anno finita est. Datur autem hæc actio quotiescunque seruus voluntate domini gerendo negotium eius utiliter, vel non utiliter aliquid ei emerit, vel pro eo aliquod pactum iniuit. Nam etiam si ad luxuriam materiam, vel ad delicias, vel ad turpes sumptus aliquid domino volenti emerit, vel gesserit, tenetur dominus de in rem verso, infra eod. l. iij. §. nec non. & l. si res. §. quod seruus. Si autem non voluntate domini seruus, gerendo negotium eius, aliquid ei emerit, vel obligationem pro eo iniuit, & id postea in rem domini vertit, & si quidem voluptarie non ad utilitatem, non tenetur dominus de in rem verso: sed debet pari creditorem imposita aufferre sine domus suæ iniuria. Si autem gessit utiliter, vel necessario, tenetur dominus de in rem verso, etiam si ratum non habeat, ut si triticum accepit, ut aleret familiam, aut pecuniam mutuo receptā domino creditori persoluit. Competit autem hæc actio in quantum versum est in rem domini. Si ergo in totum sit versum, agitur in totum: si pars, agitur pro parte. §. eo. l. si pro parte.

I V.

Quod iussu.

Merito ex iussu domini vel patris in solidum aduersus eum iudicium datur: Nam quodam modo cum eo contrahit, qui iubet. Datur igitur hæc actio, cum iussu, vel mandato domini contrahit seruus: siue dirigatur iussus ad contrahentem, siue dirigatur ad seruum. Nec est in eo opus verbis, vel scriptura: nec distinguitur, dirigatur specialiter in vno contractu, an generaliter. Nam qualitercunque dominus vel ratihabitione, vel subscriptione, siue per epistolam, verba, aut nūntium voluntatem suam circa contractum serui accommodet, & tenetur quod iussu in solidum. Et est quedam differentia inter Iubere, & Mandare: quia iussus importat necessitatem, sicut & præceptum, vel imperium. Mandatum autem non importat necessitatem, sed voluntatis sententiam. Sed quantum ad hanc actionem, non est differentia inter ea, ut liquet ex prædictis. Datur autem hæc actio hæredibus, & in hæredes, & in perpetuum, & in quantum iussus interuenit. Nec est proprium nomen actionis, sed adiectio, ut de iustitioria diximus, & de quibusdam aliis.

Iubere.
Mādare.

LIBER

LIBER XVI.

Tit. 2. *Ad Senatusconsultum Velleianum.*

Senatusconsultum Velleianum, bene consulens fragilitati mulierum, statuit ne fœminæ pro aliquo intercederent (id est, fideiuberent) vel pro alio promitterent. Nam sciet civilia officia, ut sunt iudicia, arbitria, & his similia, fœminis sunt adempta, ita multo magis adimendum eis officiū, in quo non sola opera & nudum ministerium earum versatur: sed etiam periculum rei familiaris, id est substantiæ. Sunt autem verba Senatusconsulti hæc. Quod M. Silanus, & Velleius Tutor Consules verba fecerunt de obligationibus fœminarum, quæ pro aliis res fierent, quid de ea re fieri oporteret, de ea re ita consuluerunt. Quod ad fideiussiones, & mutui dationes pro aliis, pro quibus intercesserunt fœminæ, pertinet: tamen si antea videretur ita ius dictū esse, ne eo nomine ab his peritio fiat, neve in eas actio detur, cum eas virilibus officiis fungi, & eius generis obligationibus obstringi non sit æquum. Tulit autē hoc Senatusconsultum opem mulieribus propter sexus imbecillitatem, quæ multis casibus huiusmodi suppositæ atque subiectæ sunt. Sed ita demum eis subuenitur, si deceptæ sint: non si decipiant. Nā deceptis, non decipientibus opitulatur, vel subuenitur. Cessat autem hoc Senatusconsultum his casibus: Casibus in senis mulier spondendo tenetur: Pro libertate, pro dote, renuntiet, & si decipiet, pretium capiat, cautæque secundo, Res sua succedat illi pro quo fideiussit, gl. in l. j. infra eod.

I I.

De compensatiombus.

Compensatio est debiti & crediti inter se, id est, ex vtraque parte contributio: potest enim vnusquisque creditor suum, eundemque debitore petentem repellere, si paratus est compensare. Et est compensatio ideo inuenta, quia interest nostra potius non soluere, quam solum repetere, propter laborem & expensas quæ sunt in iudiciis, & propter morā iudiciorum. Cessat autem compensatio his casibus: primo, quādo ille qui præfert exercitui mandat alij, ut omnem copiam rerum exercitui administret: quod non fecit, & propterea cōuenitur mandati: tunc enim non compensat: in eius vtilium. l. ob negotium infra eo. Item eadem ratione cum quis perperam alienā possessionē occupauit. l. si in f. C. eod. Item depositarius propter suam perfidiam non compensat. Infra de actio. §. in bonæ fidei.

Quando cessat compensatio.

D 5

Item

Item ratione incertitudinis, vt si aliud debitum negat, vt C. eod. l. fin. §. penult. Item propter fauorem, vt in Repub. si quid ei debetur ex Calendario, id est, libro rationum, vel ex vectigalibus, vel ratione frumenti, vel tributi, vel alimentorum, vel ratione statutorum, vel sumptuum: vt C. eod. l. in ea. Et dicitur Compensatio quasi communis pensatio: ac si aperte diceret lex, non nisi in ponderibus & quantitatibus locum habet: vt C. eod. l. si consistat. Si verò ab vtraque parte debetur species, vel ab vna species, ab altera quantitas, vel ab vtraque parte pecunia, sed vt species, non admittitur compensatio. C. de rei vend. l. si pecunia. & supra de pig. act. l. si conuenerit.

Compensatio unde.

Depositum in quibus rebus consistat.

I I I.

Depositum, &c.

Depositum est, quod custodiendum alicui datum est, id est traditum: dictum ex eo quod ponitur: prepositio enim De, auget depositum: vt ostendat, totum fidei eius commissum, quod ad custodiam rei pertinet, & in totum videatur separata custodia à deponente. Consistit autem depositum in rebus mobilibus, & se mouentibus tantum, nisi forte vbi sequestrum deponitur. Et est proprie in sequestro depositum, cum res aliqua inter plures in controuersiam deducitur, & ipsi in solidum certa conditione custodiendum tradunt, vt reddatur ei qui vincit, ergo istud depositum fit à pluribus tantum, & in solidum ab vnoquoque. Cum verò rem communem plures deponunt, pro parte vnusquisque deponit. Item depositi quod fit apud sequestrum possessio non remanet apud deponentes, nisi aliter sit actum, scilicet vt causa custodiam tantum detineat sequester. §. eo. l. proprie. & l. licet. & de verb. sign. l. sequester. Est aliud speciale in hoc deposito, quia sequester non potest renuntiare hoc officio recepti depositi, nisi iustissima causa interueniente, & eadem interueniente, raro est ei restituenda res, qui vixerit, sed oportet arbitrio Iudicis apud eum aliquam deponi. §. eo. l. ei. §. vi. & in hoc casu competit actio depositi sequestriaria §. eo. l. si in Asia. §. cum sequestro. Et habet naturam depositum quod si in tumultu, ruina, incendio, naufragio, aliquod depositum sit, si cum deponentis illud repeter, depositarius depositum recepisse inficiatur (id est, negat) tenebitur in duplum eius quod recepit, alius tenetur solum in simplum. & ista dicitur depositi Directa. Est & Contraria, quæ datur depositario & eius heredi in deponentem & eius heredem, in qua venit, quod utiliter est impensum à deposita

Depositum contraria.

positario in rem depositam. Hæc actio est civilis & personalis: nec in ea iuratur in litem infra eod. lex ciuitatis non est: quia regulariter nulla contraria infamatur supra de his qui not. infam. l. fur. §. vlt. Item bonæ fidei est: Instit. de act. §. actionem.

LIBER XVI.

Tit. I.

Mandatum, &c.

Obligatio mandati in consensu contrahentium consistit: ideo per nuntium quoque, vel per epistolam mandat accipi potest. Item siue rogo, siue volo, siue mando, siue alio quocunque verbo scripserim, ideo saltem, mandati actio est: & est mandatum ab eo, qui gratuito suscepit exhibendum. Mandatum enim nisi gratuitum nullum est. Nam originem contrahit mandatum ex officio & amicitia, officio autem contraria est merces. Interueniente autem pecunia res ad locatorem & conductionem potius respicit §. eod. l. j. §. vlt. Sed non omne mandatum est obligatorium: nam quod etiam gratia tibi mandem, si perueniam, est mandatum, & ob id nulla ex eo obligatio nascitur, veluti si mandem tibi, vt pecunias tuas potius in emptiones prædiorum colloques, quam in vsuras, vel equo uerso: cuius generis mandatum magis est consilium, quam mandatum, & ob id non est obligatorium, quia nemo ex consilio obligatur, etiam si non expediat ei cui datur: quia liberum est cuique apud se explorare, an expediat sibi consilium. Quando autem mandatum fit mei gratia tantum, veluti si mandem tibi, vt negotia mea geras, vel vt fundum mihi emas. Itæ quando fit mea & aliena gratia: vt si tibi mandem, vt mihi & Titio fundum emas. Item quando fit tua & mea: veluti si tibi mandem vt sub vsuris crederes ei, qui in rem meam muruaretur. Item tua & aliena: veluti si mandem tibi vt Titio sub vsuris crederes pecuniam: his casibus nascitur obligatio, & datur actio mandati contra mandantem, dummodo similiter mandarius fines mandati custodierit, neque in aliquo excesserit: sed susceptum mandatum adimpleuerit. Et dicitur Mandatum quasi ex manu mea datum. Ex mandato oriuntur quæ actiones, Directa, quæ competit cum cepit interesse eius qui mandauit. Contraria autem actio mandati competit, cum procurator impleuit mandatum iniunctum.

Mandatum quando obligatorium.

Actiones mandati.

I I.

Pro socio.

Societas est duorum vel plurium conuentio honestè celebrata, ob commodiorem usum & vberioreme questum contracta, secun

secundum Tullium Inst. eo. supra super rub. Et potest societas coiri vel in perpetuum, id est, donec viuunt contrahentes: vel ad tempus, puta biennium, &c. vel ex tempore puta a naturali Christi proximo in futurum: vel sub conditione. Et contrahitur societas siue vniuersorum bonorum, siue alicuius negotiationis: similiter etiam vnus rei tantum. Et potest coiri re & verbis, id est, coniunctim interueniente re, & interueniente stipulatione: vel etiam per nuntium. Dissoluitur autem societas renunciatione, morte naturali, & diuili, id est, capitis diminutione maxima vel media: vel etiam aduersa fortuna superueniente: vt si quis ex sociis bonis cesserit, vel bona sua publicata fuerint. Intit. eod. §. soluitur.

LIBER XVIII.

Tit. i. De contrahenda emptione, & de pactis inter emptores, & venditores compositis.

ORigo emendi & vendendi a permutationibus coepit: olim enim non erat ita nūmus sicut hodie: neque aliud Merx, id est, res vedita, & aliud pretium vocabatur, sed vnusquisque secundum necessitatem temporum ac rerum cum vtilibus sibi inutilia permutabat: quoniam plerumque euenit, vt quod alteri superest, alteri desit. Sed quia non semper, nec facile concurrebat, vt cum tu haberes quod ego desiderarem inuicem haberem quod tu accipere velles: ideo electa est materia auri vel argenti, cui publica ac generalis aestimatio difficultatibus permutationū subueniret: eaque materia forma publica percutta (id est, nūmi smate) vsu dominiūque non tam ex substantia, quam ex quantitate sua præbet. Vbi canque ergo pecunia datur vt aliquid aliud accipiat, Emptio est, & venditio. Vbi autem alia res præter pecuniam pro cōsimili vel alia re datur, est permutatio, non emptio. Et in eo differunt Emptio & Permutatio: quia in permutatione vtrumque dicitur Merx & Pretium, & vterque Emptor & venditor appellari potest. In venditione autem sicut aliud est vendere, aliud emere, & alius emptor, alius venditor: ita aliud est pretium, id est, pecunia, alterum merx, id est, res vendita. Itaque & sine pretio venditio nulla est. Est autem emptio iurisdictionum, & ideo consensu peragitur, & inter absentes contrahi potest per nuntium ad hoc destinatum, & per literas.

I. De in diem additione.

Addico, ex ad, & dico componitur: est vendere per licitationem,

tionem, hoc est, in venditione publica, vbi alius alio maius pretium pollicetur, vt sibi potius quam alteri venalia addicantur: vnde Addictio, & titulus de in diem additionis quædam quidam nostri temporis iurisperiti non intelligentes, emendant dicentes, de in diem adiectione: vbi non verba modo, sed sententiam ac ius ipsum corruperunt: quo verbo Cicero pro Cæcinnâ sepe vitur. Inde Addicti apud veteres dicebantur, qui prætoris pronuntiatione ac iussu, cum soluendo non essent, creditoribus vendebantur: de quibus crebra apud Luili mentio habetur. Et Addictus morti, destinatus dicitur. Cicero lib. offic. i. Et is qui morti addictus esset, &c. Dicitur ergo in diem addictio generaliter, quando vendit tibi rem hoc pacto, quod si aliquis in diem tale meliorem conditionem attulerit, sit tibi inempta. Et dicitur melior conditio afferri, si aliquid prætoris additum: vel maturior solutio, aut facilius afferatur, vel locus opportunior soluendo pretio adiciatur, vel persona idoneior accedat ad emptionem. Si quis exriterit qui meliorem conditionem afferat, deinde prior emptor paratus sit plus addicere, cessabit obligatio secundo constituta.

III. De lege commissoria.

Lex commissoria est speciale pactum quod in venditione apponitur: & habet locum quando vendit tibi rem & trado, & si non solueris hinc ad mensē, vel aliu tempus expressum in conventionione, quod res sit inempta, & cadat in commissum. Itaque cum venditor fundi in conventionione canit, vt si ad diem pecunia soluta non sit, vt fundus sit inemptus: ita debemus intelligere fundum inemptum, si emptor inemptum esse velit, quia id emptoris causa cauetur: & ideo lex commissoria in venditionibus adiecta exercebitur si emptor voler, nō eo inuito: quia quod fauore alicuius, &c. C. de legib. l. quod fauore

I. V. De hereditate, vel actione vendita.

De venditione incorporalium loquitur hic titulus. Tenet hæreditatem autem hereditatis venditio, cum aliqua est hæreditas quæ venierit, nisi dolus emptoris contractui dederit causam. C. eod. l. quæ nondū. Si verò nulla hæreditas, pura viuentis, aut eius qui nullus est de iure ciuili, vt quia seruus est: vel quia nec est ille, neque fuit in rerum natura, cuius hæreditas venditur, venditio est nulla. §. eod. l. j. Nec enim potest esse emptio sine res quia non emitur, alea, vel spes. §. eod. l. cum hæreditatem, quo casu tenebitur venditor emptori reddere pretium, & præstet ei suū interesse, & expensas, quas in eam rem impendit: scilicet per

Societas
contra-
hitur.
Dissolui-
tur.

Addictio
Addicti.

Emptio
quando
fit.
Permutatio.
Pretium.
Merx.

hæreditas
talis vbi
Actio.

per actionem ex empto, licet non teneat emptio. Firma autem & valida existente venditione & venditore suam hereditatem pendente, ad multa tenetur venditor, emptori. In primis res hereditarias tradere debet emptori si sint apud eum, licet non venderit eas. Est enim aliud vendere hereditatem, aliud res hereditarias. Quod si non sint apud eum, vel dubitatur quæ sint vel ubi sint res hereditariæ, cedere debet actiones omnes hereditarias, quæcunque sibi competunt ex hereditate, vel etiam quas ipse occasione hereditatis constituit, ut si accipit fideiussorem ab hereditario debitore, vel si nominavit, vel litem contestatus est, ut infra eod. l. ij. §. peruenisse. & §. non solum. Amplius etiam præstat venditor emptori, quod ad se peruenit, vel perueniet de hereditate; præstabit ergo pretia venditarum rerum, licet alij donauit. Item & ea quæ alienauit præstabit, &c. De Actionibus autem venditis sciendum, quod omnes actiones vendi possunt siue sint puræ, siue conditionales, siue reales, siue personales, & tenetur venditor, si nihil debeat debitor, vel si habeat exceptionem. Non autem tenetur præstare locupletem debitorem, vel in summam certam, nisi in contractu sit dictum. infra eod. l. si nomen. & l. quidem. & l. nomina. & C. eod. l. ult. Et siue venditor nominis cedat actionem emptori, uter directus emptor: siue non cedat, emptor habebit vitales actiones & in personam & in pignora. infra eod. l. emptori. & contra principales debitores, & contra fideiussores, &c.

Venditor hereditaris ad qua tenetur emptori.

Actio vendita.

De rescindenda venditione, & quando liceat ab emptione discedere.

Disceditur ab emptione.

Res integra.

Duas partes habet hoc rubrum. Rescinditur enim aliquando venditio, & hoc altera parte inuita: puta quando facta est contra prohibitionem iuris, vel lege impediens: ut si cum filiofam. aut seruo facta sit, aut propter metum adhibitum. Item propter dolum emptoris, & non alterius. Itē per actiones adilitias, redhibitoriam, & quanto minoris. Item ratione erroris. Item ratione solennitatis omnimissæ. Quandoque autem, licet discedere ab emptione etiã perfecta, & hoc volente vtraque parte: de quo loquitur secūda pars tituli. Emptio enim & venditio sicut consensu. contrahitur, sic à contrario resoluitur consensu antequam res fuerit secuta. Potest enim dū res integra est conuentione nostra infecta fieri emptio. Et dicitur res integra si res in totū, vel pro parte, verè, vel interpretatiuè non fuerit tradita: nec pretium in totum vel pro parte fuerit solutum.

rum. Interpretatiuè dicitur res tradita, cum perierat penes venditorem. est enim liberatus, ac si tradidisset emptori. infra eod. l. cum emptor.

v. i. De periculo & commodo rei vendite.

In re vendita & non tradita sæpe contingit periculum. Ideo de hoc tradit lex regulã, vt perfecta venditione omne commodum & incòmodum, quod rei venditæ contingit, pertineat ad emptorem. §. eo. l. j. Sed potest tradi melior regula rotunda & quadrata. Cum venditio sit purè sine scriptis certæ speciei, quæ degustationem non exigit, omne periculum pertinet ad emptorem, excepto casu publicationis, nisi pactum, culpa, mora, calliditas tradētis interuenerint. Dicitur primo in regula Purè: quia si sub conditione fiat, & ante conditionis euentū perierat res, perit venditori: licet secus sit si facta sit deterior. §. eo. l. quod vi pendente. Sine scriptis ideo dicitur quia sicut propter conditionem non existentem est emptio imperfecta, ita & si scriptura non sit completa quam interuenire voluerunt: vnde idem in periculo statuerūt. C. de fide inst. l. contractus. & C. e. l. cum inter. & inst. eo. §. cum autem. Speciei dicitur, quia si in genere sit facta, puta, vendis mihi hominem, nunquam spectat periculum ad emptorē, etiã si omnes serui quicūq; sunt in mūdo perierūt: quia genus interire nō potest. §. eo. l. lectos. & l. eū. & l. quod sit neque. Certæ, ideo dixi, quia si sub incertitudine sit vendita, licet sit species, non tamē semper spectat periculum ad emptorē: puta, vendo Sticū vel Pamphilum: si enim moriatur vterque, vel simul, vel diuersis temporibus, periculum est emptoris: secus si alter eorū tantū pereat. Nā eius periculum spectat ad venditorē suprã de contra. emp. l. si in emptione. §. pe. Item degustationem non exigit, &c. quia si exigit degustationem, seruatur distinctio. gl. & Doct. inst. §. cum autē in ver. statim circa finem. Item, Excepto casu publico ideo dixi, quia illud periculum respicit venditorem. infra eo. l. si fundum. Item, De pacto ideo dixi: quia ex natura contractus venditor de dolo & lata culpa & leui tenetur, non de casu. infra eo. l. cum custodiam. & l. si vendita. pactum verò etiam in fortuito casu derogat. infra eo. l. si in venditione. Item, De culpa dixi: quia si culpa in sit casui, vel præcedat, spectat periculum ad venditorem qui culpã adhibuit sicut in commodato. Item, De mora, ideo dixi, quia ex ea spectat periculum ad venditorem: vel si emptor vel venditor fuerint in mora, posterior mora præponderabit primæ: & trãsfert hæc mora periculum in morosum. Quod autē dictū est in

in periculo rei venditæ, idem intelligendum & in com- modo.

VII. *De seruis exportandis, &c.*

Seruus dicitur exportari, qui ea conditione venditur, vel eo pacto à domino distrahitur, ne amplius in eo loco moretur: sed de vno loco in alium, vel de vna ciuitate in aliam, vel de vna provincia in aliam transferatur. Si ergo seruus fuerit distractus, id est, venditus, ne aliquo loco moretur, puta Romæ vel Bononiæ, potest ille qui vendidit, talem legem remittere, ipsûmque Romæ retinere. Propter domini enim securitatem custoditur lex, id est, pactio apposita in venditione, ne forte vxori suæ se immisceat, vel simile quid faciat. Ideo etiam ten- nunciare potest dominus fauori pro se introducto. De signi- ficatione huius vocabuli Exportare, dicitur C. quæ res ex- por. non de.

LIBER XIX.

Tit. I. *De actionibus empti, & venditi.*

Actio empti.

Quia parum prodest emere & vendere, nisi actiones essent constitutæ quæ venditiones exequerentur, & emptiones ad effectum deducerent: ideo prodi- tæ sunt duæ actiones: vna empti quæ datur, si res vendita non tradatur: & agit in id quod interest emptori: & aliquando tale interesse pretium egreditur, si forte plus interest, quam res valeat, vel emptæ est. Vtitur ergo actione ex empto is qui emit. Cùm enim actio ista bonæ fidei sit, nihil magis sibi congruit, quam id præstari, quod inter contrahentes actum sit. Quod si nihil sit conuentum, ea præstabitur, quæ naturaliter insunt. Per con- trarium autem datur actio ex vendito venditori cui pretium non solum fuerit, qui potest ex vendito agere contra emp- torem, vt pretium conuentum sibi persoluatur, & præterea etiam interesse petere eius, quanti interest, ipsum pecuniam tempore promisso non habuisse. Et generaliter quibuscunque daretur actio ex empto, si emissent per se vel per alios, eisdem datur ex vendito, si vendiderunt per se, vel per alios: sæpe tamen reperitur actionem ex vendito, vel venditi, competere emptori. Et e contra actionem ex empto competere vendito- ri. Veteres enim vicissim vel promittuæ, his vocabulis ute- bantur: idem in locatione, & conductione infra eod. l. veteres.

II. *Locati, & conducti.*

Locatio & condictio eum naturalis sit, & omnium gentium: non verborum solemnitate duntaxat, sed & nudo consensu con- trahitur

trahitur. Est autem locatio personæ, reive ad vsum facta con- cesso, mercede in pecunia numeranda conuenta. Alioquin si de re alia danda faciendæ conuenerit, non erit locatio: sed innominata forma negotij: ex quo ageretur actione incerti, id est, præscriptis verbis supra communi diuid. l. si conuene- rit, & depositi. l. j. §. si quis seruum. Locator ergo dicitur, qui eo quod suum est, alium vti permittit, conuenta mercede. Conductor vero e contra, qui eo, quod alienum est, vitur pa- cta mercede. Si ergo domum meam te conuenta mercede ha- bitare permitto, tu Conductor, ego Locator dicor. inf. eod. si tibi. & l. cum fundum. & l. si quis fundum. Tu quoque si ope- ras tuas mercede in re mea ponas: diceris locator operarum tuarum: ego earundem conductor. Si vero tibi opus facien- dum mercede conueta dederò respectu operis, ego locator, tu vero cōductor diceris. inf. eo. l. Item queritur. §. j. & §. si gēma. & §. si fullo. Et quandoq; diceris redēptor. j. eo. l. qui inulam. §. qui ædem & l. ea. l. §. vlt. Et hæc est emptio mirabilis in pec- unia & opera cum sumptus respectu operæ conuerso est. Sæpe tamen vnum pro alio ponimus: vt de actione empti su- præ diximus. Et dantur ex locatione duæ actiones: Vna actio ex locato quæ datur locatori pro re locata deteriorata: aut pro mercede persoluenda, aut pro possessione euacuanda fini- to tempore conductionis. Alia actio ex Conducto, quæ datur conductori, si re quam conduxit ei frui non liceat.

Locator.

Condu- ctor.

Redem- ptor.

Actio lo- cati.

Actio con- ducti.

III. *De æstimatoria actione.*

Actio æstimatoria dicitur, id est, actio præscriptis verbis, quæ de æstimate proponitur: & dicitur Æstimatoria, quia iudex suam interponit æstimationem. Nam cùm res æstimate vendenda datur, verbi gratia, Dicit aliquis, tene hunc librum, & vendas pro decem, & reddas mihi aut eum; aut eius æsti- mationem. Olim dubitabatur, vtrum ex venditō esset actio, propter æstimationem, an ex locato, quasi rem vendendam locasse videar, an ex cōducto, quasi operas cōduxisset, an mā- dati, quia mādato meo hoc fecit. Melius itaque visum est hæc actionem proponi, quæ appellatur Æstimatoria actio, & agi- tur præscriptis verbis. Quoties enim de nomine contractus alicuius ambigitur, & conuenit aliquam actionem dari, danda est æstimatoria præscriptis verbis, quæ datur, quatenus ipsa res incorrupta reddatur. Aut æstimatio de qua conuenit præ- steretur, cum distinctione tamen quis alterum rogauerit, vt ro-

Æsti- matoria actio.

gatis sit periculum inf. de præscrip. verb. l. si rogauerit. Si autem ita dicat: Vendas rem pro decem, si verò pluris vendas, tunc sit, tunc periculum indistinctè est accipientis. inf. eo. l. j. de illo per gl. instit. de act. §. actionum in ver. de æstimat.

IIII De rerum permutatione.

Permutatio.

Inter contractus innominatos præcipuus est cōtractus permutationis, quæ proxima est emptiōni & veditiōni. Est autem permutatio vnus rei per alteram præstatio, statque in generali nomine. Quippe omnis contractus nominatus vel innominatus in larga appellatione potest dici permutatio, ex quo inuicem datur, & accipitur. Ergo & venditio & locatio. Sed ex inopia nominum, quia plura sunt negotia quam vocabula. inf. de præscrip. verb. l. 4. obtinuit vt præfata permutatio, quæ erat olim ante monetam percussam, de qua suprâ de contrah. emp. in speciebus tantum contrahatur. Sicut & olim contraheretur antequam esset pecunia percussa, vel venditio inuenta. Sicque licet hoc nomen permutationis ita cōpetenter declinetur, sicut & venditio & locatio, tamen quia latè patet, & nimis est incertus secundum significationem verborum contractus iste qui dicitur permutatio, censetur innominatus, quia caret nomine certo, id est, speciali. Nam vt dixi, omnem significat contractum ex quo quid datur, vel accipitur, sicut & dicimus de vt des. inf. de præf. verb. l. naturalis meus. in fi. §. j. & ista potest esse ratio quare l. j. inf. eo. appellat permutationem contractum innominatum. Potest enim assignari alia actio, nam contractus illi dumtaxat nominati sunt, ex quibus statim nascitur obligatio, vt vides in deposito, commodato, venditione, locatione, in his enim statim interuentu rei nascitur obligatio, vt pariat actionem in re deposita, commodata, &c. Institit quibus modis re contra. ob. §. item is cui, & §. pen. & suprâ de pact. l. iurisdictionum j. responso. Permutationis autem contractus licet factus sit voluntate partium, & ideo naturalem hinc inde induxerit obligationem, non tamen dat actionem, imò exigitur rei interuentus, & tunc non ex rei interuentu, sed ex præcedenti pacto agitur. C. eod. l. ex placito. Sed in deposito, commodato, &c. ex re tradita in initium paratur obligatio: vt dictum est Ergo secundum ista, donatio hodie dicitur contractus nominatus quia ex solo pacto dat actionem, sed olim erat contrarium. C. de donationibus leg. si quis argentum. §. vlt. Contrahitur permutatio tunc demum, quando conuenit vt certa species detur pro certa, puta, Stichus pro Pamphilo, hic codex

Contractus nominati.

Permutatio cōtrahitur.

pro

pro isto Bartolo. Ex permutatione nascuntur duæ actiones. Præscriptis verbis, & Condictio ob causam, quod prosequere, vt Inst. de actio. §. actionum.

v De præscriptis verbis, & in factum actionibus.

Actio præscriptis verbis ideo dicitur certa, quia præscripta verba erant huic actioni. Et habet locum in tribus generibus negotiorum. Primò in pactis incōtinenti appositis. C. de pact. inter empr. & vendit. l. ij. Secundò vbiunque dubitatur de actione circa contractum, nam cum deficiunt vulgaria atque vñtata actionum nomina, præscriptis verbis agendum est. Ad quam actionem necesse est confugere, quæties contractus existant, quorum appellationes, neque iure ciuili proditæ sunt. Natura enim inductum est, vt plura, &c. Tertiò datur in tribus contractibus innominatis, scilicet, Do vt des, Do vt facias, Facio vt facias. In quarto autem scilicet, Facio vt des, datur de dol. l. naturalis infra eo. §. quòd si facio. Et venit in actione præscriptis verbis, omne quod veniret actione quæ daretur ex simili contractu. Puta, Do rem vt rem accipiam, id venit hic, quod veniret in venditione. Do vt facias, id veniret, quod veniret in locatione. sup. de pos. l. j. §. in conduct. & inf. l. j. §. sed si facio. Venièr ergo interesse in actionem istam, & dolus si culpa lata & leuis, vt veniret in simili cōtractu. Ciuilis est hæc actio. Præsc. verb. & eadem ipsa dicitur In factum. j. eo. si tibi polièda. Non tamen omnis In factum est Præscriptis verbis, sicut ea quæ de dāno dato proponitur, & ex quolibet edicto vel interdico. Et locum habet nedum in contractibus, & quasi, sed in maleficiis & quasi, vbiunque æquitas suadet dari actionem. j. eo. l. quoties, & ideo dicitur eius tenor in multis & variis articulis admiffus. C. de sac. san. Eccl. sancimus. Stricti iuris est hæc actio, perpetua est, personalis est, hæredibus competit, & in hæredes, de hac Inst. de act. §. actionum.

Actiones ex permutatione.

Contractus innominati.

Actio in factum.

Actio præscriptis verbis, quando habet locum.

DIGEST. PARS QUARTA.

LIBER XX.

Tit. i. De pignoris & hypothecis, & qualiter ea contrahantur, & de pactis eorum.

Inter pignus, & hypothecam quantum ad actionem hypothecariâ nihil interest. Nâ de quacunque re inter creditorem

& debitorem conuenerit, vt fit pro debito obligata, hac appellatione vtraque continetur: Sed in aliis est differentia: Nam Pignoris appellatione duo oportet interuenire: vnū, quod res fit mobilis: dicitur enim pignus à pugno: quia pugno vel manu traditur, vel tradi potest. infra de verbor. sig. l. plures §. pignus. Secundum, quod traditur creditori. Sed ea quæ sine traditione nuda conuentione tenentur, propriè Hypothecæ appellatione continere dicimus. Patet igitur, quod si res est mobilis, & non tradatur: siue est immobilis, & tradatur vel non, dicitur Hypotheca. Contrahitur obligatio pignoris conuentionalis sola conuentione, vnde sibi tale nomen imponitur. supra de pign. act. l. j. in prin. nec in ea conuentione est necessaria scriptura, vel præsentia personarum: quia & inter præsentem & inter absentes per nuntium, vel epistolam contrahitur obligatio pignoris. Et sunt scripturæ de his, vt quod actum est per eas, possit facilius probari. Pignus autem prætorium, & iudiciale non contrahitur sola conuentione, sed necessarium est, vt quis veniat in possessionem, vt supra de pig. act. l. non est mirum. Nascitur Hypothecaria actio ex obligatione pignoris, quæ est in rem, & eadem dicitur quæ Seruiana. supra de pact. l. si tibi. §. de pignore, & inst. de act. §. item Seruiana. Item datur creditori, & eius hæredi, & contra quemlibet possessorem pignoris. Item est arbitraria inst. de act. §. Præterea. Item quandoque tollitur decennio, quandoque vicennio, quandoque xl. annis: sed non tollitur triennio, vt nor. C. si aduer. credi. & de præferi. xxx. vel xl. ann.

Pignus.

Hypotheca.

Hypothecaria quando nascitur & cui.

Tacita hypothecaria quibus datur.

II. In quibus causis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur.

Qualiter per conuentionem expressam contrahatur obligatio pignoris dictum est: sequitur qualiter contrahatur tacitè ex vi, & potestate legis: & hoc quidè in multis & variis casibus contingit. Nec est opus omnes singulariter enumerare: sed digniora exempla proferam in medium. Ecce enim marito obligata sunt omnia bona eius, qui promittit sibi dotem pro muliere. Sic & mulieri omnia bona obligata sunt marito, pro restituenda dote. C. de rei vx. actio. l. j. §. & vt plenius. Itè locatori fundi fructus ex eo percepti obligati sunt tacitè. Itè omnia inuicta, & illata domino sciente, vt ibi sint perpetuo, domino obligata sunt: secus in his quæ inferuntur ad tēpus. Item matris, quæ conuolat ad secundas nuptias, bona tacitè obligata sunt filiis prioris matrimonij, vt restituat mater quæ lucrata est à

est à priori marito. C. de secun. nup. §. pen. hac edictali pe. Item bona defuncti mariti tacitè obligata sunt pro paraphernalibus reb. restituendis. C. de pact. conuent. tam super do. l. vlt. Item bona defuncti, pro legatis, & fideiusforibus. C. communia de le. l. j. Item pro tributis vniuersa bona eorum qui censentur. C. eod. l. j. Item contrahentis cum fisco. C. eod. l. ij. & sic de similibus.

III. Qua res pignori vel hypotheca obligari non possunt.

Licet dixerimus supra, corporalia posse obligari, tamen seculus est in quibusdam fauore religionis, ecce enim monumentum non potest pignori obligari. C. eo. l. ij. Sic & Ecclesiæ in Authen. de alie. emph. §. & quoniam. Idemque in sacris vasis vel ornamentis Ecclesiæ. C. de sacrosan. Eccle. l. sancimus nemini. Nisi illa superflua sint in Ecclesia, & debitum imminet Ecclesiæ: vt in Authen. super eandem legem signata. & in claror. extr. de pign. Item liberi hominis nulla est obligatio, quia contraria est libertati, & naturæ: adeo vt si filium tuum obliges, nulla obligatio sit: imò à debito creditor cadit, &c. in Authen. vt nulli iudi. §. quia autem & huiusmodi. & C. eod. qui filios. In casibus tamen tenet obligatio. vt in redempto ab hostibus: & cum pater ob necessitatem famis filium obligat: nam cum ei liceat vendere, multò fortius poterit obligare, infra de leg. j. l. fenatus. §. vlt. C. de pa. qui si dist. l. i. & C. de cap. leg. vlt. Item impeditur obligatio propter publicam utilitatem: vt in seruis aratoriis, & bobus aratoriis, & instrumentis aratoriis: ex hac enim causa tributorum illatio retardaretur. C. eod. l. vlt. & antepe. & similibus.

III. Qui potiores in pignore, vel hypotheca habeantur, & de his qui in priorum creditorum locum succedunt.

Pluribus modis aliquis in pignore potest esse potior: puta ratione causæ: si enim secundus creditor credit pecuniam, ad conseruationem pignoris, & in ea causâ pecunia est consumpta, præfertur secundus primo: veluti si nauis fuerit obligata, & ad armandam eam vel resciciendam credidi, mea enim pecunia saluam facit totius pignoris causam. Idem, & si credidit in cibaria nauarum, sine quibus nauis non potuit salua peruenire. Item & ratione causæ præfertur secundus primo, vt si expendit in funerando testatore, funeraria enim superat omne æs alienum.

Potior in pignore.

Prior
tempore.

Quim, suprà de reli l. pe. & lat si quis. §. j. Item ratio tempore præfertur creditor primus secundo, ubi secundus non potest prætere aliquid prædictarum causarum, vel privilegium: vel quid similit. Est enim hæc regula in pignori- bus. Qui prior est pignore potior est iure. C. cod. leg. si fundum. hoc tamen est intelligendum de primo creditore, cui erat pignus obligatum, ita quod debitor obligationem non potuit resolvere inuito creditore, vel si poterat, non tamen commodè. inf. l. j. & l. prior. j. resp. & sup. tit. prox. l. pen. Item superficiario vel emphyteuta pignorante, potior est causa domini pro pensione eius, quam cui obligavit emphyteuta, vel superficiarius. inf. cod. l. etiam. Fallit autem dicta regula nedum ratione causæ, vt dixi, sed etiam ratione pacti: vt, ecce pignori obligasti omnia bona tua, deinde tibi mutuo vt ex ea pecunia aliquam rem emas, & vt ea res mihi sit obligata, præferat enim primo. C. eo. l. licet. Item fallit ratione mendacij, vt si prior possessor eras in pignore, & ego secundus, præterendo contra te hypothecariam: sed tu negas rem esse eius, qui mihi & tibi eam obligavit. Nam si te de mendacio arguero, possessionem transferes, licet prius tibi fuisse obligatam velis probare. C. cod. Authen. item possessor. sed restituta possessione audieris in iure tuo. Item fallit ratione semiplenæ probationis: quid enim si confitearis te mihi debere ex tali causa, x. vel in priuata scriptura, vel coram testibus, & pignus mihi obligas: si quidem personalis actio mouetur contra debitorem, ea robor suum habet. Idemque & si contra eundem agatur hypotheca: quia confessio vel scriptura consenti vel scilicet debet præiudicare, &c. Item fallit regula ratione privilegij dotis. Mulier enim & eius filij, vel descendentes ex ea habent hypothecariam pro dote matris suæ contra omnes mariti creditores, licet anterioris temporis privilegium sint vallati. C. cod. leg. vl. Item fallit propter privilegium militia, quod potentius est privilegio dotis, quando pecunia est credita, vt inde ematur militia: talis enim creditor præfertur omnibus anterioribus creditoribus, imò etiam præfertur mulieri. C. de pig. l. vl. & in authen. de exhib. re. §. optimum. & de æqual. dot. §. quia verò. Et est magna potestas creditoris, qui aliis in pignore præfertur: habet enim exceptionem, si conueniatur ab aliis: & si alij possederint, potest ab eis aduocare rem. Creditor autem secundus potest ab omni possessore aduocare rem, præterquam à priore, vel qui ab eo causam. J. eodem l. cre

Creditor
qui præ-
fertur in
pignore.

l. creditor. j. resp. & l. si prior. §. si simpliciter.

v. De distractione pignorum, vel hypothecarum.

Distrahi pignus dicitur, cum à creditore venditur: potest enim creditor pignus ex pactione (quamvis eius ea res non sit) alienare. Eo ipso enim quòd debitor non reluit, id est liberat pignus suum, videtur dare licentiam creditori de vendendo. Et tunc relinquatur arbitrio creditoris ex pignori- bus sibi obligatis, quibus velit distractis ad suum commodum peruenire. Sed hoc distinctione recipit: quia aut actus est inter partes de vendendo, & nuntiabit creditor semel debitori de luendo pignore: & tunc vendat, iusta tamen conditione. Si autem conuentum fuit, vt non vendatur, nihilominus creditor vendere potest: si tamen ter denuntiauerit debitori vt soluat, & cessauit. Alioquin furti tenetur sup. de pign. act. l. si conuenit. Est autem illa tertia denuntiatio facienda, & postea necessarium est labi biennium. Sicut & multò magis vbi creditor non conuenit de contrahendo, vel non distrahendo. Sed vbi nihil conuenit, sufficit vna denuntiatio: & postea elapso biennio poterit fieri venditio C. de iure dot. nup. vltim. si est speciale quòd istud pactum de non vendendo non præiudicat creditoris, quin possit alienare pignus, & hoc propter publicam utilitatem, ne creditores retrahantur à mutuando, sed potius inuidentur.

Reluere
pignus.

Ter nunti-
ari.

v. i. Quibus modis pignus vel hypothe-
ca soluitur.

Soluitur hypotheca, si ab ea discedatur voluntate creditoris, aut creditor paciscatur, id est, pactum faciat de remittendo debitum: vel si conuenit vt pro hypotheca fideiussor daretur, & ille datus sit: tunc enim satisfactum videbitur vt hypotheca liberetur. Intelligitur enim satisfactum creditori, si iurandum delatum debitori datum est, id est, si deferente creditore inrauit debitor rem non esse hypothecæ obligatam. Item liberatur pignus siue solutum est debitum, siue eo nomine satisfactum est. Sed & si tempore finitum est pignus, idem dicere debemus: vel si qua ratione obligatio eius finita est: quia forte ad conditionem fuit obligatum, quousque Imperator venerit Romam, &c. Qui ergo paratus est soluere, merito pignus videtur liberasse: qui verò non soluere, sed satisfacere paratus est, in diuersa causa est: nisi creditor placuerit satisfactio. Dicitur autem Satisfacere, qui non debitum ipsum soluit, sed pignus, vel fideiussor dat: quam satisfactio-

Satisfit
credito-
ri.

Satisfa-
cere.

nem creditor inuitus admittere non tenetur. Si autem eam admiserit vice solutionis, sibi imputare debet. Item si creditor confenserit venditioni pignoris, liberatur hypotheca. Item si quoquo modo tollatur personalis & principalis obligatio. Si tamen tollatur ipso iure, & cum effectu, vt per confusione vel successionem. Nam vbi tollitur ipso iure, sed nō cum effectu, non præiudicat in hypotheca: vt J. ad Trebel. l. debitor & de exhib. rei iudi. l. penul. §. Latinus. Vbi verò actio principalis tollitur per exceptionem xxx. annor. nihilominus durat hypotheca vsque ad xl. annos. & C. eod. l. ij. De dissolutione autem obligationis pignoris dicitur C. de remis. pigno. & de luitione pig. per totum.

LIBER XXI.

Tit. I. De adilitio edicto, & redhibitoria, & quanto minoris actione.

Redhibitoria. Ex hoc edicto dantur tres actiones. Redhibitoria, qua venditor rem venditam recipere tenetur. Est enim redhibere, facere vt rursus habeat venditor quod habuerat, quia reddendo id fiebat, idcirco Redhibitoria est appellata, quasi redditio. Et est tempus redhibitionis sex menses vitales ex die venditionis, quando emptor vitium rei supinè ignorauit: alia si sciuit, non agitur. Si autem ignorauit non supinè, sed absolute, tunc ex die quo sciuit. Secunda actio est **Quantum minoris**, quæ datur contra vendentem rem vitiosam, vel morbosam in tantam æstimationem quâti minoris ex vitio vel morbo latentiore ista est, quàm fuerit æstimata tempore venditionis. Et datur ista actio ad annum vitalem. Tertia actio est in factum, quæ datur contra venditorē quanti interest emptori cum rem emptam non fuisse, & durat lx. dies. Et apponitur hoc edictum ædilitium, quia **Ædiles Curules** has actiones posuerunt. Et dicti erant **Ædiles**, quia edēdorum, & ædium curam habebant. Edēdorum in hoc, vt morbosa caro non venderetur, vel nimis grandi pretio, vel vitiosum animal. **Ædium** autem curam in hoc, ne quid in via positum esset. Item ne incenderentur ædes, vt diximus s. de offic. præfecti vig. l. j. Curules autem ideo, quia propter eorum dignitatem in curibus deferebantur. Et datur Redhibitoria ex quinque causis. Primò propter morbum, scilicet corporis, quando ex tali morbo vsus rei multū impeditur,

dicitur: alia enim non agitur. Secundò, propter vitium, quod dictum est abesse, cum affit. Et dicitur Vitium, animi corruptio, etiam in iumentis. In seruo autem non dicitur Vitium, nisi fur, & erro, vel qui commisit crimen capitale, vel mortem sibi consciuit. Item si dictum sit adesse, cum ablit, vt si multum est commendatus seruus venditus de industria & ingenio suo, cum tamen sit iners sclauus. Et est causa huius edicti, vt occurratur fallacii vendentium, & emptoribus succurratur, quicumque à venditoribus decepti fuerint, etiam si venditor ignorauit, quia nō curamus hoc casu, neque interest emptoris, an ignorantia venditoris fallatur, an calliditate. Est & aliud edictum ædilitium, ne quis canem, verrem, aprum, vrsam, pantherem, leonem, aliudve animal quod nocet, quā vulgò *nedes* se- ter sit, teneat, quòd si contra factum fuerit, & homo liber ex ea re perierit, cc. solidi præstabitur. Si nocitum homini libero dicitur, quanti iudici videbitur condemnatur: cæterarum rerum quantum damnus factum sit in duplum. infra eod. l. hi enim. §. j. & l. generaliter. & l. quā vulgo. Item pro damno potest agi vtili actione de pauperie. Instit. si quad. pau. se. di. §. vltim.

*Edictum
cōtra te-
nedes se-
ra ani-
malia.*

II. De euictionibus, & stipulationibus dupli.

Venditor cum rem venderit, tenetur promittere emptori, quòd si quis eam rem euicerit, id est, probauerit esse suam de restituendo quod eo nomine receperit: & vocatur ista cautio euictionis stipulatio. Est ergo euictio emptæ rei, vel ex alia iusta causa acceptæ per iudicis sententiam abductio, vel alio euicente, causæ amissio. Nec enim necessarium est semper rem abduci, vt videatur euicta. inf. eo. l. euicta. §. j. Ad hoc autem vt quis possit agere de euictione tria debent intervenire. Primò quòd præcesserit cōtractus ad hoc habilis. Secundò quòd stipulatio de euictione sit interposita. Tertio, quòd res sit euicta. Si igitur emptori libri, equi, vel prædij, vel alicuius rei lis mouetur, debet hoc venditori denunciare. l. emptor. fundi. C. eo. tit. & requirat eum vt ipsum defendat. l. si rem. §. finali, infra eo. Et vt affit causæ, & causam instruat: puta dando instrumenta, vel testes, vel alia ad causam faciētia, vel vtilia, si quæ habet. Nisi enim hoc fecerit emptor, non potest agere de euictione, etiam re euicta. Fallit hoc, vbi per venditorē sternerit, quo minus ei denuntietur, vel vbi ignoretur venditor. l. si ideo. §. præfenti. j. eo. Sunt autē quædam causæ in quibus vendi-

*Euictio.
Requisi-
ta in euic-
tione.*

tor emptori duplam promittere debet, si non aliud conuen-
rit. Sed non intelligamus hoc ex omni re necessarium fore,
sed de his rebus, quæ pretiosiores essent, puta si margaritas,
vel ornamenta pretiosa, vel vestes fericas, vel quid aliud non
contemptibile, id est, magni valoris quis vendiderit. In aliis
autem rebus fit stipulatio simplex.

III. De exceptione rei vendita. &c.

Contingit aliquando, quod postquam venditor rem ven-
didit ipse, vel alius, qui ei similis fit, conatur eandem ab em-
ptore euincere, id est, repetere. Contra quos emptor oppone-
re potest exceptionem rei vendita, & repellere ipsum vendi-
torem, quando eius mandato alius vendidit, vel etiam si ipse
vendidit per se postea vellet vèdicare, id est, probare esse suam.
Et habet quis hanc exceptionem, etiam si res nondum fuerit
tradita, dummodo possessionem sine vitio nactus fuerit. Et
prodest exceptio rei vendita & tradita non tantum ei, cui res
est tradita, sed etiam successoribus eius, & secundo emptori.

LIBER XXII.

Tit. I. De usuris, & fructibus, & causis, & omni-
bus accessionibus, & mora.

Usurâ quando pet.
Accidit quandoque, quod ad principales petitiones, siue
personales sint, siue reales, aliquid aliud præter sortem
(id est, debitum principale) peti potest, de quo tractat hic tit.
Et primò de usuris, quæ scilicet ex pecunia proueniunt, & di-
citur accessio ciuili, quia extra corpus venit. Itè & de fructi-
bus, s. prædiorum, quæ est naturalis accessio, infra de verbor.
signific. l. usura pecuniæ. Item & de Causa, vt de partu, & pri-
mo, & sequentibus, vt infra eod. l. equis. Item de omnibus ac-
cessionibus, scilicet prædictis & aliis, quia non est nouum post
specialia generale subiecti verbum, sup. ad legem Aquiliam, l. si
seruus. §. inquit. Item quia occasione mora, id est, negligèn-
tia debitoris, prædicta eueniunt, dicit etiam de Mora. Et intel-
ligitur mora fieri, non ex re, sed ex persona: si interpellatus
opportuno loco quis non soluerit, dicitur esse in mora. Et est
sciendum, quod olim de iure legibus usuræ omnes erant per-
missæ, hodie autem ex quo leges in materia præsentem non de-
dignantur imitari sacros canones: vt in Authen. de eccle. tit.
§. primo, collatione nona. Ideo dicimus, quod etiam hodie
de iure ciuili usuræ sunt prohibita. Est autem usura quicquid
vltra sortem accipitur: vbicumque enim amplius requiritur,
quàm

quàm quod datur, etiam si sit esca, vel vestis, vel alia res vilis,
etiam quæ non consistat in pecunia quæ accedit sorti princi-
pali, quodcumque nomen ei imponas, usura est. Contra quod
clamat diuina authoritas: Mutuum dantes nihil inde speran-
tes. cap. consuluit de usuris. Et committitur sura in his rebus,
in quibus est mutuum, id est, quæ consistunt in pondere, nu-
mero, & mensura. In aliis autem rebus, puta equo, vel domo
aut libro, licitum est recipere sortem & lucrum: quia in his
non transfertur dominium, sicut in mutuo, in quo res statim
est periculo eius qui accipit. Ergo inconueniens esset, si ali-
quis pro tali re aliquid dando grauaretur. In sex autem casib.
non committitur usura. Primò fauore Ecclesiæ: de usur. cap. j.
& c. conquestus. Secundò cum fideiussor soluit sortem & usu-
ras, potest petere usuras à principali, de fideiuss. c. constitutis.
Tertio cum pœna petitur præter sortem. xij. quæst. ij. legibus.
Quartò, cum petitur usura tanquam interesse: vt dicit glos. in
d. c. conquestus. & in l. eos. C. eod. Quintò, cum recipitur ali-
quid pro re, quæ non consistit in numero, pondere, vel mensu-
ra: vt supra diximus. Sextò ratione incertitudinis. de usur. c. in
ciuitate. Et dicitur usura, quia usus rei venditur: & pro pado
vfu aliquid recipitur.

II.

De nautico fœnore.

Nauticum fœnus est, quod propter nauticam, vel quasi nau-
ticam pecuniam exigitur. Est autem nautica pecunia, quæ pe-
riculo creditoris in nauigio suscepto datur traicienda. Quasi
nautica est, vt cum periculum mutuata pecunia in me reci-
pio: si aliqua conditio non existat, & existente conditione, id
ipsum quod credidi, recipiam cum centesima usura. j. eod. l. pe-
riculi. In his autem multa specialia sunt. Nam usuram centesi-
mam licet stipulari, id est, tantum quantum est fors reuoluto
anni spatio. Et incipit currere hæc usura, ex quo nauem nauig-
are conueniat: & quandoque pertinet periculum ad creditorem.
j. eod. l. in nautica. & l. j. & ij. item & hæc usura debetur ex nu-
do pacto. j. co. l. poric. §. vlt.

III.

De probationibus, & præsumptionibus.

Probatio est rei dubiæ per argumenta ostensio, secundum
Azo. vel est rei dubiæ in iudicio per legitimos modos facta de-
claratio. Et secundū Pla. dicitur à Probè aduectio, facit enim
probè, qui probat: manifestat enim dubiū, vincit adactarium,
& enitat pœnam non probantium. Vel dicitur Probatio, quasi
propa

Quando
committit-
ur.

Quando
non.

Vnde di-
catur.

Pecunia
nautica.

propalatio vel manifestatio eius quod dubium est, & est regulare, quòd semper ei incumbit probatio, qui dicit, & ista regula est affirmatiua. Fallit autem in multis casibus nota, per gl. insti. de leg. §. quod autem diximus. & C. eod. leg. actor. & C. de eden. l. qui accusare & in c. vno. vt Eccl. bene. Præsúptio autem est triplex. Nam quadam est talis, cui statur, etiam si contrarium quis probaret. Et ista appellatur iuris, & de iure vt est in dote mulieris stipulata. Alia est, cui statur, donec contrarium probetur, vt si res sit patris, præsúmitur hæredis esse. Tertia, cui non statur aliquo modo, nisi habeat adminiculum, vt probatio per priuatum instrumentum. C. eo. l. instrumenta. Et distinetur Præsúptio à Fictione, quia fingitur super eo quod est certum, præsúmitur super incerto, vt dicit gl. in l. vna. C. de rei vxo. act. Et sunt in materia præsúptionis varia vocabula. Aliquando appellatur Iudicium. C. de rei vend. l. iudicia. Aliquando Suspicio. l. absentem. §. de pœn. Aliquando opinio. l. iij. §. eiusdem. infra de testibus. Aliquando præsúptio Temeraria. de sent. ex c. inquisitioni. Aliquando præsúptio Non modica. ca. super eod. de testibus. Aliquando præsúptio Probabilis. d. c. inquisitioni. Aliquando Vehemens cap. literas. de rest. spol. Aliquando Violenta, quæ idem est quod vehemens. cap. cum continentia. de hære. lib. vj. & de variis generibus præsúptionum est glossa in cap. is qui de spon. & in cap. quanto. & c. scribam de præsúmp. ponit Bart. in l. admonendi supra de iureiurando.

IIII De fide instrumentorum, &c.

Instrumenti appellatione, largè sumpto vocabulo, omnia ea accipienda sunt quibus causa instrui potest, & ideo tam testimonia, quàm persona instrumentorum loco habentur. Strictè autem accipitur pro scriptura quæ sit ad probationem alicuius rei in futurum faciendam, vel scriptura ad memoriã alicuius rei confecta. Et sunt inuenta instrumenta ad faciliorem probationem: sunt enim scripturæ, vt quod actum est, per eas facilius probari possit. l. cõtrahitur §. de pig. Et sunt tria vocabula principalis instrumenti, scilicet Originale, Authenticum, Exemplar. Item alia tria nomina inde extracta, scilicet Iudex, Exemplum & Súprum vel etiam memoria. vt C. de eden. Auth. si quis in aliquo. Et cui fides habeatur, trad. gl. in l. 2. §. eo. Nã soli publico instrumento habetur fides per se, id est, sine alicuius adminiculo: eo quòd sine vituperatione aliqua appareat: vt in authen. eo. ti. §. si verò moriantur. nisi is, contra quem profectus

fertur, probet esse falsum. C. eo. l. synceris. calumniosam enim scripturam vim obtinere non oportet. §. eo. l. ij. Si verò non sit publicum instrumentum, sed priuatum: fides non habetur ei, nisi per testes id probetur: vel per comparationem literarum. C. de prob. l. instrumenta. Alioquin si est scripta manu illius, contra quem agitur, facit fidem contra scribentem. Quod si neget esse manum suam, requiritur ad comparationem literarum. leg. comparationes. C. eo. ipse negãs condemnatur in duplum, si probatur de manu sua confecta: in Auth. contra qui propriam. C. de non. nu. pec.

v.

De testibus.

Vsus testimoniorum ab his præcipuè exigendus est, quorum fides non vacillat. Et possunt adhiberi testes non solù in criminalib. causis, sed etiam in pecuniariis litibus. Et recipiantur hi in testimonium, quibus non interdicitur testimonium, de quib. l. iij. §. j. & l. idonei. & l. te. & l. nullus. & l. ob carmen. & c. §. eo. vel qui nulla lege à dicendo testimonio excusantur, de quib. inf. l. iij. §. l. iul. & l. inuiti de te. quæ exculat senes, qui sũt maiores annis septuaginta, & valetudinarios, id est, qui morbo detinentur, & milites, vel eos qui Reipub. causa absunt, vel quibus venire non licet. Dicebantur autem Testes antiquitus Superstites, eo quòd super statu causæ proferebantur. Nunc autem parte nominis ablata per aphæresim Testes solum dicuntur. c. forus. de verb. sig. Et in testib. considerantur hæc, Ætas, conditio, sexus, discretio, fama, Et fortuna, fides, in testibus ista requires. gl. in l. iij. infra co. & in c. ij. extrà eo.

Superstites.

vi.

De iuris & facti ignorantia.

In hac materia quatuor sunt quæ videntur idem, sunt tamen diuersa, scilicet ignorantia, Nesciẽtia, Error, & Titubatio. Primum sumitur in malã partem: qui scilicet debet scire, & ignorat: vnde dicitur, Qui ignorat ignorabitur. c. nisi cum pridem. de renun. Nescire autem in bonam & malam partem. Nam omnis ignorans nescit, sed non cõuertitur. Error autè est, cum aliud est quàm credã. Quod autem aliud sit errare, quàm ignorare patet, quia dicit lex, Si potest possessio acquiri ignoranti, ergo & erranti. §. de acqui. poss. l. si me vacuam. §. j. Titubatio verò cum hinc inde diuersa vel contraria scire videor, nec alicui eorum magis animum applico. C. de condi. indeb. l. si. Et licet in aliis sit differẽtia inter ista quatuor, tamè quantum ad hunc titulũ non est differẽtia: nam omnia ad factum & ad ius referuntur. Et est regula in hac materia, iuris quidem ignoran

Ignorantia.

Error.

Titubatio.

Præsúptio triplex.
Iuris & de iure.

Fictio.
Præsúptio variã appellata.

Instrumentorum varia nomina.

Ignoran-
tia iuris.

ignorantiam cuique nocere, Facti vero ignorantiam minimè: quod ita intelligendum est, quòd iuris ignorantia non prodest acquirere volentibus, suum verò petentibus nõ nocet. Et quod dicitur ignorantiam facti non nocere, ita intelligendum est, si non sit supina ignorantia, id est, negligètia crassa vel affectata. Circa quòd sciendum, quòd ignorantia alia est iuris, alia facti. Iuris, alia iuris naturalis, alia quasi naturalis, alia ciuilis. Facti, alia est probabilis, alia non probabilis. Naturalis iuris ignorantia, est in filium, qui credebatur sibi licere pulsare parentem, vel non procurare cum furiosum, vel captiuum non redimere, cum ipse filius sit maior xv. r. an. & ideo non parcitur ei, quòd minus exheredetur, vt in Authen. vt cum de app. cog. §. causas. coll. viij. De secunda, scilicet quasi naturalis iuris, pone exemplum in liberto & patrono. C. de in ius vol. ij. De tertio, scilicet iuris ciuilis, pone exemplum in l. j. §. eod. Sed in hoc tertio membro subdistinguitur. Nam aut ignorans certat de damno vitando, & tunc non nocet, vt supra dictum est. Fallit in debito. l. error. C. ad leg. Falcid. Si autem ignorans certat de lucro captando, subdistingue, an potuerit consulere peritiores, & tunc ei nocet id est, non proficit. An nõ potuit consulere, & tunc non nocet l. regula. §. sed iuris. §. co. Facti autem ignorantia si est probabilis, vt in facto alieno, tunc prodest in compendijs, & non nocet in damnis. l. error. §. eod. Aut est non probabilis, vt est in facto proprio, vel in alieno facto si est supina ignorantia, & tunc non excusat. Fallunt autem prædicta de ignorantia iuris, vel errore, in minoribus, fæminis, militibus, vt in l. regula supra allegata.

LIBER XXIII.

Tit. 1.

De sponsalibus.

Sponsus

Ætas in
sponsalibus.

Sponsalia sunt mentio & repromissio futurarum nuptiarum. Et dicuntur sponsalia à spondendo. Nam moris fuit veteribus stipulari, & sponderi sibi vxores futuras, vnde & Sponsi Sponsæque appellatio nata est. Et sufficit nudus consensus ad constituenda sponsalia. Denique constat & absentem absenti desponderi posse, Et hoc quotidie fit: dummodo hi qui absunt sciant eorum nomine sponsalia fieri, aut si postea ratum habuerint. Et in sponsalibus ætas contrahentium diffinita non est, sicut in matrimonijs: quapropter primordio ætatis sponsalia effici possunt: si saltem id fieri ab vtraque persona intelligatur, id est, si personæ non sint minores septem annorum, & hoc t. nec gloss. inst. de nupt. §. j.

De

II

De ritu nuptiarum.

Ritus nuptiarum exponitur, id est, de festiuitate, siue solennitate nuptiarum. Et hæc quatuor, Matrimonium, Nuptiæ, Coniugium, Consortiũ, idem significant. Contubernium vero est tantum inter seruos. l. seru. C. de adul. Et sunt nuptiæ siue matrimonium coniunctio maris & fæminæ, indiuiduã vitæ conuetudine continens, & consortium omnis vitæ, & diuini & humani iuris communicatio. institu. de par. pot. circa prin. iuncta gl. Et dicuntur nuptiæ à nubendo, id est, velando, quia mulieres velatæ & quasi sub nube incedere debent xxxij. q. v. hæc imago. Matrimonium autem appellatum est, quia mulier nubit vt mater fiat: & quia onera, dolores, & pericula partus mulier subit, ideo potius à matre, quàm à patre matrimonium appellatur. cap. fin. de conuer. in fide. & l. si. C. qui po. in pign. Coniugium autem dictum, quia communi iugo & æquali coniuges vitam trahere debet, licet aliquando dispari tractu. Consortium autem dictum est, quia omnis vitæ societate inter eos comunicari debet. Sunt autem quæ nuptias fieri prohibent, & factas dissoluunt, quæ no. per gl. inst. de nup. §. sunt & alix. Et continentur his versibus: Ætas, conditio, numerus, monachatus & ordo. Adopt. nobilitas, sanguis, tutela potestas, Fons sacer, affinis, raptus, repugnat honestas, Irrita quæ faciunt connubia legibus hæc sunt. Secundum canones impeditur. autem Ioan. Andr. in summula super quarto Decre. ponit alios versus istos, videlicet: Error, conditio, votum, cognatio, crimen. Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas. Si sis affinis, si forte coire nequibus: Hæc copulanda verant, connubia facta retractant.

III.

De iure dotium.

Reipublicæ interest mulieres dotes suas saluas habere, propter quas nubere possint. Et appellatur Dos, datio quædam quæ nomine vxoris marito ad perferendũ onera matrimonij constituitur. Et quia dos in intuitu matrimonij fit, ideo dotis appellatio ad ea matrimonia nõ refertur, quæ cõsistere non possunt. Neq; enim dos sine matrimonio cõsistere potest, sed bene ecõtra. Vbicunq; igitur matrimonij nomen nõ est, nec dos est. Et est duplex dos: Profectitia, quæ à patre vel à parente, id est, auo paterno, vel proauo profecta est, de eius bonis vel eius factis. Suiæ igitur parens dedit dotẽ, siue procurator eius, siue iussit alium dare, siue cum quis eius negotiũ gerens dedisset, parens

Cõtuber-
nium.
Nuptia.Matri-
monium.

Cõiugiũ.

Confor-
tium.Matri-
monium
quando
impedi-
tur.

Dos.

Dos pro-
fectitia.

parēs ratum habuerit, vel eius intuitu collata, Profectitia dos est. Si autem aliunde, puta ex bona fortuna pro muliere dos constituitur, Aduentitia dos appellatur. Et licet dominiū dotis maneat apud vxorem, tamē fructus dotis ad maritum pertinere debere æquitas suggerit, id est persuadet. cum enim ipse onera matrimonij subeat, æquū est etiam eum fructus percipere. Dotis autem causa data accipere debemus ea, quæ in dotem dantur, cæterum si res dentur, ea quæ Græci parapherna dicunt, quæque Galli peculium appellant, id est, quæ mulier habet præter dotem, non statim mariti efficiuntur, nisi sic dentur, vt eius fiant.

III. De pactis dotalibus.

Quando licet patris super dote. Necdum ante nuptias licet super dote pacisci, sed etiā post. Non tamen super dote licet in omni casu vel omnibus pacisci ante nuptias, & post. vir enim cum vxore constante matrimonio paciscendo super dote, si quidem donationis causa faciat, aut confertur pactum donationis super dote appositum in tempus matrimonij, & non tenet. Si verò collatum sit pactum post matrimonium solutum, & tenet, nisi inuitetur quis ad furādum. Sunt & alia pacta quædam, quæ circa dotem appositā quandoque valent, quandoque improbata sunt, & moribus & legibus, & propterea inualida, de quibus tractat hic tit. & C. de pact. initis, & c.

v. De fundo dotali.

Fundus dotalis. Lex Iulia, quæ dotali prælio prospexit, statuit, ne marito liceat obligare, aut alienare fundum dotalē, & idem de sponso. Dicitur autem Fundus dotalis, qui ab vxore marito in dotem traditur. Fallit hoc in quatuor casibus. Primò, quando maritus prouocatur ad diuisionem fundi dotalis, qui cum altero communis est. l. fi. C. de fund. dot. Secundo, nisi ex necessitate, puta aliter viuere non potest, vel vt exeat carceres. l. j. C. de lib. causis. Tertio, nisi cum vniuersitate bonorum ipsius mariti transeat. l. ij. j. cod. tit. Quarto, nisi vertatur ad vtilitatem mulieris. l. ij. j. eod. tit.

LIBER XXIII.

Tit. I. De donationibus inter virum, & vxorem.

Comprobatū est moribus, id est, iure ciuili, ne inter virum & vxorem constante matrimonio donationes valerent, & hoc ideo, ne mutuo amore inuicem spoliarentur, si donatio

nationibus non obtemperarent: nec esset eis studium liberō potius educandi. Et sæpe futurum esset, vt desisterentur matrimonia, id est, separarentur, vel exhaurerentur, si non donaret is, qui posset: atque ea ratione euenturum esset, vt venalia essent matrimonia, quod esse nō debet. l. ij. C. de inuti. stipula. Voluit igitur lex inter virum, & vxorem donationes prohibere, existimans honestum amorem ex animo pendere debere, non ex lucro: & ne concordia pretio conciliari videretur: neque melior in paupertatem incidere, & deterior ditior fieret. j. eod. l. j. ij. & iij. Prohibentur igitur istæ donationes constante matrimonio fieri: quibus factis donans fit pauperior, & recipiens locupletior. Istæ appellantur Lucrativæ donationes. Remuneratiuæ autem puta si plebeius nobilem vxorem ducat, aut plebeia militem, vel rusticana virum literatum, aut dignitate præditum recipiat: potest in compensationem præminentia: aut prærogatiuæ nobilitatis aut dignitatis aliquid donare: istud enim constitutionibus principum permiffum est. C. eo. tit. per totum.

Donationes lucrativæ. Remuneratiuæ.

II. De diuortijs, & c.

De diuortijs, id est, disjungendis matrimoniis olim contrahitis loquitur hic titulus. Est autem diuortium proprie inter coniuges, qui semel coniuncti legitime diuortiantur, id est, separantur. Repudium autem est inter sponfos, qui prius legitime coniuncti non fuerant, & nunc à coniunctione abstinent. Sed promiscue iura vtuntur his vocabulis. l. diuortio. §. j. de verb. signific. Et erant olim multæ causæ ex quibus diuortia fierent, quæ enumerantur. C. eod. l. consensu. Aditis tribus per Iustinianum in Auth. de nupt. colla. iij. §. has itaque. Hodie autem pauca sunt: vt in Aut. vt liceat. ma. & auiz. §. quia verò plurimas. colla. viij. Secundum canones autem nullæ sunt causæ diuortij veri: quia non fit diuortium, nisi ex causa sanguinitatis: & tunc non dirimitur, sed magis nullū declaratur. Item propter adulterium: sed tunc non fit diuortium, quia aliam accipere non potest, licet debitum reddere non teneatur: vt dicit glo. in l. diuortio. supra de nego. gestis. Diuortium autem dictum à diuersitate mentium: vel quia in diuersas partes eunt qui distrahunt matrimonium. Et in diuortio non est nisi vnum verbum, quod animo constituendi perpetuā disensionem facit, hoc modo: Res tuas tibi habeto: res tuas tibi agito. In repudijs autem, id est, in renuntiatione quæ in sponfalibus

Diuortium.

Repudiū.

Causa diuortij.

Quae necessaria in repudiis.

discutiendis sit, inuenit renuntiatio in hac verba, Conditione tua non vtar. Et in illa necessarii sunt testes septem ciues Romani, puberes, & rogati. Item necessaria est scriptura, vel libellus: licet enim solo consensu contrahatur matrimonium, non tamen solo dissensu dissoluitur, sed necessaria est scriptura? fauor enim liberorum imperat solutionem matrimonij difficiliorem esse. Item necessarium est, quod duret voluntas eius, qui misit libellum repudij. Nam si poenituerit eum, & per ignorantiam mutatae voluntatis obligatus est alteri, durat matrimonium; nisi poenitentia cognita, is qui accepit voluit matrimonium soluere: tunc enim per eum qui accepit soluitur matrimonium C. eod. l. consensu. in prin. & 7. eod. si poenituerit. Item necessarium est quod fiat remissio libelli animo constituendi perpetuam dissensionem: quidquid enim calore iracundiae fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam perseverantia declarat iudicium animi fuisse. Ideo que per calorem misso repudio, si in breui reuerfa est vxor, nec diuertisse videtur, infra. eod. l. diuor.

DIGESTI INFORTIATI TITVLLI



In hoc principio infortiati non est caput noui libri, sed diuisio praecedentis vicesimiquartii. Facti sunt enim pro dotibus tres singulares libri, vt est text. in proemio ff. §. alterutri. Et constat vnum esse de spon. §. lib. xxij. Alium de don. inter vir. & vxor. vt §. lib. xxij. sub quo & comprehenditur praesens titulus. Tertius de impensis in rebus dotalibus factis: vt in libr. proxim. ergo hic non potest esse caput libri: vt C. de vet. iure enucl. l. ij. §. post hos. Et dicitur Infortiatum addendo eius substantiuum, scilicet ius, vel Digestum. Appellatum ex eo (vt quidam volunt) quia forte ius, id est, efficax, & validum circa hereditates contineret vel ita denominatum ab eius inuentore vel auctore, sicut Publiciana, & Triticaria: Vel quod melius est, nomen est magistrus Tullus, de quo disputare, cui imposuitur sit, relinquatur pertinacibus, secundum Tull. ad Metentium: & quia plura sunt negotia quam

voca

Infortiatum.

vocabula supra de praeser. verbo. In natura. Alij dicunt quod ab Infortiatis Chaldaeo vocabulo denominatur, quod idem est quod dispositio: quia vltimae dispositiones & voluntates huius libro continentur. vnde solet dici,

*Sum liber fortis disponens praelia mortis,
Et clausis portis me discat lector in hortis.*

III. Solutio matrimonij quemadmodum dos peratur.

Quibus modis matrimonium dissoluatur, diximus supra de ritu nuptiar. & de diuor. Quicumque ergo modo dissoluatur matrimonium, habet locum hic tit. j. de verb. signifi. l. cum quaerebatur. Et not. quod dicitur matrimonio: aliis enim nulla actio competit, si sciens non valere matrimonium dotem dederit. Si autem ignorans, conditio ob causam locum habet. l. j. C. de cond. ob. cas. Quemadmodum id est, per quos. vt j. eod. l. j. Et a quibus & in quantum. j. eod. l. maritum. Et quantum, quod constat ex ipso rubro, scilicet soluto matrimonio: Peratur, id est, repetatur, & in simplex pro composito ponitur, sic §. de pign. act. l. petenti. Dicitur itaque soluto matrimonio dos solui mulieri: & olim soluebatur sibi annua, bima, & trima die, id est, quolibet anno tertia pars. Hodie autem immobilia statim: mobilia intra annum. v. C. de rei vxor. act. l. vna. §. exactio. Fallit in casibus quibus dos soluitur, sed non mulieri. Primo quando culpa mulieris solutum est matrimonium: puta propter eius adulterium. j. eod. l. Lucius in fin. nisi etiam vir deliquerit. j. eod. l. cum mul. & l. viros. Secundo fallit, si pactum est lucrandae dotis interpositum: vt in Auth. de sanct. episc. §. si vero coitante. collat. ix. Item fallit si aliud potest obijci mulieri: vt j. eod. si mulie. & l. sol. ite fallit si extraneus dedit. & pactus est sibi reddi. C. de rei vxor. actio. l. vna. §. accedit. Item fallit si est in potestate patris. j. eod. l. ij. §. j. Et licet in titulo dicatur, soluto matrimonio, tamen aliquando etiam constante matrimonio dos repeti potest. Primus est j. eod. l. si constate. in prin. propter inopiam videlicet mariti quando euidentissime apparuerit mariti facultates ad dotis exactionem non sufficere. Secundus est, §. de iure dot. lege. quemadmodum. vt quando bona gratia matrimonium fuerit solutum: vt si factus fuerit monachus, quod esse potest. l. si. C. de episc. & cler. & ca.

Dos restituitur solui. mar.

Soluitur dos, sed non mulieri.

Repetitur dos, constan- te matrimo- nio.

fin.de conuer.con.Tertius est.C.de repud.l.j.Quartus,si maritus damnatur in metallum:nam hodie non soluitur per hoc matrimo.vt in Auth.de nupt.§.quod autem, colla. iiii) & tamen dos repetitur. j. eo. si marito. Sunt & alij casus, quib constante matrimonio maritus non cogitur restituere dotem: potest tamen si vult, & valet restitutio j. eod. l. quamuis & l. seq. Alijs si reddat vir dotem constante matrimonio, non liberatur, nisi quatenus mulier esset locupletior. l. j. C. si dos constante matr. solu. fu.

LIBER XXV.

Et primus huius.

Tit. I. De impensis in rebus dotalibus factis.

Suprà titulo proximo tractatum est, quomodo soluto matrimonio dos debeat solui mulieri: sed quia maritus in rebus dot. aliquando expensas facit, & aliquid ei impendit, quo dos diminuitur, fuit quaesitum, an in restitutione dotis possit illud retinere, Et distinguit Jurisconsultus faciens triplices impensas; Necessarias, Vtiles, & Voluntarias. Necessariae sunt quibus non factis res erat peritura, vel deterior futura: veluti aggeres facere, flumina auertere, vetera fulcire, iter rescicere, arbores in locum mortuaueri imponere. Vtiles sunt, quib. non factis res non erat peritura, sed eis factis res est melior futura: veluti pecora praediis imponere, id est, stercoreare. Voluntariae sunt, quas maritus ad voluntatem fecerit, & quae rem ipsam exornat: vt balnea extruere, parietes depingere. In primis expensis scilicet necessariis, dic quod minuunt dotem ipso iure, si consistat in pecunia, & spe dotis, vt si fundus, & pecunia in dotem datur, quantum in fundum impenditur, tantum in pecunia ipsa deberi definit. Si vero solus fundus in dote sit, tunc si tantum expenditur simul, vel etiam diuersis vicib. quanti est fundus, tunc ipso iure definit esse dotalis: sed tandiu totus vel pro parte retinetur, quandiu impensa restituantur. §. de iur. dot. l. si is qui. §. pen. & finali. Si autem vtilis sint, tunc per actionem negotiorum gestorum, vel mandati, si mandato mulieris fecit, repetuntur: voluntariae autem non repetuntur, etiam si mandato mulieris factae sunt: sed abraduntur, si possunt abradi sine laesione prioris status. C. de rei vxor. a. l. vna. §. sed nec ad impensam.

Impensa necessariae.
Vtiles.
Voluntariae.

II. De actione rerum amotarum.

Quia in dissoluendis matrimonijs, per diuortium, vel aliter, aliquando fiunt amotiones rerum, quae repetitione etiam dotis per compensationem opponuntur ob res amotas. vt in l. j. C. eo. ideo rerum amotarum titulus, hoc est, de amotione rerum, & earum actione, quae dicitur Rerum amotarum, supponit. Et dicuntur res amoueri quantum ad hunc titulum largè, puta si celatae sint, id est, absconditae vel delatae, id est, asportatae, vel consumptae, vel contractatae sint dolose non errado. Et est singularis actio rerum amotarum introducta aduersus eam, quae vxor fuit: quia non placuit, cum ea furti agere posse, quae societas vitae quodammodo dominam faceret rerum ipsius mariti. Nam in fauorem matrimonij turpis actio aduersus vxorem amouentem negatur. Et qui rerum amotarum instituit actionem quatuor necessario habet probare, vt locum habeat haec actio scilicet quod res mariti dolo malo ab vxore amoueat, vel res vxoralis à marito, infra eo. l. contra. §. ite. cum & lege, mulier. Item vt fiat amotio constante matrimonio: nam si post diuortium, vel solutum matrimonium quondam vxor viri res amouet, conueniretur actione furti infra eo l. & ideo. j. respon. Item quod & causa diuortij & secutum sit diuortium: vel quod fiat causa speratae mortis, & sequatur mors. infra eo. leg. si muli. & leg. rerum quidem. Actio ista personalis est, perpetua, & praetoria. inf. eo. l. rerum amotarum. & l. c. si mulier. §. haec actio. & habet naturam conditionis, vt scilicet non infamet. infra de act. & obli. l. cesset.

Res amota quae dicitur.

Quatuor probanda in hac actione.

Actio qualis.

III. De agnoscendis liberis, vel parentibus, vel patronis, vel libertis.

Senatusconsultum Plaucianum, quod factum est de liberis agnoscendis, duas species complectitur: vnam eorum qui agnoscunt, id est, tenentur agnoscere: alteram eorum qui falsum partum subiiciunt: Prima, vt veri liberi agnoscautur: secundae, vt falsi, & suppositi repellantur, & examinentur an veri sint, vel falsi. Qui ergo falsum partum subiiciunt, tenentur crimine falsi: & perpetuo, & soli parentes, vel quorum interest accusant. inf. de falsis. l. qui falsi §. j. Nec differtur haec accusatio in tempus pubertatis. Permittitur igitur mulieri per hoc senatusconsultum, si putet se pregnantem, denuntiari in-

Plaucianum senatusconsultum.
Vxoris praegnantis denuntiatio.

tra triginta dies continuos post diuortium connumerandos, ipsi marito vel parenti eius, aut ad domum dentur, ut, si nullus eorum copiam habeat, mulierem ex eo esse prægnantem. Et extunc maritus potest mittere custodes, aut eidem nundat quod non sit ex eo prægnans: & est pœna mariti, quod nisi aut custodes præmiserit, aut contra denunciauerit, non ex se esse prægnantem, cogatur maritus partum agnoscere, id est, alere. Et si non agnouerit, extra ordinem, id est, arbitrio iudicis, pœna plectetur. Et pertinet hoc Senatûs consultum ad eos partus, qui post diuortium eduntur. Aliud est Senatûs consultum, factum temporibus diui Adriani, ut etiam si constante matrimonio partus sit editus, de agnoscendo eo agatur, præiudiciali in rem actione, qua se in filium vendicabit, vel in nepotem, dicens se ab eo genitum: ut ab eo percipiat alimenta, & successione, quæ filij à parentibus percipere debent. Tenetur igitur per hunc titulum pater alere filios & nepotes, qui in artificio se nutrire non possunt. Et e contra filius patrem, auum, proauum, ceterosque ascendentes ex vtriusque lînea. Tenetur etiam patronus alere libertum, & e contra. Alimenta autem pro modo facultatû erunt præbenda indigentibus: a iâs enim qui tenetur præstare alimenta, & non facit, sed eum abiicit quem alere debet, vel ei alimoniam denegat, videtur eum necare, ac si partum suffocasset, id est, antequam nasceretur extrinxisset, vel natum ad fauces strinxisset. leg. necare. infra eod. Generale tamen est in omnibus parentibus, ut non compellantur alere, si habeant quod obiciant liberis: & e contra infra eod. l. si quis. §. sed & filius, & §. idem iudex.

IIII. De ventre inspiciendo, custodiendoque partu.

Inspicere
vntrem.

Quia vbi soluto matrimonio mulier fatetur se prægnantem ex viro, locû habet Senatûs. Plaucian. vt, scilicet de inspiciendo ventre, custodiendoque partu, seruentur ea quæ dicta sunt §. tit. proximo, ut videlicet mulier his, ad quos ea res pertinet, procuratoribusve eorum, bis in mensē denunciandû curet, ut mittant si velint quæ ventrem inspiciant. Mittantur autem mulieres liberæ duntaxat quinque, hæque simul omnes inspiciant. Et ne qua earum dum inspicit inuita muliere ventrem tangat. Et pariat mulier in domo honestissimæ feminæ, à iudice deputata. Et in quo mulier paritura erit, ibi non plures aditus sint, quâ vna: nec plures mulieres liberæ sint, quam decem

decem, vel ancillæ sex. Et hæ quæ intus futura erunt, excutiuntur omnes, id est, inquirantur, in eo conclauis ne qua prægnas sit; Tria lumina, nec minus ibi sint, scilicet quia tenebræ ad subiciendum partum aptiores sunt. Et quod natum erit, his ad quos ea res pertinet, si inspiciere volent, ostendatur, & apud eum educeretur, apud quem parens iusserit. Et contra cum maritus prægnantem mulierem dicit, vxor autem negat: eligetur domus honestissimæ feminæ, in quam vxor veniat, & ibi tres obstetrices probatissimæ & artis & fidei, quæ à iudice assumptæ fuerint, eam inspiciant. Et si quidem omnes vel duæ retulerint prægnantem videri, tunc mulier custodem à viro adhibitum admittat, ac si ipsa hoc desiderasset. Si autem omnes vel plures non esse grauidam renuntiauerint, nulla causâ custodiendi erit: poterit igitur iudex mulierem ad se euocare, & apud eum interrogare, an se putet prægnantem: cogendaque erit responderi, & in ius venire, captis pignoribus, & distractis, si contempneret vel inposita multa coerceretur, & tunc locum habeat titulus noster.

V. Si ventris nomine mulier in possessionem missa, eadem possessio dolo malo ad alium translata esse dicatur.

Contingit aliquando quod mulier quæ se prægnantem esse dicit, propterea in possessionem bonorum mariti ventris nomine mittitur, ipsa eandem possessionem dolo malo, id est, fraudulenter in alium transfert: quapropter hoc edito prospectum est, ut in mulierem, quæ in alium hanc possessionem dolo malo transtulit, actio constituitur in factum quanti interfuit eius ad quem possessio pertinebit. Et dabitur hæc actio etiam post annum quia habet rei persecutionem, id est, datur ad interesse, & rectè à Prætorè prouisum est, ne dum in fauorem partus possessionem polliceatur causa ventris, aliis præda occasione præbeat, id est, iniustæ acquisitionis materiam.

VI. Si mulier ventris nomine in possessione calumnia causa esse dicatur.

Si de possessione ventris nomine queratur & deferente hærede mulier iurauerit se prægnantem esse, seruandum est iurandum: nec tenebitur mulier quasi calumniæ causa fuerit in possessione missa. Nec vis ei faciêda est post iurandum: si tamen peperit, queratur veritas, an ex eo prægnas fuerit. Et dicitur per calumniâ in possessione fuisse, si sciens prudensque se præ-

gnantem non esse, voluerit in possessionem venire. Competit autem actio ei, cuius interfuit in possessionem missum non esse, puta hæredi, vel ei qui substitutus fuit, vel qui ab intestato, si partus non fuisset, succedere potuisset. Et bene prouidit Prætor. Sicut enim facilis est circa bonorum possessionem dandam mulieri ventris nomine: ita calumniam eius (id est, eam non esse prægnantem, vel ex alio grauidam) impunitam noluit relinquere.

VII.

De concubinis.

Concubina.
Pellex.
Amica.
Focaria.
Clauigera.

Concubina olim dicebatur Pellex, postea autem Amica dicta est: nunc autem honestiori vocabulo Concubina appellatur, quæ lege coniugali soluta, ei cohæret, qui posset esse maritus, & secum concumbit: quapropter etiam Concubina appellata est, quæ & Focaria, id est, focum, vel culinam præparans, vel Clauigera appellatur, maxime si clericum cohæret. Et possunt in concubinato solum illæ mulieres retineri, in quas stuprum non committitur, id est, quæ non sunt virgines vel viduæ, vel in quas incestum non committitur, vt sunt cognatæ, & moniales. Et regulariter ista potest esse concubina, quæ potest esse & vxor: vt in authent. vt lice. ma. & auia. §. ad hæc col. viij. Et cuiuscunque ætatis concubinam habere posse palam est, nisi minor annis duodecim sit. Et quia concubinatus per legis nomen assumptus, id est, effectum, vt sit legitima coniunctio, ideo extra legis est pœnam, scilicet adulterij vel stupri, intelligamus lege ciuili vel fori permixtum esse concubinarum, non iure poli. Nam secundum diuinas & canonicas institutiones omnis fornicatio prohibita est, xxxij. qu. iij. nempe sibi blandiatur de legibus, & c. meretrices.

LIBER XXVI.

Et secundus huius.

Tit. I.

De tutela.

Tutores.

Æditui.

Tutela est (vt Seruius definiuit) vis atque potestas in capite libero constituta, id est, violenta potestas, ad tuendum eum, qui propter ætatem suam se defendere nequit: iure ciuili data, & permissa à testatore. Tutores sunt, qui eam vim atque potestatem habent: ex qua re ipsi nomen acceperunt. Itaque appellantur tutores, quasi tutores, atque defensores: sicut Æditui dicuntur, qui ædes tuentur. l. j. §. j. s. de offic. Præfect. vrb. Et est Tutela virile officij: fœminæ enim tutores dari nõ possunt:

possunt: nisi à principe filiorum tutelam specialiter postulent, & c. C. quando mulier tut. offi. l. ij. Sed hodie mater & auia absque hac impetratione omnibus præferuntur, si renuntiant secundis nuptiis, & Senatuf. Velleiano. exceptis testamentariis, in authent. de hæred. ab intest. §. ex his & in authent. matri. C. quando mul. tut. offi. & l. omnes. C. ad Tertul.

II.

De testamentaria tutela.

Triplex reperitur tutela; Testamentaria, Legitima, & Dacia. Inter quas Testamentaria principalior est, & magis priuilegiata, quandiu enim superest testamentarius tutor, non admittitur legitimus, vel dacijs: quapropter de Testamentaria tutela præmittitur. Est autem Testamentaria tutela, quam testator in testamento suo facit. Est enim lege duodecim tabularum permixtum parentibus liberis suis, siue masculini, siue fœminini sexus, si saltem in sua potestate sint, tutores testamento dare, & etiam posthumis vel nepotibus. Et dicuntur testamenti dati tutores etiam hi, qui codicillis testamenti confirmatis scripti sunt. Et testamenti dati tutores non sunt cogendi satisfacere rei pupilli saluam fore, quia fides eorum à testatore videtur esse approbata.

III.

De confirmando tutore, vel curatore.

Tutores secundum testamenta rectè dari intelliguntur, si dati sunt à quibus oportet, id est, à patre: & quibus oportet, puta liberis: & quomodo oportet, id est, quibus verbis, puta, Liberis meis tutorem do: & vbi oportet: puta in testamentis, vel codicillis confirmatis. Si autem fuerit persona talis, quæ non potest dare tutorem, veluti mater, aut extraneus: aut talis persona, cui non potest dari, veluti pater filio non existenti in potestate, aut codicillis non confirmatis: tunc quod deficit repletur à Consulari potestate. Et potest talis tutor per iudicem confirmari. Et si quidem pater fuit qui dederit, amplius nihil inquirat qui præest, sed simpliciter eum confirmat sine satisfactione, siue inquisitione. Si autem alius qui dederit, tunc inquirat personam, si est apta. In confirmando autem tutore Prætor inquirere debet, an patris voluntas dura erit, vel an improbitas morum ipsius tutoris prius ignorata, vel celata emerferit, vel inimicitia eum patre exarsierint.

IIII.

De legitimis tutoribus.

Legitima tutela sunt quæ delatae sunt agnatis, & cõsanguineis. Tutela legitimis.

Fœmina
ad tutelam
admittitur.

Tutela
testamentaria.

Tutores
test. qui
rectè dari
dicuntur.

In confir.
tut. qua
inquirenda.

Tutela
legitima.

neis. Item patronis, id est, his, qui ad legitimam hereditatem admitti possunt. & hi dicuntur legitimi tutores: quia lex duodecim tabularum eos dat. Et habuit in hoc lex summam prudentiam, ut hi qui sperarent successionem pupilli si moreretur, iidem etiam tuerentur bona, ne dilapidarentur. Sunt autem agnati, qui per virilis sexus personas cognatione cōiuncti sunt, quasi à patre cognati: veluti frater eodem patre natus, fratris filius nepōve ex eo, item patruus, & patrui filius & nepos. Hodie autem inter agnatos & cognatos quo ad tutelam nulla est differentia. Sed qui proximior est, sicut in successione vltiore repellit, ita & in tutela onus subeat, dummodo nullo defectu aratis, vel morbi sint impediti: in auct. de hæred. ab intest. §. Ex his. Collat. ix.

v. *De tutoribus & curatoribus datis ab his, qui ius dandi habent, qui, & in quibus causis specialiter dari possunt.*

Deficiente tutore testamentario vel legitimo, olim dabatur tutor ex lege Attilia per Prætozem cum Tribunis in ciuitate Romana. In prouinciis autem ex lege Iulia, & Titia per Præsides: qui propterea Darius appellatus erat, qui a specialiter à iudice datus. Quoties etiam spes erat testamentarij tutoris, fortè sub conditione aut die certo dati, interim tutor Darius in locum eius substituebatur, donec cessaret impedimentum testamentarij: hodie autem iure nouo defierunt tutores dari ex prædictis legibus. Et Romæ quidem Præfectus & Prætor, in Prouinciis verò Præfes, & magistratus eius iussu, si facultates pupilli non sunt magnæ, dant tutores. Et si quidem facultates pupilli se extendunt vsque ad quingentos solidos, possunt dari tutores à quocunque magistratu, etiam sine iussione Præsidis: recepta tamen cautione rem pupilli saluam fore. De hoc instit. de Atti. tut. per totum.

vi. *Qui petant tutores & curatores, & vbi petantur.*

Quidam sunt, qui minoribus non habentibus tutores, vel curatores, qui ex legibus eorum sint defensores, ex necessitate tutores petunt, ut sunt omnes qui impuberi possunt succedere, etiam mater impuberis. Et consensit est petitio tutoris faciendæ, id est, vbi primum potuit quis, hoc est, Prætoris habuit copiam huic rei sedentis: nisi fortè infirmitate quis detinuerit, vel alia magna causa. Et idem in curatoribus impuberum

berum, vel furiosorum, vel ventris est intelligendum. Item liberti impeberis ex necessitate petunt ei tutores: ipsi enim de hoc accusari puniuntur, & emendantur, si appareat propter negligentiam, vel malitiam non petiisse tutores. §. eod. l. Cræca, si minores. Item ex necessitate petunt sibi curatores adulescentes in lite. C. eod. l. j. & Instit. de cura. §. item inuiti. Sunt & alij qui petunt ex voluntate, ut cognati & affines familiares parentum, & amici eorum, & educatores ipsorum puerorum, d. l. si minores. Sunt autem petendi tutores vel curatores minoribus in eo loco, vnde ipsi ducunt originem, vel ex persona sua, vel ex persona patris, vel si vulgò concepti essent ex persona matris, & in eo loco vbi sunt eorum facultates. Si etiam alibi morantur, vel habent domicilium, etiam ibi recipiuntur. §. tit. proxi. l. j. §. quod de hoc. C. vbi tuto. per totum.

vii. *De administratione & periculo tutorum, vel curatorum qui gesserunt, vel non: & de agentibus, vel conueniendis ab vno, vel à pluribus.*

Solent tutores cogi extra ordinem, id est, officio iudicis, ad gerendum atque administrandū tutelam: & si non voluerint, potest iudex eos captis pignoribus vel indicta multa, aut bando coercere, supra si quis ius di. non obt. l. vna. & Inst. de fat. tut. §. vlt. Debet autem quilibet tutor vel curator administrare factis prius mox postquam ordinatus fuerit tutor à se publico inuentario: & secundum solitum morem facta prius sibi traditione rerum. Nisi testatores, qui substantiam transmittunt specialiter inuentarium conscribi vtauerunt. C. arb. tut. l. vlt. §. vlt. Item debet administrare tutor vel curator præstito iuramento de rebus minoris vtiliter agendis. Et sic hoc iuramentum tunc, cum celebratur decretum, quod tradit ei curam, in Athen. ut hi qui ob. per ha. res mi. §. vlt. Non ergo debet præmittere quæ putauerit vtilia minori, neque admittere quæ non vtilia æstimauerit. C. de episc. aud. l. de creationibus. Item debet tunc satisfare pupillo vel alteri eius nomine rem pupilli saluam fore, nisi sit testamentarius, vel cum inquisitione datus: alioquin non potest administrare, neque aliquid ex bonis pupilli alienare. C. de tut. vel cura. qui lat. non de l. i. iij. & vlt. Si autem fuerint plures, qui tunc gerent, habet ur. Instit. de satisf. tut. per totum.

viii. *De autoritate, & consensu tutorum, &c.*
Pupillus ex omni contractu sine tutoris autoritate celebratur.

Agnati.

Datius tutor.

Attilia ius.

vbi tutores petuntur.

Innotuit.

Iuramentum iur.

Satisfactio iur.

Autoritas tutoris quando necessaria.

brato obligari non potest, neque vllum actū gerere, per quem conditio eius deterior fiat. Est ergo in quibusdam casibus tutoris autoritas necessaria pupillis, quibusdā non est necessaria. Nam si quid dari sibi stipuletur pupillus non est necessaria autoritas tutoris: quia conditionem suam meliorem facere potest sine autoritate cuiuscunque. Si autem pupilli aliis promittant, vel patrimonium eorum diminuitur, necessaria est autoritas tutoris: quia rem suam non aliter deteriorē facere possunt, quam si tutoris accesserit autoritas. Et ideo nullam obligationem pupillus contrahere, neque hereditatem adire, neque fideicommissum agnoscere sine tutoris autoritate potest. Et tutor interponēs suum consensum, debet statim in ipso negotio præsens esse, & approbare quod agitur: post tempus verō, aut per epistolam interposita eius autoritas nihil agit. Est autem præstare autoritatem, cum quis dicit se probare id quod agitur: hoc est enim autorem fieri. j. eo. l. etiam.

Autoritate præstare.

ix. *Quando ex facto tutoria, vel curatoria minores agere, vel conveniri possunt.*

Si tutor vel curator ex pecunia pupilli, cuius negotia administrant, mutuo dederint, vel prædia suo nomine emerint, datur minori, id est, pupillo, cuius ea pecunia fuit, actio ad rem vindicandam, vel mutuum pecuniam exigendam. Dolus autem tutorum pupillo neque nocere neque prodesse debet: quod verum est, quando ex fraude illius pupillus non est factus locupletior. Regulare tamen est, quod ex pacto alterius alteri non datur actio. j. de reg. i. l. quo tutela. Idem intellecturi in adulto & curatore.

x. *De suspectis tutoribus, & curatoribus.*

Suspectus tutor quis.

Suspectum tutorem dicimus, qui moribus talis est, ut suspectus sit. Enimvero tutor vel curator quamvis pauper est, fidelis tamen & diligens, remouendus non est quasi suspectus. Infit. eod. §. vlt. j. eod. l. suspectum & C. eo. l. j. Sic ergo tutorem suspectum non facultates, sed fraudulenta vel callida conuersatio in rebus pupillaribus commēdat. Et ex omni genere tutorum, siue testamentarij sint, siue legitimj, siue etiam datij, possunt tanquam suspecti remoueri. Et est hæc actio quasi publica, id est omnibus patens: quinimo etiam mulieres admittuntur: sed hæc solæ, quæ pietatis necessitudine mouentur: ut mater, nutrix, auia, & soror, & si qua sit similis, quæ sexus vercundiam non transgreditur, vel fecit Calpurnia: sed pietate quadam iniuriam pupilli conti nere non potest: imò etiā tu-

Actio suspecti, quasi publica.

tor suum contutorem suspectum facere potest. Et qui remouetur tanquam suspectus, si ob dolum remouetur, est infamis: si ob culpam, id est, negligentiam, non erit infamis.

Infamia quando ex remouetela.

LIBER XXVII.

Et tertius huius.

Tit. i. De excusationibus, & temporibus earum.

Excusantur quidā à tutela in perpetuum, ut mutus, & surdus: quidam ad tempus, minores, & furiosi qui habent dilucida interualla. Sunt & aliæ multæ causæ, propter quas tutores & curatores excusantur: quia tres liberi Romæ, & quatuor in Italia, & quinque in prouincijs præstāt excusationem à tutela. Item procurator fisci excusatur. Itē absens. Reip. causa à tutela vel cura noua in totum excusatur: ab antiqua verō non nisi durante absentia. Item habens publicam potestatem à tutela excusatur. Item habens litem cum pupillo, de omnibus bonis, vel maiori parte excusatur. Item tres tutelæ onerosæ non affectatæ diuersorum patrimoniorū tandiu præstāt excusationem, quandiu durant. Qui probat se ita pauperem, quod tutelæ vel curæ superesse non potest, habet excusationem. Item infirmitas præstat excusationem. Item homo simplex, & ignarus literarum, habet excusationem. Item inimicitia capitales, de quibus non est facta reconciliatio, præstant vacationem. Maior lxx. annis à tutela se excusat. Minor autē xxv. ann. etiam volens non admittitur. Idem obseruatur & in milite, & in militante. Item docens Grammaticam, Rhetoricam, vel Medicinā Romæ, vel in patria inter constitutum numerum excusatur. Qui autem habet multas excusationes & vnam proponit, quam non probat, potest intra statuta tempora aliam proponere & probare. Sunt autem tempora statuta in iure, quia constitutus intra centesimum lapidem, id est, miliare, habet quinquaginta dies ad probandum excusationem à die scientiæ. Constitutus verō ultra vnam dictam habet pro qualibet xx. miliaria, & insuper xxx. dies: ita tamen quod semper non sint pauciores quam quinquaginta dies.

Causa excusationū à tutela.

Intra quæ tempora excusatio fieri debet.

ii. *Vbi pupillus educari, vel morari debeat, & de alimentis et præstandis.*

Disceptatur quandoque inter cognatos, vel familiares imuberis, vel inter quoscūque, vbi pupillus morari, vel educari debeat

Pupillus apud quē educandus.

debeat, an in domo tutoris, vel quondam paterna: ideo necessarium est Prætorum causa cognita id statuere, id est, nõ apud eum qui infidiaretur pudicitia ipsius impuberis. §. eo. l. penult. Item & si testator in testamento cauisset, vt filius educeretur apud substitutum: tamẽ Prætor astimabit presentibus p̄ opinionem s liberorũ, an id pupillo expediat: hoc enim curabit Prætor vt sine vlla inaligna suspitione alatur partus & educeretur, & ei cõcedat educationẽ, qui maiori affectione erga pupillũ moueatur. & ita vel ex persona, vel ex conditione, vel ex tẽpore statuet, vbi potius sit alendus, considerando qualitatem & conditionem personarum, & an eo tempore, quo pupillus educatur apud te, possis ei succedere. In primis tamen matrẽ pupillorũ educationem debet concedere, si nõn vitricum superinduxerit eis. §. eod. l. j. resp. & C. eod. l. j. & ij. Et ne tutores vel curatores controuersiam habeat, quasi amplius dederint nomine alimentorum, quam pariatur pupilli substantia, postulent vt arbitrio Prætoris alimenta pro modo facultatũ pupillis vel iuuenibus constituantur. C. eod. l. vlt. In quo atcẽdendum est, vtrum sint pupilli egeni, an diuites, an medioeriter se habentes. Et semper ira singulis annis expendi iubere, vt aliquid ex red. tu super sit. l. ius alimentorum. §. eod.

III. De tutelæ & rationibus distrahendis, & vtili curationis causa & actione.

Actio tutela directa. De tribus actionibus tractat hic tit. Primõ, de actione tutelæ directæ, quæ nascitur finita tutela. Finitur autem nõ solum pubertate, sed etiam morte tutoris, vel pupilli, & aliis modis, de quibus Insit. quibus mod. tut. finitur per totum, & quid in ea veniat, dicitur hic. & C. arb. tut. per to. Secundo, tractat hic tit. de quadam actione, quæ dicitur actio de rationibus distrahendis, de qua infra, l. j. §. de rationibus & datur contra tutorem pro his, quæ sibi reliquit, in duplum: Et actione de rationibus distrahendis nemo tenetur, nisi qui in tutela gerenda rem ex bonis pupilli abstulerit dolo, vel nõn dolo, vt quia credebatur sibi licere, vel pupillum concessurum: quod si furandi animo fecit, etiam furti tenetur. l. ij. §. eo. Tertiõ tractat de actione curæ, id est, de actione vtili negotiorum gestorũ, quæ datur in curatorem. §. eod. l. si tutelæ. Et sunt istæ actiones separatae, & vna aliam tollit: nam si vna est actum, nõn agetur alia, & econtrã.

IIII. De contraria, & vtili actione tutela.

Contraria tutela. Sicut finita tutela pupillus habet directam actionẽ tutelæ pro

pro mala vel inuicili, aut negligenti administratione tutoris, ita & contrariã tutelæ actionẽ prætor præposuit, introduxit: quæ in vsum, vt facilius tutores ad administrationẽ accederent, postquã scirent pupillum quemque sibi obligatũ fore ex administratione. Et iustẽ introduxit hanc actionem Prætor, vt protocaret tutores, quõ promptiores de suo aliquid pro pupillis impendant, dum sciunt se recepturos id, quod impenderint. Et competit hæc actio nõ solum tutori, verũ etiam ei qui pro tutore negotia gessit, etiam si curator sit vel pupilli, vel adolescentis, vel furiosi, vel prodigi, vel curator ventris: & ceteris omnibus curationibus ex isdem causis dandum est contrariam iudicium. Et durante tutela nõn competit, sed tunc demum finita tutela, sicut & actio tutelæ. Et veniunt in hoc iudicio ea tantũ, quæ in pupillum, vel in rem eius impensa sunt: vci um ea quæ debebantur aliis tutori, puta à patre pupilli, cum pro eis integra sit actio, nõn deducuntur in contrarium iudicium: nisi tutor ideo cessauit exigere, quia tutor erat: nam sicuti quodcumque aliud gessit pro vtilitate pupilli, id contrario iudicio conseqitur: ita etiam id quod sibi deberet consequi debet, vel eius securitatem. infra eodem leg. j. §. an in hoc.

v. De eo qui pro tutore, vel curatore negotia gessit.

Dux sunt partes huius tituli: vna est pro tutore, alia pro curatore, sic & C. de neg. gest. l. qui pupilli. Et necessariõ proponitur actio: quia plerumque incertũ est, pupillo, vtrum quis tutor verẽ existat, an quasi tutor, cum tutor nõn sit, pro tutore administrauerit tutelam. Idcirco in veramque causam actionem scripsit, vt siue tutor est, siue nõ sit qui gessit, tamen teneatur actione pro tutela. Pro tutore autem negotia gerit, qui officio tutoris fungitur in re impuberis siue p̄ tutorẽ, siue scit nõn esse, fingit tamen se esse. Et qui pro tutore negotia gerit, eandem fidem & diligentiam præstat, quam tutor præstaret. Quam autem præstet tutor, dicitur §. de tut. & ra. dist. l. j. in princip. & C. arb. tut. l. quodquid & §. de admin. tuto. diximus. Et ei, qui pro tutore negotia gessit, datur contraria actio tutelæ, de qua §. tit. prox.

vi. Quod falso tutore autore gessum esse dicitur.

Sæpe contrahentes decipiuntur, dũ falsus tutor adhibetur. Idẽo introductam est hoc edictum, cuius verba hæc sũt: Inquit prætor, Quod falso tutore autore, q̄ tutor nõ fuerit, gerat

Remedia *contra fal-*
sum tu-
sorem. *Tituli*
huius à
superiore
differen-
ria.

stum erit, dabo in integrum restitutionem. Et sunt tria remedia ex hoc edicto prodita. Vnum contra ipsum dolo sum tutorem. J. eo. l. nouissimè in prin. Aliud contra eum qui dolo fecit, vt non tutor autoritatem interponat. J. eo. l. huius actionis. Tertium est de restitutione in integrum danda contrahenti cum pupillo, falso tutore autore: vt non noceat ei: quod egit cum pupillo, falso tutore autore, vel cū ipso tutore falso: & de hac restitutione dicitur infra, ea l. §. fi. & l. sequen. Et differt hic titulus à superiori proximo: quia hic consulitur contrahenti cū pupillo falso tutore autore: alius ipsi pupillo prospicit. Itē alius locum habet, siue sciat se non esse tutorem, siue credat se esse, cū non sit, vt dictum est suprà rubro proximi. hic autem tantum quando scit se non esse inf. ea. l. nouissimè in prin.

V I I. De fideiussoribus, & nominatoribus, & hæredibus tutorum vel curatorum.

Postula-
re tuto-
rem. *Nomi-*
nare. *Fideiuf-*
for tuto-
rum.

Quamuis hæres tutoris tutor non sit, tamen ea quæ per se functum tutorem inchoata sunt, per hæredem explicari debent: & de eo quod penes tutorem fuit, hæres quoq; eius redere debet rationem. Est autē aliud, Postulare tutorem, aliud, Nominare. Nam postulare tutorem videtur, qui per alium postulat coram iudice, qui dare debet: sed Nominare inter absentes fit: vt quando magistratus mittit nomina quorundam præfidi, quasi sint idonei: vt suprà de tut. & cur. da. ab his. l. diuus. Nam & hi tenentur in solidum: vt C. de magi. con. l. j. & iij. & qui postulat, tenetur, etiam, nisi sit femina C. de admittit. tut. l. fin. §. personis. Similiter & fideiussor & hæres fideiussoris ad eandem rationem tenentur: ad quam & ipse tutor. Et hoc si ipsi fideiussores à tutoribus nominati, præfentes fuerint, & non contradixerint: & nomina sua in acta publica scribi passi sunt. Et in eadem causa sunt affirmatores tutorum, qui scilicet tutores idoneos esse affirmauerint: hi enim fideiussorum vicem sustinent.

VIII. De magistratibus conueniendis, & eorum hæredibus.

Sciendum est, non solum tutores vel curatores, pupillis vel adultis, cæterisque personis ex administratione rerum tenentur: sed etiam in eos, qui satisfactionem accipiunt, subsidia-ria actio datur. Nam si tantæ negligentia sit magistratus, id est, iudex, vt cautionem omnem omitteret, æquum est haberi eum loco fideiussoris, vt hæres eius teneatur. Et dicitur ista actio

actio subsidia-ria aptitudine, non actu: quia non semper datur in subsidium: sed aliquando principaliter, aliquando nihil omnino. Cum hac scilicet distinctione, quia aut fuit vnus tutor vel curator, aut plures. Primo casu conuenitur prius tutor vel curator, & postea magistratus. Si verò plures, tunc aut omnes gesserunt tutelam aut curam, & omnes conueniuntur ante magistratum. Aut nullus gessit, & tunc idem. Aut alii tantum gessit, & alii non: & tunc subdivinguntur. Aut fuit diuisa tutela administratio per iudicem, vel ceitatore: aut non. Primo casu pro sua gestione quilibet tenetur: & non pro alterius & postea magistratus in subsidium. Fallit hoc in quatuor casibus: quibus vnus pro alterius parte tenetur, tamen post magistratum, scilicet in tutorem, vt suspectum remouendum, non remouit: vel tardè remouit: vel remouendo iura pupilli prodidit vel non exegit cautionem rem pupilli saluam fore, cum videret eum non soluendo. Secundo casu, quando tutela administratio non fuit diuisa, conuenitur primò gerens: secundò magistratus, tertio non gerens, nisi in dictis quatuor casibus vbi conuenitur etiam quæ non gessit ante magistratum. Ista habentur in l. ij. C. de diuisa tutela. & in l. etiam, & in l. Æmilii. in fine §. de admittit. tut.

IX. De rebus eorum, qui sub tutela, vel cura sunt, sine decreto non alienandis, vel supponendis.

Prohibiti sunt tutores, & curatores per senatusc. Clementianum, & per orationē diuii Seneci, prædia rustica vel vrbana eorum, quos sub tutela vel cura habet, distrahere, id est, alienare: vel supponere, id est, pignori obligare: nisi parentes ipsorum pupillorum in testamento, vel codicillis cauerint, vt id fieri possit. Tunc enim licitum est ista alienare: etiam sine decreto iudicis, dum tamen seruetur forma in testamento tradita. Si autem aliàs res alienum (id est, debitum ipsius pupilli) tantum sit, vt ex rebus cæteris inde possit exolui: tunc prætor vrbanns adeatur, qui pro sua religione astimet, quæ possunt alienari, vel debeant obligari. In quo tria sunt necessaria: Primò, decretum, id est, iudicis præceptum: Secundò, causa alienandi, pura res alienum, id est, grande debitum: Tertio, Præfentia tutoris vel curatoris. C. si propter pub. pen. l. fin.

X. De curatoribus furiosis & aliis extra minores dandis.

Lege xli. tabul. interdicitur prodigo bonorum suorum administratio. Similiter & furiosi statim adueniente furore, ipso iure interditi sunt, ne bona sua administrarent. Et ideo licet

Subsidia-
ria actio.

Necessa-
ria in a-
lienatio-
ne rerum
pupilli.

Furiosus.

tales personæ maiores sint xxv. annis, in tantum quod ratione ætatis, neque tutores neque curatores habere deberent: quia tamen in ea conditione sunt, ut rebus suis commodè superesse nequeant, dantur eis curatores. Similiter & mente captis, & surdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant: quorum curatorum officium cessat adueniente sana mente, vel cessante furore, aut morbo, vel impedimento obstante.

*Mente captus.
Surdus.
Mutus.*

DIGEST. PARS QUINTA.

LIBER XXVIII.

Et quartus huius.

Tit. i. De testamentis, & qui testamentum facere possunt, & quemadmodum testamenta fiant.

Testamentum.

Tria dicit hic tit. Primò de testamentis. Est autem Testamentum voluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri velit, cum institutione hæredis. Et dicitur testamentum, quasi testatio mentis. Secundò, qui testamentum facere possunt: & quidem omnes possunt, qui specialiter non prohibentur: prohibentur autem certæ personæ, quæ continentur his versibus: Prodigus, & excus, mutus, surdus, furiosus: Morbo damnatus, & carmine, mentè que captus: Impubes, & dubius obles, & religiosus: Cui non est seruus, existens cum patre natus: Cuique interdictum, dico quod octo bis isti, Qui modo tanguntur testari iure verantur. Tertiò quemadmodum testamenta fiant. Et debent fieri secundum regulas iuris ciuilibus: quæ sunt, ut septem testes intersint, & rogati, & vni contexti, id est continuatione. Et debet nomen hæredis palam dici in testamento nuncupatio. Testamentum autem in scriptis debet fieri coram septem testibus rogatis, & subscribentibus, & sigillantibus. Et quòd testator vel alius pro eo scribat nomen hæredis: vt C. eod. l. hac consultissima. & l. iubemus. & in Auth. ibi posita.

Qui testata facere possunt.

Quomodo testamentum fiant.

l. i. De liberis & posthumis hæredibus instituendis, vel exheredandis, vel præteritis.

Pater faciens testamentum, debet filium, & filiam, posthumam, & posthumum, emancipatos, & in potestate, vel intituere,

tuere, vel nominatim exheredare. Alioquin Suis hæres, id est, Suis hæres. existens in potestate testatoris, dicit testamentum nullum. Emancipatus verò agit contra tabulas. Et dicitur ille Suis, qui est in potestate, & in primo gradu, siue sit filius, siue nepos. Et cautum est, nepotè etiam non suum instituere, ne rumpat testamentum effectus suos. Et dicuntur Liberi omnes descendentes in infinitum. l. liberorum. j. de verb. sig. Posthumus autem dicitur proprie, qui post humationem, id est, mortem patris nascitur, id est, postquam pater datus est humo. Impropriè autem dicitur etiam ille, qui factò testamento nascitur. l. iij. infra de iniust. rup. testa. Et est duplex Posthumus: Suis, qui statim si nasceretur viuo testatore in potestate sua futurus esset. Posthumus autem Alienus est, qui incontinenti cum erit natus non erit tuus testatoris. Et hodie posthumus non potest exheredari: quia non potest committere causam ingratitudinis, is, qui nondum natus est. l. si quis §. legis. C. de inoffic. test. Sic etiam filij, & filia non possunt exheredari, nisi iusta causa exprimatur in testamento, & hæres institutus eandem probet. C. de lib. præter. Authen. non licet. Et sunt iustæ exheredationis causa: xv. quas enumerat. tex. in Auth. vt cum de app. cog. §. causas. coll. vij. & gloss. in ca. quinta vallis. de iur. iur. Præteriti autem ille dicitur, qui non est institutus in testamento vt oportet, nec exheredatus ex legitima causa: sed silentio testatoris prætermissus, & talis habet querelam inofficiosi: de qua dictum est supra de inof. testa.

Liberi Posthumus.

Præteriti qui dicatur.

l. i. De iniustis, rupto, & irrito factò testamento.

Proximo tit. positum est, quomodo liberi, & posthumi debeant institui, vel exheredari. Si autem hoc non fiat, quid iuris tunc sit, tractat hic tit. Nam eiusmodi testamentum dicitur aut iniustum, aut rumpitur, aut fit irritum. Circa quod sciendum, quod testamentum non iure factum dicitur, vbi Testamèntum non iure factum. solemnia iuris defuerunt, scilicet circa testes & sigilla, & similia, & tale testamentum dicitur non iure factum. Aliquando testamentum est nullius momenti, id est, vtilitatis: quando scilicet filius qui fuit in patris potestate, præteritus est. Aliquando autem testamentum rumpitur: quando scilicet testator paganus (id est, non miles) post primum testamentum factum secundum legitime faciat: vel quando post testamentum incipit habere filium, vel nepotem, de quo in dicto testamento non est facta mentio, vel quòd testator postea patiatur capitis diminutionem. Aliquando autem testamentum fit irritum, quòd scilicet ex eo Irritum.

nemo adit hæreditatem: vt §. de test. l. si nemo. Postquam autem testamentum legitime factum est non rumpitur, licet testator postea dicat, quod non velit istud testamentum valere: vel postea incipiat facere aliud testamentum & non perficiat: quia testamentum imperfectum nullum est, nisi fiat à milite: vel nisi in secundo reperiantur instituti, qui aliàs successuri erant ab intestato, vel nisi testator istam voluntatem in effectum extrinsecum deducat: puta incidendo membranam, vel deponendo sigilla, vel similia.

IIII. *De his quæ in testamento delectur, inducuntur, vel inscribuntur.*

Quia per delectionem, vel cancellationem eorum, quæ in testamento continentur, testamentum ipsum cassatur: ideo post materiam tituli præcedentis locatur hic tit. quæ igitur in testamento delectur, vel inducuntur, si inconsulto delecta, vel inducta sint, nihilominus valent, si legi possunt post delectionem. Sed si non possunt legi, tunc distinguitur, an ante testamentum consummatum facta sint, vt tunc non valeat: si post, valet. Si autem consulto sunt delecta, non valent: siue legi possint, siue non: & hoc voluntate domini, vel iussu factum sit. Id verò quod sine iussu domini scriptum, inductum, id est, interpositum, aut delectum est, pro nullo est. Legi autem sic accipiendum est, non quod tantum intelligi potest, sed oculis perspicere quæ scripta sunt. Nam si extrinsecus intelligantur fortè ingenio vel subtilitate alicuius, non ex vi ipsius literæ: sed ex his fortè quæ præcedunt in testamento, vel quæ sequuntur, non videntur legi posse.

v. *De hæredibus instituendis.*

Qui testatur, ab hæredis institutione plerùmque solet initium facere testamenti: ideo post materiam eorùm qui testamentum possent facere, & qui institui debent, tractat Iurisconsultus de hæredibus instituendis, id est, qui possunt institui. Est autem instituere hæredes, id est, dominos intus in bonis suis statuere. Nā Hæres, id est, dominus: in l. de hæred. qual. & diff. §. j. Et ideo dicitur intus: quia ita subintrat hæres in dominium rerum defuncti, ac si eadem esset persona: vt in Auth. de iure iur. à mor. præ. §. j. coll. viij. potest autem vnusquisque hæres institui: siue liber sit, siue seruus. Et seruus siue alienus, siue proprius. Et dicitur proprius seruus, in quo quis habet proprietatem, etiam si vsufructus sit apud alium. Alienus autem seruus dicitur ille, in quo quis habet vsufructum sine proprietate. Et potest quis

quoscunque velit hæredes instituere, & diuidere hæreditatem in quam plurimas partes vult. Regulariter autem hæreditas in xi. vnica diuiditur: quas partes, & earum vocabula ponit textus, in l. i. §. hæreditas. Et est triplex institutio. Propria, cum aliquis instituitur in totum: vel in quota: de qua loquitur hic titulus, & præsertim l. quoties §. hæredi. j. eod. Impropria institutio est, cum filius instituitur in legitima, vel in eo quod ad legitimam reducitur. Nam licet ista sit quota & pars, non tamen quota hæreditatis abstracta ab omni re alieno. C. de rei vend. l. cum matre. §. fin. Impropriissima institutio est, quando instituitur hærede vniversali, alius extraneus instituitur in re certa: quia talis institutio non est quota hæreditatis, nec bonorum, ad eum hærede vniversali. l. ex facto. j. eod.

vi. *De vulgari & pupillari substitutione.*

Hæredes autem dicuntur esse instituti, aut substituti. Instituti dicuntur primo gradu, id est, primo loco. Substituti autem secundo, vel tertio. Dicitur itaque Substitutio secunda institutio, etiam si sint vltiores. Sic omnes secundæ dicuntur nuptiæ, quæ post primas contrahuntur. C. de secund. nupt. in rubr. Et fit institutio, & substitutio hoc modo: Lucius Titius mihi hæres esto: ista dicitur institutio, quasi prima hæredis factio. Substitutio autem secunda institutio hoc modo fit: Si Lucius Titius n. hi hæres non erit, tuæ Sei us hæres esto: Si Sei us non erit, Sempronius esto: & sic consequenter potest quis in testamento quot gradus hæredum vult facere, & plures in locum vnus vel vnum in locum plurium substituere. Sunt autem quinque genera substitutionum, Vulgaris, Pupillaris, Exemplaris, Breuiuolua, & Compendiosa, quas prosequere, vt ponit gloss. in l. de pup. sub. §. qua ratione. & glo. in c. Rayoutius. de test. & aliquid per glo. in c. si potest. de test. lib. vj.

vii. *De conditionibus institutionum.*

In institutione hæredum sæpe apponitur conditio, de qua hic tit. tractat. Est autem multiplex conditio. Quædam enim possibilis est, quædam impossibilis. Possibilis subdividitur in causalem, potestatiuam, & mistam. Potestatiua dicitur, quæ dependet à potestate aut voluntate implere debentis: vt hæc, Si decem dederis. Causalis autem est, quæ dependet extrinsecus non à voluntate hominis, sed ab ipsa fortuna, vt hæc, Si nauis venerit ex Asia: Si pluet tali die. Mistra est, quæ partim à potestate hominis, partim à fortunæ euentu dependet: vt hæc,

Inductū
Legi quæ
do dicatur.
pur.

Instituere hæredes.
Hæres.

Seruus
prop.
Alienus.

Hæreditas in xi. partibus.
Institutio triplex.

Institutio
Substitutio

Conditio
multiplex.

Si Consul factus fueris, Si iueris pro me Romam. Impossibilis conditio tribus modis potest dici: vel Natura: vt, si cœlum digito tetigeris, hæres esto. Vel de iure: vt, Si patrem ab hostibus non redemeris. nam hoc facere nos non posse præsumitur, j. cod. l. conditionis. & l. filius. Et de his duabus dicitur, quod impossibilis conditio in institutionibus, & legatis, vel fideicommiss. & libertatibus pro non scripta habetur, j. co. l. j. Est tertia impossibilis de facto: vt, si montem aureum dederis, hæres esto, & talis institutio vel libertas non valet iuris præsumptione: quia præsumitur animus dandi defuisse. l. cum hæres. §. j. j. de itat. liber. Est & quædam quarta impossibilis propter perplexitatem, id est, intricacionem verborum: & hæc similiter vitiat: vt si faciam institutionem hoc modo, Si Titius hæres erit, Seius hæres erit: & si Seius hæres erit, Titius hæres erit: quia primò videor velle, quod solus Titius sit hæres si velit: & postea, quod Titius & Seius simul sint hæres: & sic ista conditio vitiat, & non vitiat, quia verè nullatenus apparet de voluntate testatoris. l. si Titius. j. cod. In contractibus autem omnis impossibilis vitiat contractum quæ est in faciendo: secus si in non faciendo: vt, si cœlum non ascenderis. l. impossibilis. infra. de verb. obiig. & leg. non solum, infra. de actio. & obligat.

VIII. De iure deliberandi.

Hæredes instituti deliberant de adeunda hæreditate, an expediat eis hæreditatem admittere, vel repudiare? Deliberare autem nihil aliud est, quàm secum diligenter cogitare, vel in mente sua reuoluere, vel cū amicis explorare, an expediat sibi admittere: id, de quo quæritur. Subuenitur etiam hæredibus per prætorem, vt habeant copiam instrumentorum conspiciendorum: vt proinde intruere se possit, expediat necne agnoscere hæreditatem, infra. cod. l. Aristo. & j. de acquirēda hæredi. l. Aristo. Datur hoc tempus ab Imperatore vique ad annum: ab aliis autem iudicibus, datur v' que ad nouem menses: vltra enim dari non potest. Sed nec minus dare debet centum diebus: Medium ergo tempus est in potestate iudicantis. Sic ergo dabitur quandoque semel tantum, vt cū à principio datur nouem menses quandoque dari poterit sæpius, vt cū à principio dedit minus nouem mensibus. C. eod. l. vlti. §. sed quia quidam. & infra eodem. l. j. §. vltimo. Est autem effectus deliberationis, quia interim bona non debent diminui, nisi causa cognita: & his verbis non tantum alienatio prohibita

Effectus
Deliberationis.

bita est, verum etiam exercitium actionum. Huiuscemodi autem deliberatio hodie non est necessaria, si quis inuentarium secundum legem facere voluerit. Nam si velit aliquis spe certissima hæreditatem adire, vel se immiscere, vt non postea repudiet eam nullo indiget inuentario, cum omnibus creditoribus suppositus est, vt pote hæreditate ex sua voluntate infixa. C. eod. l. vltim. §. j. Item & legatariis tenetur insolidum, per Authen. de hæred. & fal. §. si verò non fecerit. Si vero quis non titubanti animo respondendam, vel abstinentiam crediderit esse hæreditatem: dicebat enim se repudiaturum, vel abstenturum, non tamen respuebat, vel abstinebat: expectatur eius enuntiatio vique ad tres menses. C. eod. leg. vltim. §. similisque modo. Si autem dubius est, vt rûmne admittenda sit defuncti hæreditas, non putet sibi necessariam deliberationem, sed adeat vel se immisceat: omni tamen modo confecto inuentario ab ipso vt exordium capiat inuentarium intra triginta dies postquam cognouerit hæreditatem sibi delatam: & inter alios sexaginta dies hoc inuentarium compleatur. Dicitur autem inuentarium conscriptio rerum in hæreditate defuncti inuentarum: cuius vtilitas est maxima: quia qui inuentarij beneficio hæreditatem adierit: ille non grauabitur propter improuisum debitum: vel etiam prouisum, si hæreditas non est sufficiens. leg. scimus. §. ex omnibus. C. eod.

Inuentarium.

LIBER XXIX.

Et quintus huius.

Tit. i.

De militari testamento.

Hic titulus ius speciale continet, quod concessum est militibus existentibus in expeditione, vt iuris communis solennitates circa testamenta condenda obseruare non teneatur. Habent enim milites liberam testamenti factionem: faciunt igitur testamenta quoquo modo velint, faciunt quoquo modo poterunt, sufficiantque ad bonorum suorum diuisionem faciendam nuda voluntas ipsorum, omni solennitate remota. Et hoc quando est in prælio miles: tunc enim nullo vocato teste condere potest testamentum. l. milites. C. eod. dum tamen duobus saltem testibus probetur testamentum factum. j. eod. l. Lucius. Si autem non in conspectu, sed in tentorio secerit, vocandi sunt duo testes. l. diuus. j. eod. Quod si non sit in

expeditione, sed domi: tunc iure communi utetur. l. penul. C. *Miles vn* *de.* Miles autem appellatur vel à militia, id est, à iustitia, quam pro nobis sustinet: aut à malo, quod à nobis arcere solent, aut à multitudinc, aut à numero mille hominum: dictum à Græco verbo chilia: nam Græci mille hominum multitudinem chilia apellant: quasi millesimum quæque dictum: vnde ipsum ducem Chivarchon appellant, id est, principem militiae. Exercitus autem nomen ab exercitatione traxit. Et competit hoc privilegium veteri militibus, ut dicit Bal. in l. j. de iuris & fact. igno. non militibus tempore nostro: hi enim non faciunt eas: nec habent in se istas proprietates, quas enumerat gloss. in leg. pen. §. ex quibus caus. mag. Et continentur his verbis: Stigma, genus, scriptura, fides, examen, & ensis: Hæc faciunt militem, lex dicit Bononiensis.

II. De acquirenda hæreditate.

Adire hæreditatem, nihil aliud est, quam velle eam habere. nam adire non tam facti est, quam animi: in nuda & sola voluntate consistit. Nam hoc animo debet esse, ut velit esse hæres. Caterum si quid pietatis causa fecit, si quid custodiæ causæ vel aliud, non quasi hæres fecit, sed quasi alio iure, apparet eum non pro hærede gessisse: & ideo solent proæstari liberi qui necessarij existunt, non animo hæredis se gerere quæ gerunt, sed aut pietatis, aut custodiæ causâ, aut pro suo: ut puta patrem sepeliunt, vel busta fecit: eisi animo hæredis, pro hærede gessit. Enimvero si pietatis causa, contrarium est. Est autem multa hæredum differentia: quidam necessarij tantum dicuntur: ut sunt serui à dominis instituti: qui dicuntur Necessarij: quia siue velint, siue nolint, coguntur esse hæredes: sed in præmium recipiunt libertatem. Alij sunt Sui & Necessarij: & sunt hi, qui in potestate & primo gradu testationis sunt. Et dicuntur Sui, quia etiam viuo testatore quodammodo bonorum domini sunt. Necessarij verò dicuntur, quia de iure civili velint nolint coguntur esse hæredes: sed de iure prætorio habent abstinendi licentiam, & sufficit si se non immisceant. j. eodem l. ei qui te. & C. ut ab hæred. abstin. l. j. Tertij dicuntur Extranei: & sunt qui non sunt in potestate testatoris. Inter istos hæredes traditur talis differentia: quia si est Suis hæres, agnoscendo hæreditatem dicitur se immiscere, eo quia etiam viventibus parentibus ipsi quodam modo sunt domini rerum paternarum. Si autem hæreditatem noluerint, dicitur

dicuntur se abstinere. Si verò est Extraneus hæres, dicitur adire hæreditatem: & si non vult, dicitur repudiare: uterque autem dicitur acquirere hæreditatem. Et ideo titulus noster utitur verbo utriusque communi, Vnde sollet dici, Res puit extraneus, adire: & suis abstinere, atque immiscere: semper acquirere constat utrunque.

III. Quæmadmodum testamenta aperiuntur, inspiciantur vel describantur.

Gratia de liberationis & aditionis hæreditatis, opus est tabulas testamenti aperiiri, ideo de hoc sequitur. Pollicetur autem Prætor cuiusque desideranti tabulas testamenti inspicere, vel etiam describere aut legere se facturum potestatem inspicendi vel describendi: siue hoc suo, vel a ieno nomine desiderent. Debet ergo ad hoc impetrandum iudex adiri: quia neque sine iudice transigi, neque apud iudicem exquiri veritas aliter potest de his controversiis, quæ ex testamento proficiscuntur, quam inspectis cognitisque verbis testamenti. Et ideo æquum fuit, ut desiderum volentis aperiiri testamentum recipere. Et dicitur propriè illud Testamentum quod iure perfectum est. Sed abusuè etiam ea appellamus testamenta, quæ falsa sunt, vel iniusta, vel irrita, vel rupta. Et cum ab initio aperiendæ sunt tabulæ testamenti, iudicis officium est, ut cogat signatores si præsentis sint, convenire, & sigillâ sua recognoscere, & iurare dicere verum, an sua sint, vel non: & an testamentum sit illius: vel negare signasse. Publicè enim expedit suprema hominum iudicia (id est, voluntates) exitum habere.

Testamentum propriè.

III. Si quis omissa causa testamenti, &c.

Sæpe contingit, quòd instituti in testamento omittunt adire hæreditatem ex institutione, propter vitanda onera legatorum, & accipiunt hæreditatem ab intestato, vsurpantes sibi ius minimè concessum: tales incidunt in poenam huius tituli. Datur enim contra eos utilis ex testamento actio: quod Prætor ideo statuit, ut voluntates defunctorum fueretur, & caliditate (id est, fraudi) eorum occurreret, qui omittit causâ testamenti ab intestato hæreditatè totam, partemve eius possideant, ad hoc quòd eos circumveniant (id est, decipiant) quibus aliquid ex voluntate defuncti deberi potuit. Et propter tria introducitur hoc editum. Primum, propter eum qui omittit ex testamento, & ipse idem tenet ab intestato, de quo j. l. j. in princ. Secundò, si quis per fraudem omiserit hæreditatem, ut ad legitimam perveniat,

niat, accepta inde pecunia, talis enim omittens tenebitur p^e titione legatorum. j. l. j. §. fi. Tertiò, cum institutus omittat vs ad substitutum veniat. j. co. l. si non solus.

v. De Senatusconsulto Syllaniano, & Claudiano, quorum testamenta ne aperiantur.

Hoc titulo punitur hæres, si hæreditatem adeat ante quæstionem habitã de familia: quando enim testator necatus vel interfectus reperitur, non debet hæres aperire tabulas testamenti, neque adire hæreditatem, nisi prius quæstio (id est, tortura) habita sit circa familiam, quis testatorem interfecerit, ad eruendam veritatem nomine necati. Cum enim aliter nulla domus (quæ tamen cuique debet esse tutissimum refugium) tuta posse esse, nisi a domesticis domini etiam proprio periculo capitis custodiendum tuerentur, ideo Senatusconsultum Syllanianum & Claudianũ introducta sunt ad publicam quæstionem de familia necatorum habendam. Appellatione autem occisorum continentur, qui per vim aut per eadem sunt interfecti, vt puta iugulati, strangulati, precipitati, vel saxo, vel fuste, vel lapide percussu, vel aliquo telo necati. Et toties puniendi sunt qui auxilium domino non tulerunt, quoribus poterunt ei aduersus vim opem ferre, & non tulerunt. Et puniunt hoc Senatusconsultum eos, qui sub eodem testamento fuerunt: Qui verò non, sub eodem testamento, sed in eadem regione fuerunt, non aliter puniuntur, nisi consensu fuissent. Qui ergo testamentum aperit hac inquisitione nondum facta, vel aliquid aliud fecerit, in hanc popularem actionem incidit, cuius pœna iucentum aureos ex bonis damnati, id est, hæredis extenditur: & pars diuidia ei, cuius opera conuictus erit, præmij nomine dabitur, reliqua pars in vsum publicum redigetur.

vi Si quis aliquem testari prohibuerit, &c.

Prohibere quis dicitur. Testamentarij. Aliam causam ponit perdendæ hæreditatis, quãdo quis prohibet aliquem, ne testetur: & habet locum, quando cogo te, vt me instituas. Item & quando cogo te, vt alium instituas, vt C. eod. l. j. Quando impedio te testari vel de nouo, vel quia testamentum prius mutare, vel testamentarium (id est, notarium scribentẽ testamentum) introire ad testatorem verò, tunc enim mihi denegantur omnes actiones pro eadem hæreditate competentes. Denegatisque actionibus, hæreditas ad venientes ab intestato deuoluitur, aliàs si delinquens proximior reperitur,

tur, vel habet pares in gradus, pars delinquentis ad fiscum spectabit. l. ij. §. eod.

vii. De iure codicillorum.

Nunc de iure codicillorum (id est, de parua vel minima scripta voluntate) differamus qui ideo codicilli dicuntur, quia in breuiori chartula vel codice, id est, libello fiebant, quam testamentum. Et solum in eis fideicommissa relinquebatur. Et habent se codicilli ad testamentum, sicut scapha ad nauem. Et possunt codicilli fieri, etiam si nullum fiat testamentum. Si autem post codicillos quis testamentum fecerit, videtur codicillos confirmasse, nisi expresse eosdem reuocauerit. Et possunt fieri plures codicilli: & non requirunt solennitates, nisi quod solum ad sint quinque testes, sicut & in qualibet vltima voluntate. C. eod. l. fi. & de fideicommissis. l. fi. Codicillis autem non potest dari hæreditas, neque auferri (scilicet directe) neque conditio hæredi in testamento instituta apponi, neque directa substitutio fieri, sed per fideicommissum bene.

Codicilli.

Plures codicilli.

LIBER XXX.

Et sextus huius.

Tit. i. De legatis, & fideicommissis. i.

Expedita materia testamentorum, nunc de accessoria testamenti, id est, de legatis Iuriconsultus ponit, cum regulariter secundum principale etiam accessorium reguletur. Et diuiditur iste titulus in tres libros, vel tractatus, in quibus nihil aliud, nisi de legatis disponitur, & est hoc factum, vt quidã volunt, propter proximitatem vitandã, quæ esset, si longa ista materia legatorum sub vno titulo posita fuisset. Vel quod melius est, ritulis de legatis. j. agit principaliter de reb. legatis, quæ, s. possint legari vel non. Potest autem legari omnis res, vel propria, vel hæredis, vel etiam aliena, dummodo hoc vltimo casu hæres rem legatam redimat, & legatario præter si possit, aliàs soluet ipsius rei æstimationem, quando testator sciuit rem esse alienam, & illius rei commercium communiter haberi potest, aliàs si res legata non est in commercio hominum, vel est, sed cum difficultate: tunc nec æstimationem hæres præstabit, nisi aliter appareat de mente testatoris, infra eod. l. si quis inquilinus, & nisi quando liber homo sibi legatur qui fuerat redemptus ab hostibus. j. eod. l. senatus. §. fin. Et est legatum donatio quardam

De legatis primis.

Legatis quid.

quædam à defuncto relicta, & ab hærede præstanda: vnde solet dici: O puer hoc dictum tu credas esse legatum, Quod sit donatum, vel à testatore relictum. Et in quo differat à Donatione causa mortis, habetur inst. eod. in prin. Vel legatum est deliberatio hæreditatis, qua testator (ex eo quod vniuersum foret heredis) alicui quid collatum velit. J. cod. l. legatum est.

LIBER XXXI.

Et septimus huius.

Tit. I. De legatis, & fideicommissis. II.

Qui possunt legare, & quibus.
 In hoc libro principaliter tractatur de personis legantium, & legatariorum: potest ergo quilibet legare, qui & testamentum facere potest. Et similiter legari potest omnibus personis, quæ capaces sunt receptionis, & quæ ex testamento aliquid recipere possunt. Sunt autem quatuordecim personæ, quæ non possunt facere legata: à de quibus gloss. in l. si quæram. §. de testam. & not. gl. insti. quibus non est per. fa. test. §. fin. Et nouem personæ, quibus nihil potest relinqui, quas enumerat gl. in l. j. de iur. fisc. & insti. de lega. §. legari.

LIBER XXXII.

Et octauus huius.

Tit. I. De legatis, & fideicommissis. III.

Inter legata & fideicommissa.
 Iurisconsultus hoc libro tractat de significatione verborum Itam circa res legatas, quam circa personas legantium, & legatariorum. Supradicti tamen tituli non obseruant in omnibus istam specificam distinctionem inter hos tres libros de legatis traditam. Sæpe enim quod vni esset attribuendum, in alio ponitur: vt dicit gloss. §. de leg. j. in rubro. Istud tamen summarie sciendum, quod olim inter Legata & Fideicommissa longa esset differentia: hodie tamen exæquata sunt Legata Fideicommissis per omnia, vt nulla sit inter ea differentia, nisi quantum ad vocabulum: & quod deest Legatis, repleatur ex natura fideicommissorum: & si quid amplius est in Legatis, per hoc creseat Fideicommissi natura: inst. eo. §. j. Et quicquid statuitur in vno, statuitur in reliquo: imò esse Legatum est Fideicommissum, & e contra: & hoc in fideicommissis singularibus: nam vniuersalia fideicommissa adhuc aliquid singularitatis habent.

LIB,

Et nonus huius.

Tit. I. De annuis legatis, & fideicommissis.

Annui legatū.
 CVM in annos singulos aliquid legatum sit, illud annum legatum appellatur. Et si non sit adscriptum, quo loco solui debet: quocunque tunc loco petetur, dari debet. Et cum aliquid in singulos annos legatum fuerit, tunc plura sunt legata: & primi anni purū est, sequentium autem annorum conditionale: videtur enim inesse hæc conditio, si viuat: & ideo mortuo legatario ad hæredem suum legatum non transit. CVM enim in singulos annos legatum relictum est, simile est vsufructui, cum morte finiatur. CUM hoc autem ab vsufructu differat, quia capitis diminutione non finitur legatum in singulos annos relictum: quia legatum sequentis anni est aliud legatum: & sic istud habebit legatarius cum plura sint legata: & in capite cuiuscunque anni inspicitur, an sit capax legati, vel non: & ideo in principio anni etiam solui debet. Si autem legatum sit per hæc verba: Hoc anno, vel Quolibet anno: & tunc in fine anni fit solutio. l. qui hoc anno. j. de verb. obl. Vnde solet dici: Annua si debes, tunc inspicias caput anni. Anno si debes, in fine teneberis anni. gl. inst. de verb. oblig. §. omnis. & de inuti. stip. §. qui hoc anno.

II. De vsu, & vsufructu, & redditu, & habitatione, & operis per legatum, vel fideicommissum relicto.

Iste tit. differt à tit. de vsufructu & viu, habitatione, &c. in quibus etiam tractatur de tali materia. Sed hic in vltima voluntate tantum profequitur: alibi etiam inter viuos. Et est regulare, quòd nec vsus, nec vsufructus itineris, actus, viz, aut aquæ ductus legari potest ab eo, cui debeantur huiusmodi seruitutes: quia seruitus seruitutis esse non potest. Nec obstat quod dicitur quòd omniū quæ in bonis sint legari possit vsufructus: quia seruitus neque ex bonis, neque extra bona fit: imò in alienis bonis est semper: quia sua res nemini seruit. §. si vsufruct. per. leg. vti frui. Possunt etiam liberi hominis operæ legari, sicut & locari, & in stipulationem deduci: habitationis quoque legatum in singulos annos factum ab initio de beri constat.

III. De seruitute legata.

Quid iuris circa seruitutes constituendas, vel acquirendas sit, traditum est supra in materia seruitutū. Sed quia hic testamenta

menta, & legata quæ in his fiant, examinantur: ideo etiam inter cætera ponitur hic titulus, tractans quomodo seruitus legari possit, & quid in eo legato veniat, aut quem effectum habeat.

IIII.

De dote prælegata.

Isud Præ, nihil operatur in toto titulo sicut & cum dicitur præ electo: vt C. de emen. luf. eo. l. j. & est figura epilepsus vel tautologia, secundum Azo. vel ideo dicitur dos prælegata, secundum Rogerium, quia ante tempus dotis tale legatum dotis vel relictum capitur. Ideo immerito prælegata dos, id est præmaturè capibilis dici potest. Et cum dos prælegatur, illud dotis prælegati inest, & nihil plus, quod inerat actioni de dote, nisi in solo tempore.

V.

De optione, vel electione legata.

Optionis legatum est, vbi testator ex seruis suis, vel aliis rebus optare (id est, eligere) iusserat. Et olim habebat tale legatum in se conditionem: scilicet, si legatarius elegerit. Et ideo nisi ipse legatarius viuus optaret, ad hæredem tale legatum non transmittitur: hodie autem ex noua constitutione. l. h. C. communia de le. data est licentia etiam hæredi legatarij optare: licet viuus legatarius hoc non fecit: & si plures sint legatarij quibus optio relicta est, & dissentiant in corpore eligendo, talis discordia dirimenda est sorte, & fortuna erit iudex viuis optionis: vt ad quem fors deueniat, illius sententia in optione præcelat. Et mittitur ista fors tali, vel alio modo, sicut supra de iudi. c. l. in his tribus.

VI.

De vino, tritico, & oleo legato.

Vino legato, etiam acerum continetur, quod paterfam. vini numero habuit. Et si quis vinum legauerit, omne quod ex vinea natum vinum permansit continetur: sed si mustum sit factum vel hydromellum, id est, portio de aqua & melle, & vini appellatione non continebitur: sicut nec defrutum, id est, vinum bullitum neque acinaticum, neque cydonium, quod fit ex pomis, continebitur. Sed cœnomellum, id est, dulcissimum vinum, & passum continebitur: & hoc verum si vini numero à testatore sunt habitæ: alia omnia vini appellatione continentur, quæ vini numero paterfam. habuit, sicut zyrum, & chanium, & cætera, quæ pro hominum affectione potationis loco longo tempore habentur. Et legato vino etiam vasa debentur, in quibus ad perpetuum vina reseruari solent. De oleo legato quid contineatur ponit. l. iij. de tritico & frumento. & l. quidam

dam hæredem infra eodem.

VII. *De fundo instructo, & instrumeto legato.*

Fundus instructus dicitur, qui ea instrumenta habet, sine quibus fundi exercitium inutile esset. Qui ergo fundum instructum legat, videtur fundum cum suis instrumentis legasse. Est autem instrumentum apparatus rerum diutius manuratum, sine quibus exercere nequere possessio. Et sunt instrumenta fundi ea, quæ fractus querendi, colligendi, conferuandive gratia parata sunt. Et tractat hic tit. de instrumento fundi, & domus, & patrisfam. & horri, & tabernæ, & cauponis, & balnei, & villæ, & vineæ, & pictoris, & piscatoris, & lanionis, & pistoris, & medici.

VIII.

De peculio legato.

Peculio legato, quidquid viuus testatore accedit, ad legatum pertinet: quod autem post mortem non, nisi ipsi seruo legatum fuerit peculium. Et seruo testamento manumisso non intelligitur relictum esse peculium, nisi expressè appareat. Secus si inter viuos fuerit manumissus. Et seruis, cui legatum est peculium, non potest repetere eas expensas, quæ pro domino suo expendit. Quid autem sit Peculium, dictum est §. de pecu.

IX.

De penu legato.

Si quis penum legat, continentur in legato omnia quæ sunt parata esu, & potui. Continentur etiam ea, in quibus solemus esse, id est, comedere: vt oleum, & garum (id est: salsamentum) amura, mel, & cætera similia. Est autem Penu, cella pro conferuandis esulentis & poculentis constituta: & in hoc differt à cellario, quia Cellarium est paucorum dierum: vnde & in cella dicitur imparatum frumentum: Penu verò longioris temporis, & dicitur penu peni, & penu penoris, & penu: Seruius I. Æneid.

X.

De suppellectili legata.

Supellex est domesticum patrisfamil. instrumentum, quod neque argento, aut òve facto, vel vesti annumeretur à patrefam. id est, cæteræ res mobiles non animalia. Et legata suppellectili, hæc continentur: mensæ, trapezophora, delphica subsellia, scamna, lecti etiam inargentati, culcitæ, storalia, mappæ villosæ, vasa aquaria, pelues, aquiminaria, candelabra, lucerna, trullæ, & capsæ, & armaria, & vitrea escaria & potoria, & præterea omnes res quæ ad vsum communem patrisfam. paratae sunt, quæ nomen sui generis separatim non habent, & suppellectilis appellatione continentur.

caliginosa in testamentis, & legatis intercidunt: idè de interpretationibus rerum dubiarum hic titu. tractat.

v. *De adimendis legatis, & fideicommissis.*

Ademptio quomodo fit. Legata dicuntur adimi, quando ex eodem testamento siue codicillis ea quæ prius legata fuerunt reuocantur, vel in alium transferuntur. Et fit ademptio siue verbis contrariis, veluti qui legauit per verba Do, Lego: ita adimat, Non do, Non lego. Siue fiat verbis non contrariis, sed aliis quibuscumque verbis denotantibus reuocationem, ademptionem, vel translationem: puta Adimo, vel Pœniteo eius quod dedi, vel similia. Imò etiam nuda voluntate præsumpta fit ademptio: puta si testator factus sit inimicus capitalis ipsius legatarij post factum testamentum. leg. iij. j. eod. Sed si tales inimicitia: postea cessent, & rursus amicitia: tunc reuoualescit. le. quod si iterum. infra eo. quia ambulatoria est defuncti voluntas vsque ad vitæ supremæ exitum. Transfertur autem legatum quatuor modis. Aut enim à persona in personam transfertur. Aut ab eo qui dare iussus est transfertur, vt alius det. Aut cum res pro re datur: vt pro fundo decem aurei. Aut quod purè datum est, transfertur sub conditione, leg. translatio. inf. eod.

Transfertur legatum.

vi. *De his quæ pœna nomine relinquuntur.*

Legare pœnæ nomine is dicitur, qui in legato aliquid expressit quod coherendi hæredis causa relinquatur: quo magis hæres aliquid faciat, vel non faciat: veluti si testator scripserit, Hæres meus si filiam suam in matrimonio cum Titio non collocauerit, det x. aureos Seio. Vel ita: Hæres meus si seruum Stichum non manumiserit, det Titio x. aureos. Et licet olim inuente erat tale legatum pœnæ: hodie tamen legatum taliter siue ademptum siue translatum, ac etiam hæredis institutio pœnæ nomine facta valet: nisi sub conditione impossibili vel legibus interdicta vel ignominiosa fiant: de hoc Inst. de leg. §. fin.

vii. *De regula Catoniana.*

Catonis regula circa legata olim vsitabatur. Et continebat in effectu, quòd ea legata, quæ caduca fierent, aut essent nulla, si testator statim facto testamento moreretur: quòd ista nõ coualescerent, si testator diutius post testamentum superuiveret, & res iterum ad eum statum peruenisset, à quo incipere potuisset: Puta, testator legauit rem ipsius legatarij ipsi legatario: istud legatum esset inutile, si testator statim moreretur, quia res propria alicuius sibi legare non potest. §. sed si rem. Instit. de

de legat. quia res semel sua nõ potest amplius fieri sua, Inst. de act. §. sic itaque. Sed si viuo testatore legatarius eandem rem alienauerit, & ita ad statum perueniat, vt amplius non sit legatarij, per regulam Catonianam non conualescebat hoc legatum, sed erat inutile omnino. Iure autem nouissimo sublatam est ista regula per l. vn. C. de cad. tollen. & fallit aliàs in multis casibus quos no. gl. in verbo; falsa est. in l. j. eod.

viii. *De his quæ pro non scriptis habentur.*

Si quis hæreditatem vel legatum sibi ipsi adscripsit, incidit in pœnas legis Cor. de fal. & nihilominus scripturæ suæ perinde habentur, ac si insertæ testamento non fuissent. Sic etiam quæ in testamento scripta sunt, & non intelliguntur quid significant, ea perinde sunt, ac si scripta non essent. Quæ pœnæ seruo relinquuntur extra causam alimentorum, pro non scripto habentur. Legatum quod alicui adscribitur qui in rebus humanis eo tempore non erat, vel qui in hostium potestate fuit, neque ab hostibus rediit, pro non scripto erit, & deficit.

ix. *De his quibus, vt indignis, legata auferuntur.*

Legatarius qui testatorem de illicita negotiatione post mortem derulit, carere debet legato, sive fideicommissio, quæ sibi ex testamento relicta fuerant. Similiter & ille, qui manifestissime comprobatus est id egisse, vt per negligentiam, & culpam suam mulier, à qua hæres institutus erat, moreretur. Aut qui testamentum dicere voluit in officiosum, in quo sibi legatum est factum, vel si quis non obtemperauerit mandato aut conditioni in testamento legali appositæ: vel si inimicitia: capitales interuenerunt inter legatarium & testatorem: vel si palàm, & apertè testatori maledixit, & infaustas voces aduersus ipsum iactauerit.

LIBER XXXV.

Et vndecimus huius.

Tit. i. *De conditionibus & demonstrationibus, & causis, & modis eorum, quæ in testamento scribuntur.*

DE legatis suprâ dixit: in quibus, quia quandoque ponitur conditio, demonstratio, modus, & causa, idè *Conditio*, de his dicit. Est autem conditio quædam legati suspensio, cuius

cuius de futuro defectus vel confirmatio pendet. Demonstratio est quædam in existentibus vel præteritis accidentibus notitia, quò magis legatum sit liquidum, adhibita. Causa dicitur quædam de præteritis præcedens iudicio: quo testimonio nostro magis quem honorauimus. Siue est animi compulsio à nobis expressa. Modus est de futuro & quasi cuiusdam remunerationis à legatario petita exhortatio: quo non completo, ita relicto quis priuatur, & sicut deficiet conditione ab initio non capitur. Et est natura Conditiõis vt si sit potestatiua, ei obtemperetur, nec per eum, qui obtemperare debet, aliquid fiat, quo minus adimpleatur, quo casu pro impleta habetur, & relicto non capietur. C. de cond. inser. l. fin. Si verò est turpis, vel inhonestã, si quidem ex parte legatarij, pro non adiecta habetur: & idem de impossibili. Si autem ex parte hæredis ponatur, tunc legatum vitatur, Inst. de leg. §. si. Si verò casualis, vel mista fuerit, euentus spectabitur. C. de cad. toll. l. vna. §. fin. autem aliquid In mista verò legatarij adiuuatur, si per eum nõ sterit, sed per hunc, in cuius fortuitum casum stererit: vt C. de Si. cond. inser. l. legatum. Et fit Conditiõ per Si. §. de cond. in se. l. Cum. qui promissit: fit etiam per Cum: vt j. de verb. obli. l. quodcunque. §. non solum. Natura verò Causæ, vel demonstrationis est, vt quamuis falsa demonstratio, vel causa dicatur, legatum tamen non vitatur: Insti. de leg. §. si quis in nomine. & C. de fal. cau. adiec. l. ij. Et fit Causa per Quia: demonstratio autem ostendendo aliquid. Natura verò Modi hæc est, vt modus adimpleatur: vel per legatarij non sterit, quo minus adimpleatur: & sic legatum non reuocatur. C. de his quæ sub mo. l. j. & ij. Et fit Modus per Vt, vt ibi: vnde solet dici: Scito quod vt modus est: & fit conditiõ: quia causa. de hoc glo. in c. verum. de cond. appo. & Inst. de leg. §. longè magis.

II. Ad legem Falcidiam.

Quia lege Falcidia legata minuuntur, ideò de ea sequitur. Cum enim lege xli. tab. libera erat legandi potestas vt liceret etiam totum patrimonium in legatis erogare. Cautum enim erat ea lege in hunc modum: Vt quisque legare rei sue, ita ius esto. Sed quia opportunum erat, gratia testatorum legandi licentiam coarctare: plerumque enim intestati moriebantur accedentibus scriptis heredibus, pro minimo aut nullo lucro hæreditatis adire. Lata est ergo nouissima lex Falcidia, qua cauetur, ne plus legare liceat, quam dodrantem, id est, nouem vncias

ciã totorum bonorum. Siue ergo hæres institutus sit, siue plures, etiam si essent mille, apud eum, eòsve pars quarta remaneat, cõmuniter inter eos diuidenda. Et dicitur Falcidia ictio, quia sicut falx sœnum, sic lex hæc legata refecat: vel à Falc. dio autore dicta, sicut Publiciana, à Publicio. Inst. de act. §. alleg. de hoc ij. dist. quædam. & in c. Raynaldus. de test. gloss. vlt. & in c. Raynutius in gl. poruit. Et antequam detrahatur Falcidia, detrahendum est prius ex patrimonio totum æs alienum: iteth funeris impensæ: Item pretium seruorum manumissorum. Et de residuo patrimonij debet fieri quatuor partes: ita quod vna ex illis remaneat penes hæredem, de alijs trib. soluantur legata, vnicuique plus vel minus, secundum quod testator voluit: & si plus sit legarum, quàm sit vires patrimonij: id æs ante omnia deducitur, & postea Falcidia detrahitur. Vnde solet dici: Tunc defalcabis, cum per legata grauaris. glo. in c. Raynutius. de testa.

Falcidia.

Quando
habet lo-
cum Fal-
cidia.

III. Si cui plus quàm per legem Falcidiam licuerit legetur.

Si alicui plus quàm licuerit legetur, & dubitari iussit possit, vt rum lex Falcidia locum sit habitura, vel ne, subuenit prætor hæredi, vt ei legatarij satisfiat: id est, caueat, quòd si apparuerit eum amplius legatorum nomine cepisse, quàm ex lege Falcidia capere licebit, quanti ea res est, tantam pecuniam sibi reddat: doli sive malus ab eo abfuturus sit: hoc est, si sciens legatum indebitum cepit, vel dolo suo res interierit, etiam ex doli clausula, quæ in ista stipulatione iuradicta continetur tenebitur. Et si opponat exceptionem de rei interitu, poterit ipse repelli replicatione: quia dolo eius factum est. Et hæc cautio quæ propter l. Falcid. interponitur, fideiussorum habet præstationem.

LIBER XXXVI.

Et duodecimus huius:

Tit. I. Ad senatusconsultum Trebellianum,
& Pegasianum.

Explicito tractatu qui ad fideiussores singularum pertinet Ererum: & tit. de leg. j. vsque huc: Nunc transeamus ad fideicommissa vniuersalia, & ad interpretationem senatusconsulti Trebelliani. Factum est enim senatusconsultum temporibus Neronis, viij. Kalend. Septembris. Anneo Seneca & Tre-

Uelilio Maximo Consulibus: in quo disponitur quòd ipse hæres institutus grauari possit per fideicommissum, vt restituat totam hæreditatem, vel partem eius: sed de his deponere potest quartam, quæ Trebellianica appellatur. Et pro rata illius quartæ potest agere & conueniri contra debitores, & à creditoribus hæreditarijs. Et differt in hoc ista quarta à quarta Falcidia: quia Falcidia refecat superflua legata particularia vsque ad dodrantem: sed Trebellianum refecat fideicommissa vniuersalia. Et hodie cessat Senatusconsultum Pegasianum, & in locum eius positum est Trebellianum: cuius vigore hæres rogatus restituere hæreditatem, potest retinere quartam, vel etiam solutam. repetere: & pro ea potest agere & conueniri. Et dicuntur Fideicommissa idèd, quia olim nemo inuitus cogebat præstare id de quo rogatus erat. Quibus enim non poterant hæreditatem, vel legata relinquere si relinquebant, committebant testatores fidei eorum, qui capere ex testamento poterant vt alijs restituerent: & idèd fideicommissa appellata sunt, quia nullo vinculo iuris, sed tantum pudore eorum qui rogabantur, continebantur. Hodie autem in iuris necessitatem deductum est, vt hæres taliter rogatus, instante fideicommissario, etiam si nolit inuitus compellitur ad adèundam hæreditatem, & restituendam eandem ei, pro quo rogatus est: retenta tamen sibi quarta Trebellia. Vnde solet dici, Tunc trebellabis, cum reddere cuncta grauaris. glo. in d. c. Raynutius, de testamen.

II. Quando dies legatorum, vel fideicommissorum cedit.

Cedere. Verbum Cedere duas habet significaciones: aliquando enim expouitur, id est, incipere deberi j. de verb. sig. l. cedere. Aliquando cedere dicitur quantum ad transmissionem: vt C. de cad. toll. per totum. Pro huius pleniori noticia sciendum, quædam pure, id est, sine diei vel conditionis appositione relinqui, quædam sub conditione. Et si quidem purum fuerit legatum, cedit eius dies à morte testatoris, scilicet quantum ad transmissionem, non quantum ad hoc, vt debeatur, aut peti possint. C. de cad. tol. §. cum igitur. Et in seruitutibus personarum, vt sunt ususfructus, usus, habitatio, non cedit dies ante aditam hæreditatem: nec si pure sint relicta: nec quo ad petitionem: nec quo ad transmissionem, si decedat legatarius. Idem in alijs seruitutibus, & in quibusdam alijs casibus. notar. C. de cad. tolle. §. no.

§. nouissimo. & infra eod. l. si habitatio. Hæreditate verò adita cedit dies quo ad petitionem, non quod ad transmissionem cum non transeant ad hæredes. d. §. in nouissimo. & Inst. de usufr. §. finitur. nisi sint relicta Titio & hæredi. C. de usufr. l. cum antiquitas. Cætera verò legata cedunt à morte testatoris quo ad transmissionem, licet non possint peti nisi ea adita. Item si sunt relicta ex die certo, vel incerto, vel sub conditione, non cedit ante diem. l. ij. infra eod. & supra quando dies usufr. le. ce. l. j. §. final. Sed cætera legata ex die certo cedunt: vt C. de cad. tol. §. cum igitur. & sic constat quod supra diximus duobus modis diem cedere: vt etiam not. dict. l. vna. C. de caduc. toll.

III. Vt legatorum, seu fideicommissorum seruandorum causa caueatur.

Hæc rubrica in Codice cumulat cum illa, vt in possessio. Satisfadere nomine legatorum, &c. quæ est infra prox. Oportet igitur satisfadere nomine legatorum: vt quibus testator dari legata, fieri ve ne legatarius sit. Et pro hoc cogitur hæres semper satisfadere cuiuscunque sit dignitatis, vel quarumcumque facultatum. Fallit hoc in casibus: primò in fisco: secundo in legato repetito: tertio, si testator vetuit: quarto, quando offertur cognitio, & dicit hæres, Hodie constat, hodie agamus: quinto, quando calumniosè petitur: quia constat fideicommissum non deberi, vel constat repudiatum fideicommissum, vel hæreditatem non aditam. Item liberi testatoris non satisfadent, nisi testator præceperit. l. iubeamus. §. j. C. ad Trebel. Et non solum legatariis satisfadere oportet, sed etiam successoribus eorum & procuratoribus: & non solum hæres cauent, sed etiam successores eorundem, infra eod. l. j. §. non solum. Est autem satisfadatio præstanda de mum adita hæreditate, vel agnita bonorum possessione.

III. Vt in possessionem legatorum, vel fideicommissorum seruandorum causa esse liceat.

Suprà tit. prox. proposita est quædam satisfadatio, vel cautio fideiussoria, quam præstare debet hæres legatariis, vel fideiussoribus, de soluendis legatis, vel fideicommissis: quod si hæres eadem cautionem præstare recusauerit, & nõ, vt iure cautum est, satisfadiderit, mittitur legatarius vel fideicommissarius in possessionem bonorum causa legatorum, vel fideicommissorum: de qua missione tractat hic tit. Nõ tamen ex tali missione do-

minus esse incipit, nec tam possessio rerum ei, quam custodia datur. Mittitur ergo solum causa custodiendi, neque ius habet expellendi hæredem, sed simul cum eo possidere iubetur, ut saltem ratio perpetuæ custodiæ extorqueat ab hærede cautionem. Est tamen alia possessio hæredis, alia legatarij: hæres enim verè possidet & usufrucipit: sed legatarius est in possessione iuris pignoris. inf. pro hærede. leg. ij. in prin.

LIBER XXXVII.

Et tredecimus huius.

Tit. I.

De bonorum possessionibus.

Bonorum possessio est ius persequendi retinendique patri-
monij siue rei, quæ cuiusque, cum is moritur, fuit. Et dicuntur bona vniuersitatis cuiusque successio, qua succeditur ius mortui suscipiturque eius rei commodum, & incommodum. Nam siue soluendo sint bona, siue non sint, siue damnum habeant, siue lucrum, siue in corporibus sint, siue in actionibus, in hoc loco propriè bona appellantur. Et in omnibus habentur bonorum possessores vice hæredum, non autem sunt veri hæredes: unde non habent petitionem hæreditatis directam, sed bonorum possessionem. Et inductæ fuerunt bonorum possessiones à prætorè emendandi, supplendi, & adiuuandi iuris ciuilibus gratia. Et competunt tam ex testamento, quam ab intestato. Prætor enim cum videret multos à iure ciuili exclusos secutus naturalem æquitatem, eisdem successione pollicitus est: non tamen fecit eos hæredes, quia id non potuit: cum hæreditas iuris ciuilibus sit vocabulum: sed perinde concessit eis bonorum possess. ac si hæredes à iure ciuili fuissent: & constituuntur loco hæredum: vocanturque Bonorum possessores. Et sunt bonorum possessiones ex testamento duæ. Vna contra tabulas, alia secundum tabulas. Ab intestato verò erant olim octo: hodie verò tantum sex sunt bonorum possessiones ordinariæ: & septima extraordinaria, quæ locum habet ut ex legibus nouis bonorum possessio detur: de quibus plenè Insit. cod. §. quos autem Prætor, vsque ad §. cum igitur.

II.

Si tabula testamenti extabunt.

Hic tit. differt. ab illo §. si si tab. test. nullæ extiterint: quia hic dicit, extabunt: ibi, nullæ extiterint. Et est hic tit. communis bonor. posse. secundum & contra tab. Superior verò generalis

om

omnium bonorum possessionem. Et sunt communia vtriusque secundum tabulas & contra tab. Primò in eo, quia vtraque competit capacibus: non capacibus non. §. de contra tabu. l. iij. §. liberi. Secundò, quia vtraque competit ex eisdem tabulis, id est, eius qui potuit testari. §. de secund. tab. l. j. §. exigit. Tertiò, quia ex quacunque materia scripta sit vtraque competit. §. de secund. tab. l. j. in prin. Quarto, quia vtraque competit, tam ex testamento scripto, quam non scripto. Sed tunc dicitur secundum nuncupationem, vel contra nuncupationem: ut C. de secund. tab. l. j. Quintò, quia competunt & dantur quando tabulæ sunt tempore mortis, licet postea intereant. §. de secund. tabul. leg. j. §. sufficit. In multis autem differunt: ut infra de contra tab. l. illud. §. ad testamenta. Et in multis aliis conueniunt & differunt: ut patebit infra in specialibus tit. de secundum, & contra tab.

III. *De bonorum possessione infanti, furioso, muto, surdo, cæco competente.*

Quinque personas exprimit hic tit. admittendas ad bonorum possessiones, de primis duabus tractat lex prima: præfertim supra tit. l. non est ambigendum, ubi specialiter de furioso: de infante autem specialiter tractat le. seruus. supra tit. l. j. Alij verò tres: mutus, surdus, cæcus, procedunt iure communi in petenda bonorum possessione, & in die cedenda, infra cod. l. ij.

III.

De bonorum possessione contra tabulas.

Liberis præteritis, id est, non institutis, ut oportet, prætor bonorum possessionem contra tabul. testamenti paterni concedit: possunt enim petere bonorum possessionem in rebus paternis, non obstante, quòd pater in testamento suo nullam de eis fecerit mentionem. Et debemus accipere hoc loco liberos, non solum naturales & legitimos, sed etiam adoptiuos, si neque instituti neque ex hæredati sunt, ritè possunt contratabulare. Et vocantur ad bonorum possessionem contra tabulas eo iure & ordine, quo vocantur ad successionem iure ciuili. Et pertinet hæc clausula etiam ad posthumos præteritos. Si autem liberi sint ex hæredati: & fortè minus legitimi, non habent hanc bonorum possessionem contra tabulas, sed in ipsorum arbitrio est instituere inofficiosi querelam, si velint.

Præteriti.

Liberi.

v. *De legatis præstandis contra tabulas bonorum possessione petita.*

Hic titulus æquitatem quandam habet naturalem, & aliquid nouum: vt hi qui iudicium patris, id est, vltimam voluntatem rescindunt per bonorum possessionem contra tabulas petitam, iuxta eius voluntatem saltem legata & fideicommissa quibusdam personis præstarent: hoc est, liberis, & parentibus ipsius testatoris, & vxoribus nurbusque dotis nomine legatum. Generaliter autem parentes & liberos prætor excipit, nec gradus liberorum parentumve enumerauit: ergo in infinitum eis præstabitur. Quisquis igitur ex liberis parentibusve fuerit, ad legati petitionem admittetur: non obstante irritatione testamenti per bonorum possessionem contra tabulas factam.

vi. *De collatione bonorum.*

Collatio bonorum, dicitur communicatio quasi in communione. Nam quod erat proprium, confertur, & communioni subiicitur. Et habet hic tit. manifestam æquitatem: cum enim Prætor ad bonorum possessionem contra tabulas emancipatos admittat participesque efficiat cum his, qui sunt in potestate bonorum paternorum: consequens esse credidit, vt sua quoque bona in mediū conferantur, qui appetunt paterna. Inter eos ergo dabitur Collatio, quibus bonorum possessio data est. Et fit Collatio cum tali distinctione: Nam aut sunt hæredes ascendentes, & tunc siue ipsi succedant liberis eorum emancipatis, vel in potestate constitutis, non tenentur inter se inuicem aliqua bona conferre. Et idem per omnia in collateralibus & extraneis hæredibus, qui similiter non astringuntur sibi inuicem conferre, siue tales personæ succedant ex testamento, siue ab intestato, quia hoc non reperitur aliquo iure cautum. Sic ergo titulus ille non habet locum in supra scriptis personis, sed in solis hæredibus descendentes qui liberi appellantur, inter quos ita distinguitur: aut soli emancipati succedunt patri vel auo: & tunc sola profectitia renentur conferre sibi inuicem: vt probatur in l. vt liberis C. de coll. Aut succedunt cum collateralibus vel extraneis, & idem quod supra. Aut succedunt cum aliis existentibus in potestate, & tunc emancipati conferunt suis in potestate constitutis sola profectitia, & econtrà sui emancipatis. Et sic est æqualitas inter eos in modo collationis, de hoc in Aut. ex testamento. C. de coll. nisi testator aliud disposuerit, vt ibi.

D.

vii.

De collatione dotis.

Licet pater faciens filio donationem tanquam bene merito, hoc expresso, vt communiter fit in instrumentis donationum, non tenetur filius istam donationem conferre: cum talis donatio dicitur peculium aduentitium potius, quam profectitium: vt not. gl. Authen. vnde si parens. C. de inoffi. testam. Tamen vbi pater tradit liberis ex aliqua causa, propter quam cogitur filio donare, puta ex causa dotis, vel donationis propter nuptias: vt in l. si. C. de dot. promiss. & in l. qui liberos §. de ritu nupt. & tunc talis donatio debet conferri: vt infra toto tit. & l. filia. & l. illam. C. de donat. Et est ratio, quia cum pater det ex iuris necessitate, videtur velle quod conferatur: & etiam, quia hæc donatio quæritur filio in vita patris, id eoque conferenda est, vt probatur l. Pomponius Philadelphus. ff. fam. erci. Et sic sorores maritatae & dotatae quæ volunt venire ad successionem hæreditatis paternæ simul cum fratribus, tenentur dotem suas conferre: & eodem modo frater alteri fratri donationem propter nuptias, quam pater ei contulit quando ipse vxorem duxit.

viii.

De ventre in possessionem mittendo.

Sicuti liberorum eorum qui iam in rebus humanis sunt, curam prætor habuit dando eis Carbonianam, & contra tabulas cæteras possessiones. Ita etiam eos qui nondum nati sunt, propter spem nascendi, non neglexit. Nam & hac parte edicti eos intuitus est, dum ventrem mittit in possessionem, vice & loco bonorum possessionis contra tabulas. Oportet ergo omnimodo mulierem esse prægnantem, ad hoc vt detur ei hæc bonorum possessio. Nec sufficit se dicere prægnantem vt sibi competat hoc edictum. Quare nec tenet datio bonorum possessionis, nisi verè prægnans fuerit, & mortis tempore, & eo tempore, quo se mitti in possessionem petit.

ix. *De coniugendi cum emancipato liberis eius.*

Per l. antiquam xii. tab. solum sui succedunt: vt Inst. de hæred. ab intest. §. j. Et sunt sui, etiam nepotes in potestate retenti si pater eorum est emancipatus: vt insti. de hæred. qua. & dist. §. sui. Per prætorem autem etiam emancipatus ac si in potestate permansisset: vt §. de bon. possess. contra tab. l. j. §. vocantur. Hanc discordiam sedat hic prætor, vt partem quam erat habiturus emancipatus, si in potestate steterit, diuidat eū suis filiis: vt ipse dimidium, illi aliud dimidium habeant: & eis solum conferat, non aliis fratribus. Id eod dicitur ille titulus. contingere emancipat

Collatio
quomodo
fit.

Prægnā-
ti datur
ventris
nom. poss.

emancipatos cum eorum liberis. Sed ad hoc quod fiat hæc coniunctio, multa sunt necessaria. Primò, vt pater sit emancipatus aliàs ipse solus succederet iure communi: vt *J. cod. l. j. in prin. Secundo*, quod liberi eius sint in familia, id est, in potestate aui in iunctio tempore quo is moritur. Tertio, quòd hi nepotes sint naturales & legitimi, non legitimi tantum, id est, adoptiui. vt *J. eo. l. si quis*. Quarto quòd hæreditas pertineat ad eos, scilicet nepotes, & filium, scilicet quòd si filius præteritus sit, & illi instituti: vel econtra: vel omnes præteriti & alius institutus, vel prorsus intestatus decessit. Quintò, quòd suo nomine pertineat, aliàs secus. *J. cod. l. si nepos*. Sextò, quòd hæreditas sit paterni generis, vt aui paterni, vel quod præteritio pro exhæredatione habetur. *S. de contra tab. l. illud. §. testamenta*. Septimò, quòd non sint exhæredati filius & nepos: quia tunc in contra tabu. non iungentur: quia omnino eis denegatur suo & alieno iure. Octauò, quòd emancipatus non sit in adoptionem datus: nam tunc fit ei coniunctio, quia nec habet contra tab. nisi sit constitutus. & alius committat edictum: vt *S. de contra. tab. l. non putauit. §. in adoptione*. Sed hoc edictum hodie locum non habet, quia sublata est differentia patriæ potestatis: vt in Auth. de hæred. ab intest. *§. j. coll. 1x*. Vnde solus filius hodie succedit, siue suus, vel emancipatus, & non nepos.

x. De Carboniano edicto.

Hoc edictum inuentum est à Carbone prætore, & ab eo denominatum: sicut Publiciana à Publicio. Instituitur de act. *§. aliaz*. Et habet locum hoc edictum quòd alicui filio non instituto, vel exhæredato, sed præterito controuersia sit à possidente bona paternæ: an inter liberos sit connumerandus. Et ita de statu eius: id est, filiatione simul & de bonis agitur: si tunc talis est impubes causa cognita, perinde possessio corporalis rerum hæreditariarum sibi datur, ac si nulla de ea re controuersia esset, & iudicium in tempus pubertatis causa cognita differtur. Et habet hoc edictum locum tam in masculis, quàm foeminis ex virili sexu descendentibus: omnes enim commodum Carboniani habent: & generaliter his cõperit Carbonianum, quibus & contra tab. bo. pos. His verò qui repelluntur à contra tab. bono. vni possessio non competit. Et vertitur causæ cognitio in eo, vt si manifesta calumnia appareret eorum, qui infantibus bonorum possessionem peterent, non daretur bonorum possessio summatim. Ergò cum petitur ex Carboniano edicto bonorum

bonorum possessio, debet prætor cognoscere: & si quidem absolutam causam inuenerit, id est, sine dubitatione, euidenterque probetur filium non esse: quod duobus modis probari potest: vt ex text. in *l. filium S. de his qui sunt sui vel alie. iur. negare* debet ei bonorum possessione Carbonianam. Si verò ambigua causam, hoc est, vel modicum pro puero faciente vt non videatur euidenter non esse, dabit ei Carbonianam bonorum possessionem. Duæ ergo causæ sunt, de quibus prætor cognoscat. Vna dandæ Carbonianæ possessionis quæ habet commodum illud, vt perinde ac si nullam controuersiam pateretur, impubes possessione bonorum accipiet. Alia est causæ cognitio, vtrum debeat differri in tempus pubertatis cognitio, an presentari possessio.

xi. De bonorum possessionibus contra tabulas.

Iurisconsultus secutus ordinem bonorum possess. primò *S. tractauit* contra tab. quia ista prius defertur, quàm secundum tab. vt *S. tit. prox. l. idèoque*. Et nunc demum de secundum tab. quia ista posterior est. Sed imperator C. eod. tit. aliam habuit considerationem præmittendo secundum tab. tanquàm digniorem, quia magis nititur ex voluntate defuncti. Et debemus accipere Tabulas testamenti omnem figuram materiæ. Siue igitur tabulæ sint lignæ, siue cuiuscunque alterius materiæ, siue chartæ, siue membranæ, siue corium alicuius animalis, tabulæ rectè dicuntur. Non tamè curamus hic omnes tabulas, sed suppremas, id est, eas quæ nouissimè factæ sunt. Sufficit autem extare tabulas, etiam si non proferantur, si certum sit eas extare. Si autè apud futè sunt, vel apud eum apud què depositæ sunt, dubitatio oportet admitti posse bonorum possessionem. Nec enim opus est aperiri eas, vt bonorum possessio secundum tab. cognoscat. Et est secutus prætor ordinem æquissimum: voluit enim primò ad liberos bonorum possessionem contra tab. pertinere. Quod si hoc occupatum non fuerit iudicium defuncti sequendum est. Expediendi igitur liberi erunt quòd uero bonorum possessionem petere possunt. Quod si tempus fuerit finitum vel ante decesserit, vel repudiauerit, vel ius petendi bonorum possessionem amiserit, tunc reuertitur bonorum possess. ad scriptos hæredes: & pro qua quisque parte hæres scriptus est, pro ea accipiat bonorum possess. sic tamen, vt si non sit qui ei concurrat, habeat solus bonorum possessionem.

xii. Si à parente quis manumissus fuerit.

Manumissus hoc titulo improprie pro emancipato ponitur. *Manumissus. Seruus*

Tabula testamenti.

*Emanci-
patus.*

Seruus enim dicitur manumitti: filius autem emancipari: vt C. quando act. de pec. est ann. l. j. Quia autem supra de bonor. possel. contra tabul. quæ datur liberis contra testamentum parentum actum est, vt ibi dictum est: nunc e contra de ea possessione, quæ parentibus contra testamentum liberorum datur. licet hæc non sit ita fauorabilis, sicut alia, quæ recto ordine naturæ liberis debetur, non autem e contra: vt infra vnde lib. l. scripto. in fin. Et cautè dicitur in hoc titulo contra testamentum emancipati. Nam ille qui est in potestate, non poterat olim habere hæredem, etiam parentem, nisi haberet castrense peculium: & faceret testamentum & adiretur hæreditas: & tunc cessat contra tabul. & querela: vt C. de inoffic. testa. l. fin. Similiter etiam in quasi castrensi non potuit. per l. nam & si parentibus §. de inoffic. testa. & d. l. fin. Hodie autem in quasi castrensi videtur quod habeat locum querela, & contra tab. vt C. de episc. & cler. Authen. presbyteros. si autem non adiretur hæreditas, pater omnia occupat iure peculij: vt infra de cast. pec. l. ij. Sicut ergo pater præterendo filium suum in testamento: patitur contra tabul. bonorum possel. filio adiudicari etiam emancipato: ita & filius etiam emancipatus patrem præterens, eundem exitum contra tabul. testamenti sui patietur: nisi filius in eum quantum satis est, contulit: ne iudicia eius inquereret: vel nisi filius militare cepit, militia vel armata, vel inermi. §. eod. l. j. §. si parens.

XIII.

*De bonorum possessionibus ex
testamento militis.*

Quia quædam specialia seruantur in bonorum possel. secundum tabul. ex testamento militis, quæ in testamento pagani locum non habent: idè de hac dicitur. Non est autem dubium quod voluntates eorum ratæ esse debeant, qui in hostili loco, id est, expeditione, vel prociectu suprema iudicia quoquomodo ordinassent, ibidemque diem suum obiissent. Omnes ergo qui eius sunt conditionis, vt iure militari testari non possint, quia fortè milites non sunt: si tamen in hostili loco deprehendantur, & illic decedant, quoquomodo velint, & quoquomodo possint testantur: siue præses sit provincie, siue legatus, siue quis alius, qui iure militari testari non potest. Item nauarchos, id est, princeps nauis: & trierarchos classium, id est, qui præfunt nauibus triremibus, iure militari posse testari nulla dubitatio est.

*Nauarchi.
Trierarchi.*

De

XIIII.

De iure patronatus.

Supra titulo secundo visum est, quomodo patri & patrono, quod vnum est contra tabulas testamenti bonorum possessio detur. Nunc de omni iure patronatus tractat, quod in multis consistit. Primum enim succedunt patroni & eorum liberi liberis ab intestato decedentibus, si liberos nullos reliquerint. Ex testamento autem si libertus habeat in bonis minus quam centum aureos excluditur patronus penitus: si habeat plus quam centum, & instituat extraneum hæredem, non potest patronus excludi, quin habeat ad minus tertiam de bonis liberti: vt Instit. de succ. libert. post princ. Secundum ius est, vt patronus non vocetur in ius à liberto sine venia: vt C. de in ius voca. l. ij. Tertius vt libertus alat eum inopem: vt §. de lib. ag. l. si quis à liberis. §. solent. Quartum, vt turpem actionem, vel exceptionem contra eum non proponat: vt infra de excus. do. l. apud Celsum. §. aduersum. Quintum, vt possit eum ingratum in seruitutem reuocare, vt in Authent. vt liber. de cate. §. j. Sextum, vbi patronum inuenerit, faciat ei reuerentiam. supra de in ius voc. l. generaliter. Vnde dicitur: Patrono debetur honor,onus, vtilitasque. Præsenti præsit, defendat, alatur egenus. Gloss. in cap. nobis. de iure patro. Et hæc iura multis modis tolluntur: quos ponit gloss. Instit. de succ. lib. §. cum verò maiores.

*Patrono-
rum suc.
& ius.*

xv.

*De obsequiis liberis, & libertis parentibus,
& patronis præstandis.*

Honori parentum ac patronorum tantum tribuitur, vt quamuis per procuratorem iudicium accipiant, tamen nec actio de dolo, neque iniuriarum in eo datur. Interdictum quoque vnde vi, non est aduersus eos reddendum. Et tanta pietatis ratio etiam militibus in parentes constare debet: quod si filius etiam miles, in patrem aliqua commiserit, pro modo delicti puniendus est. Et si filius patrem aut matrem (quos venerari oportet) contumeliis afficit, vel impias manus eis infert, pro modo delicti, talis transgressa pietas punienda est. Et indignus est militiæ iudicandus, qui patrem & matrem de aliquo maleficio accusauerit: quia filio & liberto semper honesta, & sancta persona patris, ac patroni, videri debet. Et etiam magistri: vnde dicit gloss. in l. liberto. infra eod. Item nec iusiurandum calumnix à patrono exigere potest. §. de iureiurand. l. si patronus. & l. iusiurand.

Magistri.

LIBER

Et ultimus huius.

Tit. I. De operis libertorum.

Operæ sunt diurnum officium, id est, officium quod quis exhibet alicui per diem, scilicet artificialem, non naturalem: vt supra de alim. leg. l. ij. & j. de verb. sign. l. ij. §. j. Aliquando tamen Opera ponitur pro brevioris temporis officio, vt in salutando, vel affusgendo, & similia. vt §. de cõd. indeb. l. si non sortem. §. libertus. Et constitit opera in actu, §. de oper. ser. leg. j. Et differt hic tit. ab illo, quia ibi de operis serui, hic de liberti operis dicit. Et pollicetur prætor in hoc edicto se daturum iudicium in libertos & libertas super operis præstandis, ad hoc vt emeret atque honoraret libertinas personas. Qui ergo operas præstare debet diurnas, non eo die præstare tenetur, quo promisit. Nec illi, qui sex horis antemeridianis paratus est ferre hodie: & alia die per alias sex horas liberatio eius diei contingit: quia opera non diuiditur. Et alia sunt operæ diei hodiernæ, alia crastinæ.

II. De bonis libertorum.

Hoc edictum à prætorè propositum est honoris, quem liberti patronis exhibere debent, moderandi gratia. Nam vt Seruius scribit, ante soliti fuerunt patroni à libertis durissimas res exigere, scilicet ad remunerandū tam grande & inestimabile beneficium, quod in libertos confertur, cum ex seruitute in ciuitatem Romanam perducuntur. Et quidem primus prætor Rutilius edixit, se amplius non daturum patrono, quàm operarum & societatis actionem: videlicet, si hoc pepigit, vt nisi obsequium ei præstaret libertus in societatem admitteretur patronus. vt quia dixit dominus, ob hoc te solum manumitto, vt mecum contrahas societatem: talis autem societas iure postea prohibita fuit: vt in l. Labeo §. tit. proxim. posteriores autem prætores pollicebantur patronis certæ partis bono. possess. quod & postea per imperiales constitutiones redactum est in id ius, quod habetur Instit. de succ. lib. & dictum est §. de iur. patr. circa prin.

III. De libertis vniuersitatum.

Municipibus.

Municipibus, id est, vniuersitati plenū ius in bonis libertorum libertarumque deferretur: hoc est, illud ius, quod etiam patrono: possunt ergo omnino petere bono. possess. libertorum, & tempora bono. possessionis petendæ cedunt municipibus exinde, id est, ab eo tempore, ex quo decernere de petenda poruerūt, id est,

id est, eligere syndicum vel actorem.

III. De assignandis libertis.

Temporibus Claudij Imperatoris, Velleio Rufo, & Scapula consulibus factum est senatusconsultum de assignatione libertorum: quo cauetur, quod patronus habens plures liberos in potestate, potest vni ex eis libertum assignare, siue ex testamento, siue ab intestato: quæ assignatio euanescit, si talis filius postea emancipatus fuerit, & ille cui assignatio est facta solus succedit liberto, exclusis aliis, etiam in eodem gradu constitutis. Est ergo assignatio quædam prælegatio: & præ aliis liberis donatio: & potest fieri quacunque voluntate, & quibuscunque verbis, etiam nutu. §. eo. l. j. §. assignare. & pure, & sub conditione. §. cod. l. assignare.

V. Si quid in fraudem patroni factum sit.

Libertus tenetur patrono suo relinquere partem debitam, iuxta distinctionem §. de iur. patr. traditam. Si ergo libertus dolo malo, siue testamento facto, siue ab intestato decedens, aliquid fecerit, quo minus debita pars bonorum ad patronum, vel eius liberos perueniat: habet patronus actionem quæ appellatur Faiana. Et est in factum actio personalis, & perpetua, quæ datur soli patrono ad reuocandū ea, quæ libertus in fraudem eius alienauit inter viuos, vel vltima voluntate, quo minus patronus habeat tertiam: vt §. eod. l. j. & Inst. de suc. lib. §. sed curam. de hac actione Inst. de act. §. Item si quis in fraudem.

VI. Si tabula testamenti nulla extabunt, &c.

Postea quàm prætor locutus est de bonorum poss. eius qui testatus est, transitum fecit ad intestatos: eum ordinem secutus quem & lex xxi. tab. secuta est. Fuit enim ordinarium ante de iudiciis & voluntatibus testatum, & deinde de successione ab intestato loqui. Sed successione ab intestato in plures partes diuisit: fecit enim gradus varios, id est, capita: primum libertorum, secundum legitimorum, tertium cognatorum, quartum viri & vxoris. Tunc ab intestato potest competere bono. poss. si neque secundum tab. neque contra tab. bono. poss. agnita sit: vel si repudiata est à bono. poss. ex testamento: tunc enim ab intestato bono. poss. eam incipit. Rectè autem prætor à liberis initium fecit in successione ab intestato: vt sicut contra tab. ipsi deferret: ita ab intestato ipsos vocet.

VII. Vnde liberi.

Qui dā libri habet hic propriū titulū, vnde liberi: alij autem non habent hic titulū, sed ponunt istam legem sub tit. prox. §. si tab.

tab. testa. &c. Tractat hic titulus de primo ordine succedendi ab intestato, qui datur liberis descendentibus, siue suis, siue emancipatis; quibus ordine naturæ parentum hæreditas debetur: non autem e contra parentibus liberorum hæreditas. Parentes enim quicquid acquirunt, præsumuntur naturali ratione & communi voto liberis thesaurizare. E contra autem liberorum bona ad parentes non recto ordine naturæ, sed turbato, & ex sola miseratione, id est, pietate, in solatium filij amissij conceduntur: vt §. de iur. dot. l. in successione. & de inof. testa. l. nam & si parentibus. vbj gloss. dicit, Bul. dixisse, quando mortuus fuit filius suus: Ordine turbato succedis Bulgare nato. Et potest hic subiici regula, vt quicumque habent contra tabi: habeat hanc bon. poss. vt s. tit. prox. l. j. §. recte. Liberi ergo in bonis matris vel maternæ linæ non habent hanc bon. poss. ita intelligitur, quod dicitur. C. de suis & leg. hæred. l. vlti.

VII. *Vnde legitimi. & vnde agnati.*

Agnatus. Coniunctio Et, hoc tit. ponitur expositiuè: nam idem est legitimus & agnatus: omnes enim agnati legitimi dicuntur: quia lege XII. tab. ad successionem vocantur. Et deferuntur hæc bon. per Vnde legitimi, non tantum masculis, sed etiam feminis: nec tantum ingenuis, verum etiam libertis. Est ergo communis pluribus: nam & feminæ possunt vel consanguineos, vel agnatos habere. Deficientibus igitur liberis, id est, suis hæredi. deuoluitur hæreditas secundo ordine per hoc bon. pos. ad agnatos proximos ex lege XII. tab. & sunt illi, qui ex linea masculina descendunt, vel etiam ex adoptione, dummodo sint in priori gradu: quidam tamen coniuncti per femininum sexum admittuntur sicut legitimi: vt filij sororis germanæ, vel veterinæ, & fratres emancipati: Item veterini, & filij eorum. C. de leg. hære. l. pen. & vlt. Item qui ad hæreditatem vocantur vel bon. poss. l. vel senatus. Tertio vel Ordine. habent hanc bon. poss. j. l. ij. §. vlt. & l. iij.

VIII. *Vnde cognati.*

Cognati. Hæc bon. pos. datur coniunctis per femininum sexum legitimè, vel non legitimè. Et quia ex iure ciuili originem non habet, ideo posteriori & tertio ordine ponitur: & eos inuitat, qui iure ciuili ad successionem admitti non possunt, id est, cognatos. Cognati autem appellati sunt, quasi ex vno nati, vel ab eodè orti, id est, progeniti: & qui quasi commune nascendi initium habuerunt. Et complectitur hæc bon. pos. sextum gradum cognatorum: & ex septimo duas personas, scilicet filium & filiam sobrinam & sobrinam. Si itaque liberi, id est, primi ordinis hæredes, & post illos

illos agnati, id est, secundi ordinis minimè superiunt, qui venire possunt ad successionem ab intestato: vocantur per vnde cognati, id est, beneficio huius tituli, attrinentes ex linea proximiori feminina & agnati capite diminuti, &c. Hodie autem agnati ante cognatos nullam habent prærogatiuam. Nec est aliqua differentia agnationis & cognationis, dummodo aliàs nullo defectu ætatis vel morbi impediantur: vt in Auth. de hæred. ab intest. §. ex his. col. ix.

IX. *De successorio edicto.*

Successorium edictum ideo propositum est, ne bona hæreditaria vacua sine domino diutius iacerent, & creditoribus longior mora fieret. Bene igitur prætor præstituit tempus his, quibus bonorum possessionem detulit, & dare inter eos successorium edictum. Cum enim plures sunt species successionum, & ordines, & in vnaquaque specie sæpe plures existunt dispari gradu personarum. Ne igitur actiones creditorum differantur, sed haberent quos conuenirent, & ne facile in possessionem defuncti mittantur, eo modo sibi consulerent: ideo petendæ bono. poss. certum tempus præfinit. Liberi itaque & parentibus tam naturalibus quam adoptiuis, ob sanguinis prærogatiuam in bon. poss. petenda anni spatium, cæteris autem agnatis vel cognatis centum dierum dedit. Et si intra hoc tempus aliquis bon. poss. non petierit: eiusdem gradus personis accrescit partes autem non petentium accrescent parentibus. C. quado non pet. par. pe. ac. l. ij. Sed si nullus eius ordinis sit, deinceps cæteris bon. poss. perinde ex successorio edicto pollicetur, ac si qui præcedebat ex eo non esset numero. Et dies præfixi ad bon. poss. debent esse vtilis, & absque solemnitate aliqua bon. poss. coram iudice agnoscitur. Et olim erat successorium edictum solum de ordine in ordinem: hodie autem etiam de persona in personam: de gradu in gradum, & de capite in caput, vt not. C. cod. super rub. & Instit. de bon. poss. §. cum igitur.

X. *De gradibus affinitatis.*

Iurisconsultus cognatorum gradus, & affinium nosse debet: quia legibus hæreditates & tutelæ ad quemque proximum redire consueuerunt: Et ex lege publicorum iudiciorum contra affines, & agnatos nemo inuitus testimonium dicere cogitur. Nomen cognationis à Græca voce dictum videtur *κώπος*, sic enim illi vocant quos nos cognatos appellamus. Sunt autem Agnati omnes Cognati: sed non conuertitur. Inter agnatos enim & cognatos hoc interest, quod inter genus, & speciem. Nam qui

Partes. agnatus, & cognatus est; nō autē qui cognatus est, agnatus etiā est. Alterū enim ciuile, alterum naturale nomē est. Gradus autem cognationis alij superioris ordinis sunt, alij inferioris, alij ex tranſuerſo, ſiue à latere. Superioris ordinis ſunt Parentes, qui vſque ad tritaū apud Romanos proprio vocabulo appellantur. Vltiores quia non habent ſpeciale nomen, Maiores nominantur. Inferioris ordinis ſunt Liberi, qui vſque ad trinepotem propria habent vocabula: vltra hos Poſteriores vocantur. Ex tranſuerſo autem ſiue à latere Fratres, & ſorores, & ex his progeniti, item Patruj, Amita, Anunculi, & Materteræ, & eorum liberi: quæ computatio qualiter fieri debeat, traditur Inſtit. de grad. cog. & in arbore cognationum. De affinitate autem, & eius computatione graduum habes Inſt. de nup. §. affinitatis. & peculiarem de ea arborem affinitatis, quam proſequere vt in c. non decet. de conſanguin. & affinit.

X I. *Vnde vir & vxor.*

Vir & vxor. Deficientibus cognatis, & his qui inter cognatos vocantur, quarto ordine vir & vxor ſibi ſuccedunt, & excludunt ſiſcum. Ad hoc ergo requiritur, quōd inter eos iuſtum matrimonium fuerit contractum: quia ſi iniuſtum fuerit matrimonium non datur eis bono. poſſ. ſicut nec ex teſtamento vel ab inteſtato per eos hæreditas peti poteſt. Vt autem hæc bono. poſſ. locum habeat, oportet eſſe vxorem mortis tempore: ſi enim diuortium ſecutum ſit, hæc ſucceſſio locum non habet. Similiter repellitur mulier, ſi nubat intra annum luſtus. C. de ſecund. nup. l. j. in fin. Item præferuntur vxori omnes conſanguinei viri. C. eo. leg. j. Item quidam alij, qui ſunt C. de hæ. decu. per totum. Item qui ex liberalitate imperiali veniunt: vt C. ſi impe. liber. ſo. ſine hæ. decof. lib. x. Alii enim ipſi inuicem ſibi ſuccedunt excluſo ſiſco: vt C. eo. l. j. & hoc iure veteri: iure autem Auth. eſt aliquid. plus vt C. eod. authent. præterita.

X II. *De veteranorum, & militum ſucceſſione.*

Militum ſucceſſio. Bona militis inteſtati defuncti caſtrenſia ſiſco non vendicantur, ſi hæres legitimus vſque ad quintum gradum intra tempus ſtatutum poſſeſſionem acceperit. Miles damnatus de aliquo crimine militari, qualia multa ſunt j. de re mil. per totum: nihilominus teſtamentum facere poteſt in bonis caſtrenſibus, & iure militari: ſi ſibi hoc conceſſum ſit à principe: eiusque bona ab inteſtato ad cognatos pertinent. Secus ſi ſunt paganica, quæ ſiſco applicantur. C. e. l. & militi. Si autem punitus ſit

Priuilegium. ſe ex communi crimine, puta furto, homicidio, &c. omni caſu ſiſco ſuccedit. Et eſt norandum, quōd priuilegium quod habet miles, vt teſtetur, quod aliàs non poterit, non durat poſt miſſionem: vt Inſti. eo. j. reſponſo. Sed ſecus in aliis priuilegiis. l. i. i. Veteranus autē dicitur non ſolum legionarius, ſed & omnis qui qualitercumque militauit, & honeſtè eſt à militia abſolutus. §. de excuſ. tut. l. ſed & milites. §. veteranus. & quæ priuilegia talis habeat, habetur C. de veter. per totum. not. C. quando prouoc. non eſt neceſ. l. veteranus in glo.

X III. *Quibus non competit bonorum poſſeſſio.*

A bonorum poſſeſſione repelluntur qui amiſerint libertatem, vel ciuitatem: petitur autem bonorum poſſeſſio, vt ſuprà dixi, intra tempora ſtatuta. Si autem repudiauerint, vel tempore ſint excluſi, ſtatim poſſunt admitti ſequentes. Nec in curſu temporis bonorum poſſeſſionis, licet alicui prætereſſe ignorantia non excuſat. ſi tamen potuit conſulere peritiores. C. eo. l. iuris. Item ſi pater dolo fecerit, ne teſtamentum mutaretur, in quo filius ſuus eſt inſtitutus etiam emancipatus: vel ſi ſeruo inſtituto dominus dolo fecit ne teſtamentum mutaretur, actiones competentes ex eodem teſtamento pro adipiſcenda bono. poſſ. eis denegantur, & continuatur materia huius tit. §. ſi quis alij teſt. prohib.

X IIII. *Ve ex legibus, ſenatusque conſultis bonorum poſſeſſio datur.*

Hæc eſt bonorum poſſeſſio ſeptima extraordinaria, quæ optima ratione inducta dicitur, vt Inſti. de bono. poſſeſ. §. ſeptima. & habet locū aliquando ex teſtamento, aliquando ab inteſtato: vt patet in defuncto apud hoſtes qui lege Cor. habet hæreditatē: vt §. de teſt. l. lex Cor. & C. de ca. l. nec nos. Item mater aliis in teſtamento inſtitutis filiis, poſtea in puerperio deceſſit, & filium quæ geſtabat in vtero præter j. præſumptum enim hic filius inſtitutus, & habet bono. poſſ. ſecundum tab. & hæc ſeptimam extraordinariam, C. de inof. teſt. l. ſi mater. Dicitur etiam extraordinaria, quia ius nō tribuit vt Carbonia. quæ datur veteri, & quæ datur gratia agnoſcendæ litis: vnde & datur ſine cauſa cognitione. Quōd in ordinariis, quia ius tribuunt, contrarium eſt, §. de bono. poſ. l. iij. §. ſi cauſa & infra tit. prox. l. iij. §. in bonorum. Item alia Edictalis, quæ ex edicto prætoris mortui decernitur: alia Decretalis, quæ à viuo prætore decernitur, vel hodie, quia non eſt neceſſariū eam decerni, vel dari, dicitur Iudicialis, à iudicis præſentia, quæ in eius agnitione eſt

git. §. de bon. pos. l. iij. §. à municipalibus. & Inst. de bon. pos. §. ult. & secundum Azo. posset illud dici, vnam esse bon. pos. Edictalem, & eandem appellari Decretalem & Iudicalem: ex eo quod accipit efficaciam ex præsentia Iudicis: nec est differētia inter Decretum & Decretalem. Vbiunque ergo danda est bon. pos. ex aliqua noua lege datur ista extraordinaria.

XV. *Quis ordo in bonorum possessione seruetur.*

Ordo Ad bona defuncti intestati vocantur primò sui hæredes: secundò legitimi, id est, agnati: tertio proximi cognati: deinde, vir & vxor: sicut supra si tab. tes. nullæ ext. l. j. & Inst. de hæred. ab intest. §. admonendi. Intestati igitur patris bonorum possessio datur liberis non tantum his, qui in potestate parentis vsque in mortis tempus fuerunt: sed etiam emancipatis j. cod. l. j. in fin. C. qui ad bon. pos. l. ij. & Inst. de hæred. ab intest. §. emancipati.

XVI. *De suis, & legitimis hæredibus.*

Intestati. Quæ sit successio de iure prætorio multis titulis hucusque iurisconsultus posuit. Sed quia pauca dicturus erat de successione iuris ciuilibis, idè istam postposuit: tractat autem hic titulus de hæredibus qui veniunt ab intestato. Intestati autem proprie appellantur, qui cum potuerunt testamentum facere, testati non sunt: vel fecerunt testamentum, sed non iure. Aut id quod fecerant ruptum est agnatione postera, vel arrogatione, aut irritum factum est, vt per c. dimin. testatoris. Aut si ex eo testamento nemo hæres exiit: aut per querelam, vel contra tab. testamento rescisso. His enim modis dicitur quis intestatus: vt est tex. in l. j. in prin. j. cod. & Inst. de hæred. ab intest. in princ. & glo. in l. intestatus. ff. de verb. sign. Qui autem dicitur Sui, habetur Inst. de hæred. qua. & diff. §. j. Et qui Legitimi, habetur instit. de legit. agnos. tur. §. j. & de leg. agn. success. post prin. Isti ergo legitime successioni ita locus est, si nemo ex testamento succedit. j. de regul. iur. l. quandiu.

XVII. *Ad senatusconsultum Tertullianum, &c.*

Tertullianum Senatusconsult. Ex lege XII. tab. mater à successione filij, & econtrà, excluderetur: beneficio tamen Prætoris postea sibi per Vnde cognati succedebant: postea autem Senatusconsulto Tertulliano, quod factum est temporibus diui Adriani, mater ingenua habens tres filios liberos, libertina autem quatuor, ad eorum intestatorum tristem successionem admittebatur, ad solatium liberorum amissorum. Iure autem nouissimo, mater etiam non habens nisi vnum filium, ad successionem eius indistinctè

distinctè admittitur, agnatis exclusis. Nec debet esse deterioris conditionis ea, quæ raro peperit, quàm ea quæ sæpe. Sic etiam econtrà, filius & nepos veniunt ad successionem matris & auiz ab intestato ex Senatusconsulto. Orficiano: quod Orficio & Ruso Consulibus factum est. Et habet locum etiam si filius vulgò sit quæsitus, id est qui non habet certum patrem. Nisi mater fuerit illustis, tunc enim tales cum legitimis ab intestato non veniunt. Secus in naturalibus explicita consuetudine procreatis: vt C. ad Orf. l. pen. Vnde dicitur: Succedit matri filius per Orficianum. Inuidiam portans econtrà Tertullianum. gloss. Instit. ad Orf. circa prin.

*Orficiã
num.*


DIGESTVM

NOVVM.

LIBER XXXIX.

Et primus huius.

Tit. I. *De noui operis nuntiatione.*



OC edicto de operis noui nuntiatione, statuitur & permittitur, vt sine iure, sine iniuria opus nouum fieret, possit per denunciacionem legitimam inhiberi. Et est hoc edictum aduersus futura opera inductum, hoc est, aduersus ea quæ nondum facta sunt, ne fiant. Nam si aliquod opus factum fuerit & completum, quod fieri non debuit, cessat hoc edictum de noui operis nuntiatione. Et erit transgredendum ad interdictum quòd vi aut clam, vel aliud simile. Et dicitur opus nouum facere, qui aut edificando de nouo aut detrahendo aliquid ex veteri opere, pristinam faciem operis mutat. Et complectitur hoc edictum non omnia opera, sed ea sola, quæ solo, id est terræ coniuncta sunt, quorum edificatio vel demolitio videtur opus nouum continere. Quibus autem ex causis fiat hæc nuntiatione habetur j. l. j. §. nuntiatio fit. Et quæ personæ nuntient, habetur j. cod. l. in prouinciali. §. fin. & l. j. §. fin. & l. ij. Quibusque personis nuntietur, habetur j. c. l. j. §. nuntiamus. Et in quibus locis nuntiatio fiat, habetur j. l. de pupillo §. nuntiationem. Et quis effectus sit nuntiationis, scilicet vt destruat quidquid factum est post nuntiationem. vt j. co. prætor. in prin. & plene de hoc sero ponitur in c. ij. de no. opa. nun.

Opus nouum facere.

Nuntiationis causæ.

II.

*De damno infecto, & de subgrun-
dis & proiectis.*

Damnum infectum, est damnum nondum factum, sed quod futurum veremur: id eoque cautionem desideramus interponi. Et tractat hic titulus, qualiter aduersus præterita opera ruinam minantia caueatur: & quia in subgrundis plerumque hæc fiunt, id eo de his specialiter dicitur. Est etiam Damnum & Damnatio ab ademptione, id est ablatione dictum: est enim damnum, quasi diminutio patrimonij infra leg. iij. Proiectum autem, vel proiectum illud dicitur, quod ita prouehitur, aut proicitur ut nusquam requiescat: qualia sunt mœniana & subgrunda, id est summitates ædificiorum. & de hoc in l. malum. §. j. de ver. signi. & in l. si verò. §. Prætor s. de his qui deiec. vel effud. & in l. si duo. §. videamus. & §. Labeo. j. uti poss.

III.

De aqua pluuiæ arcendæ.

Quidam libri habent rubricam De aqua, & aqua pluuiæ arcendæ: & ita Rogerius scripsit infra eod. si prius. in prin. vbi tractatur de alia aqua, quam pluuiæ: quando, quibus, & à quibus, & qualiter sit concedenda habetur in ead. l. si prius. vsque in fin. & in leg. in concedendo & leg. in diem. Item qui possint experiri hac actione aquæ pluuiæ arcendæ, & contra quos, & quot sit iudicis officium, habetur infra eod. leg. supra iter. §. Cassius. vsque in fin. legis. Si igitur alicui aqua pluuiæ damnum dabit, id est dare poterit, auertetur aqua ista actione aquæ pluuiæ arcendæ. Et dicimus Aquam pluuiam, quæ de cælo cadit quandoque, in hyeme, vel æstate, atque imbre exerceat, siue per se hæc aqua cælestis nocere possit, siue cum alia mista sit.

III.

De publicanis, & vectigalibus, &c.

Titulus hic prouidet aduersus damna & illicitas extorsiones factas à Publicanis. Sunt autem Publicani, qui publico fruuntur, id est, eo quod publicum est: ut est portus & salina. Nam inde nomen habent, siue fisco vectigal pendat, id est tanquam procuratores colligant: vel etiam tributum iure proprio & ad suum commodum consequantur. Eo omnes qui aliquid à fisco, vel aliqua ciuitate conducunt, recte appellantur Publicani. Sed est differentia inter Vectigal, & Tributum. Vectigal enim est, quod præstatum ex rebus quæ vehuntur: & inde nomen assumpsit. Ea est octaua portio eius mercedis, quæ vehitur, cuius nomine est præstandum. C. de vect. & commi. l. vniuersi, & l. ex præstatione. Sed tributum, siue Annona, vel publica

blica functio, siue pefatio præstatum ratione soli, & à possidentibus: & dicitur etiam Censum: ut no. C. sine censu & reliq. l. ij. & fin. & C. de anno. & trib. l. j. & ij. & C. de exact. trib. l. in fisco. Si itaq; Publicanus, aut eius familia, vi aliquid ademerit, si id restitutum non erit quandoquæ petere actore, intra annum in duplum, post annum verò in simplum actio datur. Qui autem vectigal non soluit, sed supprimit, & occultat merces, quarum est vectigal præstandum, statim sit cõmissio omnium rerum, id est, in pœna res omnes sunt applicatæ fisco. Nam ex fraudati vectigalis crimine tota merx fisco committitur, & in pœnam sibi cedit. Et quod Commissum est, statim desinit eius esse, qui crimen commisit & competit etiam contra eius heredem commissi persecutio, quam habet fisco. l. commissi & sum. l. fraudati, infra eod.

V.

De donationibus.

Sicut donantium voluntates diuersæ sunt, ita & Donationes inter se differunt. Dat enim aliquis quandoque ea mente, ut statim velit accipientis fieri, nec villo casu ad se reuerri: & propter nullam aliam causam facit, quam ut liberalitatis, & munificentiam exerceat donator. Et hæc propriè Donatio appellatur, de qua hic. Et ista nihil aliud est, quam liberalitas quædam, quæ nullo iure cogente conceditur: ut in l. donare. j. de reg. iu. Aliquando aliquis dat, ut demum tunc accipientis fiat, cum istud securum est, cuius intuitu donat. Et hæc non propriè donatio appellatur, sed est Donatio sub conditione, vel modo. Aliquando quis ea mente dat, ut statim fiat quidem accipientis: sed si conualuerit, & velit id ad se conuertit: hæc etiam non propriè dicitur donatio, sed appellatur Donatio quæ sub conditione resoluitur. Donatio autem prima ista principalis est, & appellatur inter viuos, eo quia nullo mortis intuitu fit. sub cõdi. Et perficitur cum donator suam voluntatem scripsit, aut sine sone vel scriptis, id est nudo consensu manifestauerit. Et talis donatio modo. semel facta non potest faciliter, id est sine causa reuocari. Inst. de donat. §. alia. autem. Et dicitur donatio à dono, quasi donatio. l. Senatus. §. j. j. titu. prox.

VI. *De mortis causa donationibus & capionibus.*

Mortis causa donatio est cum quis se habere mauult, quam Donatio cum cui donat: magis que eum cui donat, quam heredem suum, causa Sic apud Homerum Thelemachus donat Pyrrho. Et in effectu dicitur mortis causa donatio, quandoque in donatione habetur merto, vel suspicio mortis. Et tribus modis reuocatur

catur talis donatio: scilicet per bonam valetudinem superuenientem, per pœnitentiam donatoris, & si donatarius suo donatori pœmoriatur. Et talis donatio causa mortis æquiparatur legato. In quibus autem differat à legato ponit gloss. Insti. de don. §. j. Mortis autem causa capimus, non solum cum quis suæ mortis causa donet nobis: sed etiam si propter alterius mortem id efficiat: veluti si quis filio vel fratre mortem donet Mæuio, ea conditione si conualuerit is, cuius intuitu donatur, reddatur sibi res: si decesserit, maneat apud Mæuium. Nam quidquid propter alterius mortem nobis obuenit, mortis causa ceditur. Et possunt omnes mortis causa capere, qui legata accipere possunt.

LIBER XL.

Et secundus huius.

Tit. I. De manumissionibus.

DE libertatibus tractaturus Iuriconsultus, præmittit titulū generalem de manumissionibus. Est autē Manumissio datio libertatis. Nam quamdiu aliquis in seruitute est, manui, id est, potestati alienæ suppositus est: hinc Manumissus dicitur, qui ē manu, id est potestate domini dimittitur: liberatur enim seruus manumissus à potestate dominica. Sicur enim per captiuitatem de iure gentium captiui manu capiebantur: & fiebat serui hostium, ac eo modo seruitus introducta fuit: vt Inst. de iur. pers. §. ser. & ob hoc etiam Mancipia dicti, quasi manu capta: vt ibi. Ita & Manumissus dicitur libertus qui olim seruus fuit, nunc autem ex manu, id est dominica potestate, liberatus.

II De manumissis vindicta.

Iuriconsultus post generalem materiam manumissionis incipit dicere per species de eadē. Multis autē modis quis manumittitur: aliquando enim ex sacris constitutionibus in sacrosanctis ecclesiis, scilicet sub aspectu populi & antistitis, i. episcopi, & interueniente quacunque scriptura loco acturum. C. de his qui in eccl. ma. l. j. & ij. Aliquando quis manumittitur vindicta, i. causa cognita coram prætorē, ob quam manumissio fit. Et dicitur ideo vindicta fieri, quia Vindictis quidam seruus Vitelliorum qui prodidit filios Brutū cōsulis Romani, tractantes de intromittēdis filiis Tarquinij, & de sp. ditione patrię in remunerationē meriti cognita iustitię, & dignitatis causa,

ita manumissus fuit: vt in l. ij. §. initiū s. de orig. iug. & gl. Inst. qui manu. non pos. §. eadem. Sunt & alij modi manumittendi, de quibus Inst. de lib. §. multis autem modis, & C. pro quibus cau. ser. pro pœmio. & C. communia de manumiss. l. ii.

III. De manumissionibus que seruis ad vniuersitatem pertinentibus imponuntur.

Omnia collegia licita, id est, lege, vel senatusconsulto, vel constitutione approbata habent potestatem manumittēdi seruos suos, & eisdem manumissis, & libertis effectis iure patronatus succedunt: legitimam quoque eorum vendicabunt hæreditatem: & de hoc etiam supra de liber. vniuers. l. j.

IIII. De manumissis testamentis.

Qui testamento liber esse iussus est, ita demum fit liber si testamentum valeat, & ex eo adita sit hæreditas: vel si quis omnia causa testamenti in fraudem ab intestato possideat hæreditatem. Et si libertas datur testamento purē, statim postquam adita fuerit hæreditas competit: etiam si ab vno ex hæredibus solum adita fuerit. Si autem libertas data est in diem, id est, in die, aut sub conditione, tunc competit libertas cum dies euenit, vel conditio exiterit. Ad tempus autem libertas dari nō potest. Et dicitur hæc libertas Directa: quia directē vim & effectum capit ab ipso testatore. Alia est fideicommissaria, de qua j. tit. j.

V. De fideicommissarijs libertatibus.

Libertas fideicommissaria est, quæ nō directē ex verbis testatoris competit, sed quia testator fidei hæredis sui commisit, vt seruum vnū, vel plures, post mortem suam libertate donaret, & erit talis seruus libertus hæredis, nō testatoris: & appellatur Fideicommissaria, quia fidei hæredis commissa est. Et quibus verbis fiat, habetur Inst. de sing. re. per fideicom. rel. §. fin.

VI. De ademptione libertatis.

Libertas aliquando legē adimitur, id est, semel data reuocatur: quod fit in seruo de adulterio cum domina cōmisso accusato: vt Insti. de hæred. inst. §. seruum. Item in seruo qui seruatur intra sexaginta dies ob quæstionem adulterij: vt j. qui & à quibus l. prospexit & C. de adult. l. verba. Item in casu l. lege Fauia. & l. seruus s. de man. & hoc ex persona serui. Ex persona etiam domini quandoque prohibet lex, & tunc idem: vt j. qui & à quibus. l. quæstum & s. de manu. l. qui pœne. tunc libertas dicitur haberi pro non data: aut perinde obseruatur, ac si posita à testatore adempta esset.

VII.

De statu liberis.

Statu liber. Statu liber est, qui statutam & destinatam in tempus, vel in conditionem habet libertatem. Fiant autem statu liberi vel conditione expressa: vt si sit relicta libertas, si nauis venerit ex Asia: vel alia similis. Fit aliquando vi ipsa, cum creditoris fraudandi causa manumittuntur: nam dum incertum est, an creditor iure suo utatur, interim statu liberi sunt: quia fraus cum effectu in lege Aelia Sentia interuenit.

VIII. *Qui sine manumissione ad libertatem perueniunt.*

Licet Manumissio datio sit libertatis, tamen quandoque contingit, aliquem ad libertatem peruenire sine manumissione, sed alias ex dispositione legis: vt contingit in seruo, qui venditus est ea conditione, vt intra certum tempus manumitteretur. Nam si etiam venditor & emptor sine hærede decesserint: nihilominus seruo libertas competit, etiam si prius venditor voluntatem suam mutasset. Item contingit in seruo languenti, quem ob grauem infirmitatem dominus pro derelicto habuit. Item in eo, qui necem domini derexit, & ob hoc præmium libertatis consequitur: talis enim fit Orcinus libertus, id est, directo manumissus: vt Inst. de sing. re. per fideicommissi. rel. §. libertas. & in aliis casibus. hoc tit. contentis.

Orcinus libertus.

IX. *Qui & a quibus manumissi liberi non fiunt, & ad legem Aeliam Sentiam.*

Lex Aelia Sentia. Lege Aelia Sentia non potest quis manumittere seruum in fraudem creditorum, nisi sit testator, qui in defectum aliorum hæredum potest etiam in præiudicium creditorum vtrum ex seruis suis cum libertate hæredem instituire: cuius nomine bona defuncti vendantur, & creditoribus satisfiat: quod ideo permissum est, vt bona defuncti non lacerentur per creditores, & iniuria afficiatur defunctus. Et ad hoc vt dicta libertas data in testamento dicatur tendere in præiudicium creditorum, & non valeat, duo requiruntur, Fraus scilicet & Consilium: de qua Inst. eo. §. in fraudem. Et olim minor viginti annis non poterat seruo dare libertatem, obstant lege Aelia Sentia, nisi ex iustis, & approbatis causis. Hodie autem sufficit compluisse decimum septimum annum, atque si decimum octauum, vt quis possit seruis dare libertatem in vltima voluntate, &c.

X. *De iure aureorum annulorum.*

Annulus. Qui ius aureorum annulorum impetrare habetur & reputatur

natur vt ingenuus: & dicitur ista quasi ingenuitas. Olim enim liberti non poterant deferre annulos, nisi hoc à principe impetraretur: fuit enim delatio annulorum signum ingenuitatis & libertatis, & ob hoc soli liberi homines aureos deferrebant annulos. Qui ergo liberti scientibus & consentientibus patronis ius annulorum impetrauerant, habebantur pro ingenuis quo ad multa: primo, vt habeat tutorem ingenuum: quod alias non haberet: vt supra de excusa. tut. l. cum ex oratione. Item quoad honores, vt C. ad leg. Viscel. l. j. Item contrahit matrimonium cum nobilibus: vt supra de oper. lib. l. iij. in princip. In multis autem aliis reputatur libertus, de quibus gl. in l. pen. infra eod. Hodie autem omnes liberti de iure nouissimo sunt ferè ingenui: vt in Authen. vt lib. de cæte. aur. non ege. an. §. j. collat. v.

XI. *De natalibus restituendis.*

Interdum etiam si serui nati sunt ex postfacto, nihilominus iuris interuentu ingenui fiunt. Nā si libertinus à principe natalibus suis restitutus fuerit, id est ad ea iura, in quibus in initio omnes homines de iure naturali fuerunt, non in quibus ipse libertus nascitur: seruus enim natus est, & ideo iure naturali priuatus est: per restitutionem autem principis super natalibus factis perinde habetur, ac si ingenuus natus esset: nec patronus eius potest ad successionem venire. Et ob hoc imperatores non solent aliquem facile natalibus restituere, nisi consentiente patrono, cui per hoc fit iniuria. Impetrato enim tali beneficio, ius patroni admittitur.

XII. *De liberali causa.*

Quibus modis præstanda sit libertas, per multos tit. hæc tenus vidimus: nunc quomodo in libertate quis se defendat: quod fit per causam liberalem, id est, super libertate institutam. Siue quis in libertatem proclamatur ex seruitute, siue in seruitutem petatur ex libertate, puta quia dicit dominus aliquem, qui se pro libero gerit, esse seruum suum, & petit eum sibi seruire, ac etiam seruituti præstare quæ serui præstant dominis suis: vel econtrà, ipse seruus si est in quasi possessione libertatis, dicit, quod indebitè & iniuste eum teneo pro seruo, & tâquã seruũ, cum seruus non sit, sed liber: & ideo petit se pronuntiarì liberum, & mihi silentium imponi, neque eum amplius inquietari: vel si de facto mihi seruit, petit se eximi de quasi possessione seruitutis. Et appellatur tales actiones pro liberali causa actiones præiudiciales in rem, de quibus Inst. de act. §. præiudiciales.

Causa liberalis.

Quibus

XIII. *Quibus ad libertatem proclamare non licet.*

Qui se passus sunt venundari, interuenientibus quæ debent interuenire ad libertatem proclamandi licentia denegatur. Sed si quis minor xx. annis, etiam ex causa supra scripta, vel si maior sine causis supra scriptis se venundari passus sit, ad libertatem ei proclamare licet. Et pertinent ista senatusconsulta etiã ad eos qui ex mulieribus, quæ se passæ sunt venire (id est, vendi) nascuntur. Nam sicut ei mulieri, quæ maior annis viginti se venire passa est, ad libertatem proclamandi licentia denegatur. ita nec his quoque qui ex ea nati tempore eius seruitutis erunt. Item descendentes de familijs latronum prohibentur ad libertatem proclamare, si Dominus imperator vel procurator fisci fecerit eos seruos per suum decretum. C. eo. l. j.

XIII. *Si libertus ingenuus esse dicatur.*

Si libertus alicuius alio agente, qui eum ad libertatem vocat, ingenuus pronũciatus esse dicatur, potest patronus eius eũ vocare in suum libertum, sine vlla præscriptione temporis: & erit modus agendi talis, quia petit patronus eum iustum esse suum libertum, & sibi debitam reuerentiam exhiberi ab eo, & præstare ea quæ solent liberti præstare patronis suis. Et e contra, si libertus petet pronũciari se ingenuum, tunc si patronus est in quasi possessione libertinitatis, proponit libertus qualiter detinetur, & reputatur à tali indebitè & iniuste pro suo liberto: & ideo petit se declarari ingenuum. Sed si libertus est in quasi possessione ingenuitatis, quia nunquam præstitit seruitutia: proponet, quod est in possessione ingenuitatis, & quod ipsum turbo & inquieto in dicta sua quasi possessione. Quare petet se pronũciari esse ingenuum, & mihi silentium perpetuum imponi debere, ne eum de cætero inquietem.

XV. *Ne de statu defunctorum post quinquennium queratur.*

Neque fisci neque priuati nomine post quinquennium querere licet de statu, id est, conditione defunctorum: qui tempore mortis erant bona fide in possessione libertatis. Qui ergo peculium alicuius, vel suos posteros sibi tanquam domino adiudicare debere præterdit, debet hoc facere intra quinquennium à tempore mortis: alioquin questio libertatis, quæ insertur filiis propter patris vel matris memoriã nihil efficiat, propter præscriptionem quinque annorum quæ statum defunctorum veteri: hæbita tamen distinctione, vtrum in meliorem conditionem, quam erat, ipse defunctus tempore mortis: an in

in le

in deteriorem, quasi retractare velit statum defuncti: de quo C. de oper. lib. l. quod ex. & l. si tuis. & l. mater tua. Et est hic casus quo procedit præscriptio sine possessione secundum Azo.

XVI. *De collusione detegenda.*

Quia in iudicio liberalis causæ si aliquando collusio fit, vt quia dominus ex nimia sua indulgentia patiatur seruos suos in ingenuitate proclamare, & iudicari pro liberis, vt sic quasi ingenui quandoque senatores creentur, & propterea Dominus habiturus esset lucrum, & per tales ita degeneres inquinaretur amplissimus ordo senatorum, vel consimilium in dignitate positurum, ad quam isti iudicati ingenui eligerentur: ideo senatusconsultum factum est Domitiani temporibus, quo caueretur, quod si quis probaret collusionem esse factam, quod iste homo de cuius conditione est collusum fieret seruos illius qui collusionem detegeret. infra l. j. Si autem erat libertus, fiat libertus eius qui detexit, supra de in ius voc. l. ad optium. §. patroni. Est autem Collusio sinistra, subdola, & fraudulenta machinatio, seu prætentio quo aliquid simulatur, quod in veritate non est: vel quod iusta actio alicui competens remittitur, vel subicitur. Et potest collusio detegi, id est reuelari, intra quinquennium continuum post sententiam ingenuitatis: sed medio tempore, id est, post sententiam super ingenuitate latam, & antequam collusio detegeretur, quasi ingenuus talis reputatur, & habetur. j. eo. d. l. pen. est & alia Collusio quæ fit per procuratores & aduocatos causarum, qui se superari in lite patiuntur. Sed & per principales personas similiter fit in criminibus: de qua collusionem, vel prauaricationem, dicitur j. de præuar. vbi & poena eius ponitur.

Collusio.

LIBER XLI.

Et tertius huius.

Tit. I. *De acquirendo rerum dominio.*

Hic titulus generalis est ad omnem acquisitionem rerum, Acquisitio de iure gentium. Quartum quinq̃ sunt genera: vt Institur. de rer. diuisi. in princip. Quarundam enim rerum dominium nanciscimur Inuentum, quod naturali ratione inter homines æqualiter seruitur: vt Institur. de iure natu. §. quod verò. Inde dicimus, quod illud quod nullius in bonis est, & tamen esse potest, id ratione naturali occupanti conceditur. Omnia igitur animalia, quæ in terra, mari & aëre capiuntur id est, feræ, bestia: volucres, & pisces,

Acquisitio iuris civilis.

pisces capientium fiunt. Instit. de re. diui. §. ferz. Quarundam rerum dominium acquirimus iure ciuili, id est iure proprio ciuitatis nostrae, scilicet Romanæ: vt est per vsucapionem, præscriptionem, arrogationem, monachationem, deportationem, testamentum, successiõnem, bonorum possessionem, hæreditatis aditionem, de quibus singulis suis locis tractatur.

II. De acquirenda vel amittenda possessione.

Possessio.

Qualiter iure gentium acquiritur dominium expeditum est Tit. pro. nunc qualiter iure ciuili, id est per vsucapionem. Sed quia possessionis causa eiusq; noticia pertinet ad vsucapiones, & ad præscriptiones, quæ non procedunt sine præambula possessione. vt Tit. j. sine possessione. ideo de ea præmittit Iurisconsultus: & imprimitur hic titulus viceuersa in Codice, scilicet acquirenda, & retinenda possessione: hic de amittenda. quod non multum est curandum. licet enim diuersa sint verba: sensus tamen est idem: cum enim intitulatur de amittenda possessione: ergo & de retinenda: id est, quousque retineatur: tandiu enim retinetur quandiu non amittitur. Est autem possessio ius quoddam quo quis rem corporalem verè, vel interpretatiuè sibi habeat. Vel aliter. Possessio est corporalis rei retentio, corporis, & animi, & iuris adminiculo concurrente. De corporali ideo dixi, quia incorporalia proprie non possidentur. §. cod. l. iij. in prin. Dicitur corporis, & animi propter id quod est infra l. iij. Iuris adminiculo ideo, quia ius operatur in acquirenda & retinenda possessione: quia quandoque possessio habet plurimum iuris, quandoque multum, quandoque parum. infra cod. leg. possessione. gloss. in cap. cum nostris, de concess. præbend. Vel dicitur ideo Iuris adminiculo: ad hoc enim quod sit iusta possessio, requiritur quod non sit improbata iure, vt in re sacra, & simi. infra l. qui vniuers. §. j. Dicitur Possessio detentio, quia naturaliter tenetur ab eo qui insitit ei. Est enim appellata possessio quasi pedis positio, vt ait Labeo. §. l. j. in prin. Sed quod dixi de corpore, non est intelligendum, quod semper sit necessarium corpore vel pedibus rei insistere. Sufficit enim visus oculorum, vel animi affectus, cum tradentis voluntate ad acquirendam possessionem. §. cod. l. quod meo & l. j. §. penult. Et hæc talis possessio, quam quis corpore, vel oculis, & animi affectu adipiscitur naturalis est. infra cod. l. j. in prin. id est, de iure naturali secundario, quod Gentium appellatur. Et hæc eadem possessio Naturalis, Ciuilis dici potest approbatione iuris ciuili:

Naturalis. Ciuilis.

uili: argum. de verb. signific. l. lege. & de ori. iur. l. ij. in princ. Quare proprie non sunt dux possessiones, vel proprietates duarum possessionum, imò est vna inducta iure gentium, & approbata iure ciuili: vbi autem quis de prædio egreditur, nec est in conspectu, lex dicit retineri possessionem. C. eod. l. licet. intelligunt quidam ciuile. Sed dominus Azo dicit semper retineri naturalem, quæ verè dici potest ciuilis, quia iuris ciuilis auctoritate retinetur. Si autem me absente quis ingreditur meum prædium (quod possideo iuris ciuilis auctoritate, vt dictum est) ingressus habet naturalem de iure naturali, licet clandestinam, si putauit, vel debuit putare sese prohibendum. §. eo. l. clam possideri. §. j. qui ad nundinas. & illam naturalem etiam de iure naturali interpretatur lex retineri solo animo, sicut in Fructuario dicitur, quia ei reuertenti, si non admittatur, datur interdictum vnde vi. §. de vi & vi arm. l. iij. §. vim vi. Possidet ergo vterque, vnus naturaliter, alius ciuilitè. Sic enim distinguitur iura possessionis, §. de vi & vi arm. l. j. §. de iur. & vt poss. l. si duo, & de precar. l. & habet. §. eum. Nam siue aliquis sit in re, siue non sit in re, rem tamen videat, nihilominus dicitur possidere naturaliter. Nam & naturalem acquirit propter visum. d. l. quod meo. §. si venditorem. ergo multo magis retinet. Ciuilitè autem dicitur possidere quis, cum nec est in re, nec res est in conspectu. Eo autem modo quo possessio acquiritur, eodem etiam amittitur, id est, corpore & animo. l. nihil tam naturale §. de reg. iur.

Clandestina.

III. De vsucapionibus, & vsurpationibus.

Vsucapio est effectus possessionis: vt in l. siue possideris. §. eo. Et est introducta ad utilitatè omnium contra comunem æquitatè naturalem. Cum enim de iure naturali nemo locupletari debeat cum alterius damno vel iniuria, vt in l. nam natura. §. de cond. inde. nihilominus introducta est vsucapio, ne rerum dominia diu, & ferè semper incerta essent: & in odium negligentium, quibus sufficere debet ad inquirendas res sua spatum temporis à iure statuti quod habetur. Instit. eo. in prin. Vt ergo aliquis esset finis liciti: introduxerunt iura vsucapionum: est autem Vsucapio acquisitio vel adiectio domini, per continuationem possessionis: quæ possessio est habita bona fide & iusto titulo à tempore continuo à lege definit: vt in l. iij. §. cod. Vsurpatio autem in hoc titulo est vsucapio: interruptio. §. vsurpatio. eo. l. naturaliter. Et interruptitur possessio rei immobilis, cum

quis de possessione vi deicitur, vel alicui res mobilis eripitur, & quomodoque definit possidere, interruptitur naturaliter possessio. Aliiter autem capitur, vsurpatio apud oratores: qui dicunt vsurpationem esse frequentem vsum, vt in l. ij. j. eo. Quis autem possit vsucapere, & quæ res possit vsucapi, & quanto tempore, ponitur in l. iiii. j. eod.

III. *Pro soluto.*

Pro soluto vsucapit, qui rem debiti causa recipit. Et non tantum illud quod debetur, sed & quodlibet pro debito solutum volenti creditori, hoc tit. vsucapi potest. Si igitur aliquid decur ex stipulato, vel ex alio contractu innominato, illud vsucapitur tantum titulo pro soluto. Si autem ex titulo numeretur, vt ex causa legati, vel simili, tunc vsucapitur eodem tit. & eam tit. pro soluto.

IIII. *Pro emptore.*

Pro emptore possidet, qui re vera emit: nec sufficit tantum in ea opinione esse, vt putet se pro emptore possidere: sed etiam debet subesse causa emptionis, vel saltem iustissimus error j. eo. l. quod vulgo. Et in vsucapione pro emptore duobus temporibus inspicitur bona fides. Item oportet quod emptio sit pura: vt j. eo. l. ij. §. ij. Item non vsucapitur pro emptore res illa, quam dedisti mihi in solutum pro ea, quam emi, vt j. eod. l. ij. §. cum Scichum. Quandoque tamen vsucapitur pro emptore quod non est emptum, vt ecce fundus est emptus, & ampliores fines possessi sunt, totum enim longo tempore capitur: quia vniuersitas eius possidetur, non singulæ partes j. eod. l. ij. §. sed si fundus: & hoc si possessi sunt bona fide, cum crederet vendentis esse: secus si ipse adiecerit partem alterius fundi empto fundo, sciens non contineri cum empto. j. eod. qui fundus §. j.

Pro hærede.

Aliter accipitur hic: & aliter si de petit hære. tit. pro hærede. Hic enim verè, alibi falsò hæredes dicuntur: Et ille vsucapit pro hærede, qui possidet rem quam de defunctis vsucapiebat pro emptore, vt si de iobus modis possideat, quod esse potest, s. de acquir. possess. l. ij. §. ex plurimis. Item ille qui apud defunctum rem vitiosam, non purgatam vitio, possidet pro hærede: vt s. de vsucap. l. vbi. §. j. Item ille qui iustissime errat, vt si de vsuca. l. non solum §. j. Item ille qui tenet rem, in qua defunctus cauebat titulum tenebat tamen pro sua, & bona fide: vt infra eodem tit. l. perique. Et hoc si est extraneus, quia vsucapio pro hærede, non habet locum in suis hæredibus: quia sui hære

hæredes titulum habere non videntur: vt pote cum vivo etiam patre domini quodammodo æstimentur j. l. ij. §. filium, & C. eo. l. si nihil. Licet si pater inchoasset aliquam rem pro hærede vsucapere, etiam ipsi perficere possent. Item non habet locum, nisi vbi quis verè est hæres. Hinc est, quod si institutus hæres non habet factionem testamenti, non vsucapit pro hærede. j. eod. l. vlt.

VI. *Pro donato.*

Pro donato ille vsucapit, cui donationis causa res à non domino tradita est: aliàs si dominus donasset, fieret accipiens statim etiam dominus. Nec sufficit opinari, sed oportet esse verè donatū, ad hoc vt vsucapio procedat. Item exigitur, quod donatio teneat de iure. Si enim pater suo filiofamil. donauerit, & postea decedat, filius pro donato non vsucapit: quia ratione patris potestatis donatio fuit nulla. j. eod. l. j. j. resp. & §. j. & §. pro hæred. l. ij. §. filium. Et nisi hæres ratam habeat donationem illam j. eo. l. si pater. Sed vbi hæres ratam non habet, filius fortè vsucapit pro quasi legato, tacitè confirmata donatione.

VII. *Pro derelicto.*

Quod pro derelicto habetur, instar donationis est, infra de stipul. ser. l. quod seruus. & dicitur pro derelicto haberi, quod dominus ea mente abiecerit, vt id in numero rerum suarum amplius esse nollet. Instit. de re. diui §. fin. Si igitur res pro derelicto habita sit, statim nostra esse definit, & occupantis statim fit: quia eisdem modis res definunt esse nostræ, quibus acquiruntur. Acquiruntur autem occupatione, vt s. de acquir. rer. domi. ideo per deoccupationem amittuntur. j. de reg. iur. l. nihil. & l. ferè quibuscumque. Et isto modo non habet locum vsucapio pro derelicto, quia statim res fit occupantis: ex quo erat derelictus. Sed si à non domino aliquid pro derelicto habitum est, aut haberi putamus à vero domino, possumus id vsucapere, etiam si ignoramus à quo derelictum fuerit.

Occupatio.

VIII. *Pro legato.*

Legatorum nomine is videtur possidere, cui legatum est à non domino. Pro legato enim possessio & vsucapio nulli alij quam ei cui legatum est, competit. Et nemo potest legatorum nomine vsucapere, nisi ille, cum quo testamenti factio est facta, id est, cui potest aliquid in testamento relinqui: quia possessio legatorum ex iure testamenti proficiscitur.

ix.

Pro dote.

Iustissimus titulus usufructuionis est, qui appellatur Pro dote: ut qui in dotem rem alienam accipiat, usufructuere possit spatio solenni, quod habetur in l. vna. C. eod. id est, eodem tempore, quo solent, qui pro emptore usufructuunt. Nec est cura, utrum singulariter per se tantum res illæ alienæ fuerint datæ in dotem: an pariter vniuersæ res mulieris in dotem dentur, id est, quando ille qui dotem constituit, inter cæteras res quædam alienas dedit: tunc enim pro alienis competit titulus pro dote, quædo videlicet matrimonium contractum tenet. Nam si cesset matrimonium, cessat etiã usufructuio: quia nulla est dos sine matrimonio. Hæc tamen usufructuio pro dote procedit cum distinctione, an res fuerit tradita affirmata, vel inæstimata. vt C. eod. l. vna.

x.

Pro suo.

Est species quædam possessionis quæ vocatur Pro suo. Et hoc modo possidemus omnia quæ mari, terra, aëre capimus, aut quæ alluione fluminum nostra fiunt. Itæ quæ ex rebus alieno nomine possessis nata possidemus: veluti partum hæreditariæ aut emptæ ancillæ pro nostro possidemus. Similiter fructus naturales rei emptæ, aut donatæ, aut quæ in hæreditate inuenta est. Et dicitur Pro suo tribus modis. Primò strictè, quando deficit alius titulus, vt hic. Secundò largius, quando concurret cum quolibet alio titulo pro soluto, qui est generalior aliis: vt j. eod. l. hominem. Tertiò largissime, vt quæcunque pro se possidet, vt j. eod. l. ij. & tunc dicitur ad differentiam creditorum, & similibum, qui non pro suo possident. Et hoc tertio modo non est titulus usufructuionis pariens: quia iam quilibet possessor, etiam malæ fidei, etiam sine titulo, usufructuere. In materia autem nostra pro suo possessio talis est, cum dominium nobis acquiri putamus, & ex ea causa possidemus, ex qua acquiri solet: vt si tuum ceruum, credens non manufactum, cepi: vel tuam gemmam, credens nullius, in littore inuenio. Item vbicumque est iusta causa usufructuendi, & deficit alius titulus, datur pro suo: vt j. eod. l. fin.

LIBER XLII.

Et quartus huius.

Tit. i. De re iudicata, & de effectu sententiarum:
& de interlocutionibus iudicium.

Vlto quomodo res acquirantur per præscriptionem, videntur quomodo aliter, ciuilibiter scilicet, per sententias iudi

iudicum. Est autem Res iudicata, quæ finem controuersiarum pronuntiatione iudicis accipit: quod vel condemnatione, vel absolutione contingit. j. eo. l. j. Est autem autoritas rei iudicatæ maxima inter eos inter quos lata est: quia cum non sit appellatum, standum est ei omnino, id est, parendum est. Sed si appellatum sit, præsumitur condemnati voluntas quod velit sententiæ parere. C. eo. l. in prin. & l. ad solutionem. In casibus tamen receditur à sententia propter æquitatem superuenientis casus. Item est autoritas rei iudicatæ, vt non rescindatur prætextu computationis, vel calculi. C. eo. l. ij. nisi error calculi exprimat in sententia: vt si iudex ita pronuntiauerit: cum constet Titium Scio ex illa specie quinquaginta, & ex illa specie xxv. debere, idcirco Titium Scio in centum condemnato. j. quæ sen. sine ap. re. Item non rescinditur res iudicata prætextu nouorum instrumentorum. C. eo. l. sub specie. Est autoritas rei iudicatæ: quia ex ea indulgetur actori actio de re iudicata, vel in factum. j. eo. l. miles. §. vi. & C. de reb. cre. l. actori. Interlocutiones autem non obtinent vicem rei iudicatæ: nec etiam omnis vox iudicis iudicati continet autoritatē. C. de sen. & inter. l. ex stipulatione. & l. post sententiam. Est autem Sententia interlocutoria semiplena sententia, quæ profertur inter principium causæ & finem super emergentibus negotiis. Vel profertur loquendo inter partes sine scripturæ solennitate: puta, si iudex iusserit vt is contra quem testes producendi sunt in alia prouincia, illuc pergat, procuratorē mve mittat. C. de fide inst. l. iudicis. De tribus speciebus sententiæ est gloss. ij. qu. j. in summa & gloss. clemen. vna. de sequestr. post.

II.

De confessis.

De verè condemnatis dictum est: sequitur vt videamus de quasi condēnatis, id est, de confessis. Ista rubrica locum habet post litem contest. sed edictū de interro. act. locum habet ante litem cont. Est autem in hac materia regula talis: Confessus in iure contra se, quod ius & natura non respuit, vel certam speciem vel quantitatem se debere, vel factum, cuius nomine cum alio possit esse actio, vel rē meam esse, pro iudicato habetur. Confessio verò extra iudiciū plenè non præiudicat alicui, nisi habeat in se vim pacti, puta, quia facta est cum causa certa expressa. Et habetur confessus pro iudicato, nisi errauerit in facto. infra. eo. l. non faretur. cuius probationem inducere potest vsque ad sententiã. C. de iu. & fac. igno. l. error. Ante litem verò cont. si quis confiteatur in iure, id est, ante magistratū vel

Res iudicata.
Autoritas rei iudicatæ.

Sententia interlocutoria.

Confessus quando præiudicat.

iudicem, in præiudicium suum, & velit, facilius cōsequitur veniam. §. de inter. actio. l. de ætate. §. qui iusto. Et est effectus cōfessionis, quia in cōfessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in cōdemnando. §. ad leg. Aquil. l. proinde. §. vltim. Vnde & confessio statim currunt tempora quatuor mensium. j. eo. l. certum. §. vltim. & l. si confessus. j. de custod. & exhib. ror.

III.

De cessione bonorum.

Condemnati & confessi si satisfacere non possunt, in carcerem solent detrudi. arg. C. eo. l. j. & fin. cuius timore fit cessio bonorum. Est autem Cedere bonis, bona dimittere & deserere creditorum improbitati & instantiæ. Cedens autem bonis ante omnia debitum agnoscere debet, aliàs non auditur inuito creditore, qui habet probationes in præptu. j. eo. l. pen. Effectus autem cessionis est vt excusso debitore, quatenus patitur substantia, vsque ad vltimum quadrantem, nec quicquam ei relinqui debet. secundum gl. & Bar. j. eo. l. pen. præterquam vilis vestis ne sit carne nudus: quia tales vestes ad tegendum carnem etiam damnatis ad mortem relinquuntur. l. diuus j. de bon. dam. & ibi Bar. & Dy. ergo multo fortius cedenti bonis: sic dicit Cy. in l. j. C. eo. Cedens autem bonis propter hoc non liberatur aliquo modo à debito, nec ciuilitèr, nec naturaliter: quia si peruenerit ad pinguiorem fortunam, ex integro potest conueniri: sed non tunc conuenitur, nisi in quantum potest facere. Inst. de act. §. si deducto semper ne egeat. j. de reg. iur. l. in condensatione. de materia in c. Odoardus. de sol. Est autem humanissimum remedium huius beneficii quia iudicium non retruditur in carcerem si cedat bonis. Nec post xl. dies datur creditoribus dilacerandus, sicut refert Aul. Gell. contineri in l. xli. tab.

IIII. *Quibus ex causis in possessionem eatur.*

Missio in poss. ex quib. causis fit. Quomodo agatur cum vocato in ius cōparenti & cōdemnato §. traditum est. Si autem vocatus non venerit, quomodo secum agatur, videamus. Mittitur enim actor in possessionem bonorum contumaciter absentis, aliquando causâ custodiæ ex primo decreto, aliquando vt efficiatur dominus ex secundo decreto. Sunt autē res ferè causæ ex quibus in possessionem mitti solet omnium bonorum. Primo rei tertandæ causâ, id est, debiti, vel quantitatibus. Secundo legatorum seruandorum gratia, cum agitur personali actione ex testamento pro quantitate. §. vltim. poss. l. l. certu. Tertio ventris nomine, de qua §. si mulier ven. no. Est & quarta, vt ex Garboniano, vt §. de Carb. edi.

edi. Damni etiã infecti nomine, si non caueatur, fit missio: sed non vniuersorum nomine, sed duntaxat rei, de qua timetur: vt §. de dam. infect. l. iij. §. j. & l. quamuis. de materia ista in cap. quoniam frequenter. §. j. in aliis, vt lite non contest. cum simili.

v. *De bonis auctoritate iudicis possidentibus vel vendendis.*

Missis creditoribus in possessionem, quæ hoc petere possunt, quando aliquid eis purè deberur, & absente debitore vocato contumaciter: distingue vtrum conueniatur actione in personam aut in rem. Si in personam, & est maior xxv. annis, & compositus mentis, si latitat causa fraudandi debitores, illi soli possunt Latitare possidere, & vendere aduersus quos latitauerit. Est autem Latitare turpiter se occultare, vt euitet occursum creditorum. §. tit. prox. l. Fulcinus. §. i. ij. iij. Si autem non latitet animo fraudandi, sed absens est ex quacunque causâ probabili, vel non probabili, necessaria, vel voluntaria, creditores mittuntur in possessionem bonorum omnium: & habent custodiam & obseruationem: non tamen possident, neque permittitur eis bona vendere. Item creditor non dimittit bona vespensendi causâ, imò tenetur fructus restituere debitori, vel compensare. Et prodest hæc missio in possessionem facta, nedam missio, si ipse est verus creditor, sed etiam aliis creditoribus omnibus, C. eo. l. vlt. §. j. & j. eo. l. cum vnus. Post missionem autem in possessionem creditores postulant à iudice, concedi sibi venditionem bonorum debitoris latitantis: & quanto tempore elapso debet concedi venditio, tractat l. vlt. §. fin. autem hi qui. C. eo. Sin autem in rem agitur, obserua quod ponit tex. in §. in reali. C. quoniam frequenter. vt lite non contest.

De priuilegiis creditorum.

Inter creditores potiores sunt illi, qui acceperunt pignora, eis qui habent personales actiones tantum: vt C. qui pot. in pig. hab. l. eos. Inter hypothecarios autem obtinet regula, Qui prior est tempore, potior est iure: nisi in casibus quos plenus professimur §. qui pot. in pig. Inter eos autem qui habent personales actiones tantum: altimantur priuilegia ex causâ, non ex tempore. j. eo. l. priuilegia. Sic ergo erit satisfaciendum prius ei, qui habet priuilegium, quam qui non habet. §. quod cuq. eo qui in alie. pot. l. iij. & de pecun. l. ex facto. §. vlti. Vel si vterque sit priuilegiatus, & paria sint priuilegia, & pares tituli, vt quia ambo depositores sunt, debent concurrere: vt §. tit. prox. l. si ven-

tri § in bonis, & § ratio. Inter creditores autem non privilegiatos, occupantis est melior conditio. hoc est, si vigilauerit vt sibi sat sicut a debitore, qui soluendo non erat, antequam bona debitoris possideantur. Nam posteaquam bona ceperunt possideri, omnia creditorum iura paria sunt facta. Ius enim civile vigilantibus scriptum est. supra de pecul. l. summa. & infra, de his quæ in fraudem cred. l. pupillus. in fi. Item si vtroque creditore inuitante debitor vni voluit gratificare, debet illud omnibus communicare, vel eadem portio singulis dari. §. ut. prox. l. si non §. j.

vi. *De separationibus.*

Creditores hæreditarij. ite illi quibus legauit testator, possunt postulare separari bona defuncti à bonis hæredis, vt tamen primò satisfiat creditoribus hæreditariis, quàm legatariis. Nisi essent legatarij quibus obligatus erat defunctus, non quibus ipse legauerit. Hæredis autem bona referuntur creditoribus eius, aded vt si creditores vel legatarij decepti sunt in postulatione separationis: vel si hæres postea multa lucratus est: non tamen admittuntur ad bona hæredis, quia petendo separationem, ab eius persona recesserunt. Hæredi autem addeunt non datur separationis beneficium, nisi in casu, scilicet, cum quis adit hæreditatem ex Trebel. coactus, & non est fideicommissarius cui restituit. idem & in alio casu cum seruus domino extitit necessarius hæres, & bona patroni non attigit: postulat enim separari quicquid post mortem domini acquisierit: & quod ei à testatore debetur §. cod. l. §. vlti. Sed si attigerit bona, cessat separatio. Si autem esset minor xxv. anno um, posset in integrum restitui. §. de mino. l. ait prætor. §. non solum. Est autem Separatio diuisio quædam, & segregatio vnus peculij, vel patrimonij ab alio.

vii. *De curatore bonis dando.*

Si hæres sub conditione institutus, nec implere conditionem vult, nec respondere, an sit aditurus, vel nec curator bonis constituendus erit ad conseruanda bona duntaxat, vel ad vendendam quæ sunt mora peritura. Et si graue æs alienum sit, quod ex pœna crescat, debet talis curator æs alienum soluere, alienando etiam non peritura. sicut cum venter in possessione est, supra de ventre in poss. mittend. l. §. item si periculum. & l. curator. §. j. Vel sicut pupillus hæres tutorum non habens, solet ei decerni curator. §. l. j. in fi. Adeatur ergo Prætor à creditoribus

ribus vel aliis quorum interest propter spem successionis: istucque curatoris, quæque constituitur ex consensu maioris partis creditorum: quæque per tales curatores sic creatos acta, facta, gestaque sunt rata habebuntur. Datur itaque curator diuersimodè, quandoque bonis defunctorum vt hic in l. j. Quandoque absentium C. de c. & post l. re. l. iij. & §. ex quibus caus. mag. l. ab hostibus. §. j. Quandoque bonis debitorum soluere n. lentium. §. cod. leg. final. & §. titul. prox. l. j. Item quandoque præsentis: vt C. de bon. quæ libe. l. fi. §. in final. Item quandoque morbo impeditis C. de cu. fur. l. j. Cætera genera curatorum ponit gl. §. de mun. & hon. l. j. §. si facit §. de priuil. cred. l. Idem priuilegium §. j.

viii. *Quæ in fraudem creditorum facta sunt, vt in integrum restituantur.*

Alienata per debitorem in fraudem creditorum, excussis bonis debitoris reuocantur, ac si alienata non essent, per actionem quæ appellatur Pauliana, à Paulo eius inuentore: vt §. de Pauliana. fur. l. videamus. & §. e. l. hac in factum. Si igitur debitor meus fraudulenter alienauit bona, nec tantum superfit, vnde mihi satisfiat, habet locum hæc actio. Et sic agere deo primò ex contractu, & ipsum si compareat condemnari facere, vel si non compareat pronuntiarum me in possessionem, &c. Requiritur ergo quatuor in hac actione. Primò, quod sit debitor ex mutuo, vel simili causa: Item quod debitum fuit efficax, & sine exceptione. Item quod consilio, & fraude alienauit. Item quod re tali alienata non inueniat tantum in bonis iam discussis, vt mihi satisfiat. l. §. eo. Nec liberatur cedendo bonis à carcere propter commissam fraudem in alienando bona in fraudem creditorum: vt est ext. sing. in l. fi. §. fin. §. eo. licet aliàs debitor cedendo bonis liberetur à pœna carceris. l. fi. C. qui bon. ced. pos. Item si quid acquirit iste debitor fraudulentus, excutitur vsque ad peram & sacculum: licet aliàs solum excutiat, in quantum facere potest: vt dicit gl. in d. l. fi. De hoc plenè Inst. de act. §. item si quis in fraudem.

LIBER XLIII.

Et quintus huius.

Tit. *De interdictione, seu extraordinarijs actionibus, quæ pro his competunt.*

Qualiter de iure ciuili agatur, §. dicit. Nunc qualiter de iure Prætorio, quo plerunque pro possessione interdictio

agitur: vt Instit. eod. in princ. Et erat interdictum olim nihil aliud quam quædam formata & solennis verborum conceptio, quibus Prætor aliquid fieri iubebat, aut prohibebat: quod tunc maximè faciebat, cum de possessione aut quasi inter aliquos contēdebat. Instit. eod. in prin. Et dicta sunt Interdicta, quia inter duos redduntur: licet quidam dicant appellari ab interdicens, id est, prohibendo. Instit. eo. §. sunt. Et hodie interdicta & Actiones nulla est differentia. Est ergo interdictum actio prætoria. Interdictorum autem alia sunt prodita gratia iuris diuini, alia gratia iuris humani. Gratia iuris diuini quatuor sunt: De mortuo inferendo: De sepulchro ædificando: item, Ne quid fiat in loco sacro, vel immittatur: Item id quod factum est, vel immissum, tollatur: vt §. eo. l. ij. §. j. & ne quid in lo. pub. l. ij. §. locorum. Humani verò iuris causa quædam competunt propter vtilitatem priuatam: quædam propter publicam: vt de locis publicis, & viis, & fluminibus publicis. §. eo. l. j. §. quæ sunt. Propter priuatam autem vtilitatem inducta sunt interdicta quædam gratia iuris sui tuendi: vt interdictum de liber. exhib. vel vxore exhibenda: vel liberto. Quædam gratia officij tuendi: & est Officium quod homo debet homini ex natura: vt interdictum de lib. hom. exhib. Quædam gratia rei familiaris dantur. Itē quædam sunt adipiscenda possessionis: vt Quorū bonorū Quotum legatorum: & Saluianum. Alia causa retinendæ possessionis: vt, Vti possid. & Vtrobi. Alia causa recuperandæ: vt, Vnde vi, & Directum, & vtile. Sunt & interdicta quædam duplicia: vt, Ne vis fiat ei qui miss. est in possess. Item quædam cōtinent causam veræ proprietatis: vt secundum interdictum De itinere Actū; priu. Et interdictum quod datur De aqua ex castello ducenda. Quædam verò obtinent causam quasi proprietatis: vt quæ cōpetunt pro locis sacris, religiosis, & lib. exhib. Item quædam sunt Prohibitoria: quædam Restitutoria: quædam Exhibitoria, & quædam Mista. Item quædam sunt Annalia: quædam perpetua. Item quædam sunt Publica, id est, cuiuslibet de populo cōpetentia: & sunt septem, De lib. ho. exh. Ne quid fiat in loc. sac. Ne quid fiat in rel. Ne quid fiat in pub. Ne quid fiat in flumine, vel mari, quo pelus nauigetur. Itē, Ne quid fiat in flumine vel ripa, vt aliter aqua fluat quam priori ætate. Itē interdictū Vt in flu. pu. lacu, fossa, vel et stagno liceat nauigare. Est & octauū populare: scilicet, Vt liceat recircere cloacas publicas, licet earū resectio principaliter ad magistratū pertineat. Priuata autem interdicta sunt viginti octo: De mortuo inferendo: Quorū

Interdi-
ctum.Interdi-
cta iuris
diuini.Huma-
ni.Offici-
um.Interdi-
cta publi-
ca.

Priuata.

beno

bonorum, Quorum legatorum, Vnde vi. Vti possid. Vtrobi, De tab. exh. De li. exh. De liberis educandis, Saluianum, De precario, Ne vis fiat ei qui in poss. De loco publico fruendo, De superficibus, De itinere actuque priuato, De aqua quotidiana & æstiuæ, De riuis reficiendis, De fonte. De cloacis priuatis reficiendis, Quod vi aut clam. De arboribus cædendis, De glande legenda, De migrando, De operis noui nuntiatione. Item interdictum Fraudatorium, quo p̄pillo tutoris creditor tenetur, si eum consilium fraudis participasse constabit, vt fraudaretur pupillus, qui conuenturus erat tutorem. infrā de sol. l. pupilli. j. responso. Sūt præterea alia plura vtilia & accessoria interdicta, quæ sub præactis directè inueniuntur. Et circa interdicta sunt notanda quatuor negotia. Primum quòd nullum interdictum infamat. §. de vi, & vi arm. l. neque. Secundum, quòd nullum proponitur solenniter, sicut nec aliqua actio, id est, cum solennitate verborū. Vnde omnia interdicta sunt extraordinaria: Instit. eod. §. vltim. Tertium, quòd in nullo interdicto habetur ratio fructuum ante lit. con. nisi interdicto Vnde vi. infrā eo. l. interdictis. & de vi, & vi arm. l. j. §. ex die. Quartū, quia nullum redditur inter non subiectos. C. cod. l. ij. Et tria possunt notari affirmatiuè. Primum, quia omnia interdicta personalia sunt, & tamen scripta sunt in rem, quia dantur contra quemlibet possidentem §. eo. l. j. §. penultim. Item in omni interdicto habetur ratio fructuum post litē contest. §. cod. l. antep. Item loco cuiuslibet interdicti redditur actio in factum. Instit. eod. in princ. §. fin.

Circā in-
terdicta
notanda.

III. Quorum bonorum.

Digniora sunt interdicta quæ competunt pro vniuersitate, quam quæ pro reb. singulis: id eo de eis primò. Est autem interdictum Quorum bonorum directum, & vtile, inter omnia alia interdicta solum vniuersale. Et datur directū ei, qui est bonorū possessor. Vtile verò ei, qui succedit iure ciuili ex testato, vel ab intestato C. cod. l. j. & §. l. j. Sic & directæ hæreditatis petitio datur hæredi: Vtilis autem bonorū possessori, §. de bono. poss. hære. pe. l. j. Intentatur hoc edictum interdum contra eum qui possidet pro hærede, vel pro possessore. Est perpetuum hoc interdictum: nominatur sic à primis verbis interdicti. Verba autem interdicti hæc sunt: Quorum bonorum ex edicto meo illi possessio data est, quod de his bonis pro hærede aut pro possessore possides, possideres vel si nihil vsucaptum esset: quòdque dolo malo fecisti, vt id desineres possidere, vt illi restituas:

tuas: nisi incontinenti paratus sis probare res tuas: vt not. C. de edicto diui Adr. col. l. ij.

III. *Quorum legatorum.

Quod legatorum.

Causa adipiscendæ possessionis hoc interdictum introductum est, sicut & præcedens. Et datur hæredi, & bonorum possessori, & cuilibet vniuersali successori, & hæredibus hæredum. Et datur contra legatarios qui non ex voluntate hæredis occupauerunt legata. Nec enim debent sibi ius dicere, occupatis legatis, sed ab hærede petere, j. eo. l. j. in prin. & § j. Et quod dictum est in legatariis, seruatur etiam in his, quibus donatum est causa mortis, & in hæredibus eorum. Item si legatarius autoritate prætoris est missus in possessionem causa legatorum seruandorum: cum hæres non satisfaret, deinde hæres satisfaret, vel paratus sit satisfacere, tenetur legatarius hoc interdicto j. eo. l. j. §. quæsitum. & §. legatorum. Hæredi autem nocet si accommodauerit voluntatem legatario post aditam hereditatem, vel in ipsa apprehensione, vel postea, vel antè. Et si plures sint hæredes, & vnus consensit legatario, alter non: qui non consentit habebit interdictum j. eod. l. j. §. quod ait prætor. & l. prodest. Est tamen notandum, quodd hoc interdictum datur contra hoc titulo possidentem, scilicet pro legato. Sed ille qui possidet pro hærede, vel pro possessore, conuenitur hæreditatis petitione, vel quorum bonorum. Verba autem interdicti hæc sunt, Quod quis legatorum nomine, non ex voluntate hæredis, occupauit: id restituat hæredi.

III. Ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est.

Hic titulus tanquam generalis ad omnia possessoria interdicta est, id est, ad omnes, qui à prætoribus in possessionem missi sunt pertinet. Conuenit enim prætori, omnes quos in possessionem misit, tueri. Et datur hæc actio non tantum contra eum, qui prohibuerit quem venire in possessionem: sed & in eum, à quo quis è possessione pulsus est cum venisset in possessionem. Nec exigitur vtrum vim fecerit qui prohibuerit. Verba autem edicti hæc sunt: Ait Prætor. Si quis dolo malo fecerit, quominus quis permissu meo eiusus cuius interdictio de ea res fuerit, in possessione bonorum sit: in eum in factum iudicium; quanti ea res fuit, dabo.

v. De tabulis exhibendis.

Ei qui vtitur interdicto Quorum bonorum, & Quorum legatorum, expedit agere hoc interdicto, vt tabula testamenti

cxli

exhibeantur, & sibi cognitæ fiant. Et differunt actio ad exhibendum, & in factum, & hoc interdictum, & illud, quod madmodum testamentum aperiantur: vt no. §. ad exhib. l. iij. in fi. Si quis igitur confiteatur penes se esse testamentum, iubendus est exhibere. Tempus ei dandum est vt exhibeat, si non potest in præsentia exhibere. Sed si neget se exhibere posse, vel oportere, hoc interdictum competit. Et pertinet non tantum ad testamenti tabul. verum ad omnia quæ ad causam testamenti pertinent, vt puta & ad codicillos: siue suprema tabulæ sint, siue priores: siue testamentum valeat, vel ruptum sit alio iniquo vitio: & ad omnem scripturam testamenti, siue perfecta, siue imperfecta sit. Verba interdicti hæc sunt: Quas tabulas Lucius Titius ad causam testamenti sui pertinentes reliquisse dicitur, siue hæc penes te sint, aut dolo malo tuo factum est, vt desinant esse, ita eas illi exhibeas. Item si libellus aliudve quid relictum esse dicitur, de cetero (id est, edicto isto) comprehendâ. Sed quandoque cessat hoc interdictum vt j. eo. l. fi. & in tabulis viui. j. eod. l. pen.

Tabula testa.

vi. Ne quid in loco sacro fiat.

Interposito titulo superiori occasione illorum titulorum, scilicet Quorum bonorum, & Quorum legatorum, reddit ad propositam materiam, scilicet, Ne vis fiat ei, & c. scilicet ad prohibitoria interdicta: & primò de dignioribus, est enim hæc causa diuisi iuris. §. de interd. l. ij. §. j. Sacer autem locus est, qui ritè per Pontifices Deo cõsecratus est: Inst. de re. diui. §. nullius. verba edicti hæc sunt: In loco sacro facere, inue cum immittere quid, veto. Et pertinet ad ea quæ in loco sacro fiunt deformitatis, vel incommodi causa: non si ornamenti causa. Extenditur etiam ad res sanctas, vt sunt muri, itemque portæ ciuitatis Romanæ, & in aliis sanctis locis, vt in muris municipiorum aliqui facere, quo damnatum aut inmodum, irrogetur non permittitur. Itaque neque muri, portæve habitari sine permissu principis propter fortuita incendia possunt. j. l. fi.

Sacer locus.

vii. De locis, & itineribus publicis.

Cuilibet in publicum petere permittendum est id quod ad vsum hominum pertinet: veluti vias publicas, itinera publica. Et idèd quolibet postulante, de his interdictum redditur. Iter autem publicum, via militaris dicitur: Vicinalis autem dicitur, vbi priuati conferunt ex agris suis. De triplici genere viarum habetur j. tit. prox. l. ij.

Iter publicum. Vicinalis via.

Ne

VIII. *Ne quid in loco publico, vel itinere fiat.*

Superiori titulo specialiter, hic generaliter in omni publico loco dicitur: ut infra eod. l. ij. §. publici. vel superior titulus preparatorius est, nec est ibi aliquod interdictum: hic autem quatuor proponit, Primum in l. ij. in princ. Secundum in §. ait prator. & sunt prohibitoria tantum. Tertium in §. prator ait, & est restitutorium. Quartum in §. fin. & est prohibitorium. In loco igitur publico prator prohibet ædificari, & interdictum proponit. Verba interdicti hæc sunt: Ne quid in loco publico facias, in ve eum locum iramittas, qua ex re illi quid damni datur præter quam quod lege, senatusconsulto, edicto, decretove principum tibi concessum est: De eo, quod factum erit, interdictum non dabo, restitutorium videlicet. Ratio huius interdicti est, quia loca publica priuatorum vsibus deseruiunt, iure scilicet ciuitatis: non quasi propria cuiusque priuati hominis, id est, iure feruituris. Et tantum iuris habemus ad obtinendum vsum publicum, quantum quislibet ex populo ad prohibendum habet. Et appellatio Publici loci continet areas, insulas, agros, vias publicas, itineraque publica. Viarum quædam publicæ sunt, quædam priuatae, quædam vicinales. Publicas vias dicimus, quas Græci basilicas, nostri prætorias, alij consulares vias appellant. Priuatae viæ sunt, quas Agrariis quidam dicunt. Vicinales viæ sunt, quæ in vicis sunt, vel quæ in vicos ducunt. Et pertinet hoc interdictum ad vias rusticas tantum: ad vrbicas verò non: harum enim cura pertinet ad magistratus.

IX. *De loco publico fruendo.*

Interdictum hoc publicæ vtilitatis causa proponi palàm est: tuetur enim prator vectigalia publica, dum prohibetur quis vim facere ei qui id fruendum conduxerit. Verba edicti hæc sunt: Quo minus loco publico quem is, cui locandi ius fuerit, fruendum alicui locauit: ei qui conduxerit, sociòve eius, ex lege locationis frui liceat, vim fieri veto. Ultra legem autem, vel contra legem locationis, non debet audiri qui frui desiderat. Solet tamen concedi, vt imagines, & statuae, quæ ornamento Reipub. sunt futuræ, in publicum ponantur.

X. *De via publica, & si quid in ea factum esse dicatur, & de adibus curulibus.*

Ædiliū curulū cura. Studeant ædiles curules eas quæ secundum ciuitates sunt vias, vt adæquentur, & effluuiones non noceant domibus, & potestatem faciant vbicunq; oportet. Et vt parietes domorum

efficiantur ne labiles sint. Curent etiam, vt nullus effodiat vias, neque subruat, neque construat in viis aliquid: vias reparant, aquæ ductus purgant quæ subditiò, id est, cælo sunt. Studeant vt ante ergasteria nihil profectum sit, vel propositum, præterquam si fullo vestimenta siccet, aut tector trochos, id est, rotas exterius ponat. Non permittant rixari in viis, neque stercorea proicere, neque morticina, neque coria iacere.

XI. *De via publica, & itinere publico reficiendò.*

Titulus iste non ad aliud pertinet, nisi quòd qui viam publicam reficiet, videbatur aliquid facere: sed hoc facere non est prohibitum. Dicit ergo de via publica qualiter reficiatur, & amittatur: præterea hic titulus de via vrbana & rustica, sed superior tit. ij. tantum de rustica, & ideò non superfluit hic tit. Verba edicti hæc sunt: Quo minus illi viam publicam iterve publicum aperire, reficere liceat, dum ne ea via, idve iter deterius fiat, vim fieri veto. Viam aperire, est ad veterem altitudinem, latitudinemq; restituere. Sed & purgare refectionis portio est: purgari autem propriè dicitur ad libramentum proprium, id est, modum, vel pulchritudinem redigere, sublato quod superest. Reficit autem & qui aperit, & qui purgat, & omnino qui in pristinum statum deducunt. Et dabitur hoc interdictum perpetuò, & omnibus, & in omnes. Et habet condemnationem in id quod actoris intererit.

XII. *De fluminibus, & ne quid in flumine publico, ripave eius fiat, quo peius nauigetur.*

Flumè à Riuo magnitudine discernitur, aut æstimatione vel opinione circumcolentiù. Fluminum quædam sunt perennia, quædã torrentia Perenne est: quod semper fluit, Torrens est, quod tantum hyeme fluit. Fluminum quædam publica sunt, quædam non. Publicum flumen, vt Cassius definit, est quod perenne, id est, perpetuum est, & si iam non omni tempore fluat, quia forrè æstate aliqua exaruit. Verba edicti hæc sunt: Ne qd in flumine publico, ripave eius facias, ne quid in flumine ripave eius immittas, quo statio, iterve nauigij deterius fiat. Ripa est id, quòd flumen continet, naturalè rigorè cursus sui tenens. Stationem dicimus à stando: is igitur locus demonstratur, vbicunq; naues tutè stare possunt. 7. de verb. sig. l. portus. Nauigium solemus dicere etiam ipsam nauem. Iter ergo nauigij id est, iter nauis. Nauigij appellatione etiam rates continentur, & cõnexiones trabium: quia plerunq; & ratium vsus necessarius est. Dicitur autè deterior statio

*Vid ap-
rire.*

Purgare.

Reficere.

*Publicus
locus.
Viamul-
tiplex.*

statio, iterque deterius fieri, si vltus eius corrumpatur, vel difficilius fiat, aut minor, aut rarior, aut si in torum auferatur. Ripa ea putatur esse, quæ plenissimum flumen continet.

XIII. *Ne quid in flumine publico ripave eius fiat, quo aliter aqua fluat, quam in priori æstate fluxerit.*

Differt à superiori tit. quia illud propter nauigij utilitatem, hoc propter agrorum, vel aliam quam nauigij, prohibet quicquam in flum. ne fieri. Item ille de nauigabili vel quasi: hic de omni fl. mine: vt infra. leg. j. circa pri. Item diff. re ab inter. ori quia hic prohibetur fieri in publico, in contra vetat fieri vim facienti. & vtenti. Verba edicti hæc sunt: In fl. mine publico, in ve ripa eius facere, aut in id flumen, ripamve eius immittere, quò aliter aqua fluat. quam in priori æstate fluxerit, veto. Et est indictum hoc interdictum, ne derivat. ionibus minus concessis flumina arescant, vel muratus aliquis vicinis aliquam iniuriam faciat, vel aff. rat: pertinet autem ad flumina publica, siue nauigabilia sunt, siue non. Et generaliter tunc interdicto hoc quis teneret, si muratur aquæ cursus per hoc quod factum est, dum depressior, vel altior fiat aqua, ac per hoc rapidior sit eum incommodo accolentium & si quid aliud vitij accolz ex facto eius qui conuenitur. sentient, interdicto locus erit.

XIII. *Vt in flumine publico nauigare liceat.*

Hoc interdicto prospicitur, ne quis in flumine publico nauigare prohibeatur. Sicut enim ei qui via publica vti. prohibetur interdictum supra positum est: ita hoc quoque proponendum prætor putauit. Sed si priuatum sit flumen, interdictum cessat. Verba edicti hæc sunt. Quo minus illi in flumine publico nauigare, ratem agere, quòve minus per ripam onerare exoneratve liceat, vim fieri veto. Item ait: vt per lacum, fossam, stagnum publicum nauigare liceat, interdicitur. Est autem Lacus, qui perpetuum habet aquam: Stagnum est, quod temporalem continet aquam ibi stagnantem: quæ quidem aqua plerumque hyeme congelatur. Fossa, est receptaculum aquæ manufactum.

xv.

De ripa munienda.

Ripas fluminum publicorum reficere, & munire, utilissimum est. Sicuti igitur de via publica reficienda interdictum positum est: ita etiam de ripa fluminis munienda proponendum fuit. Verba edicti hæc sunt: Quo minus illi in flumine pub

publico ripave eius opus facere, ripæ, agrive; qui circa ripam est, tuèdi causa liceat (dum ne ob id nauigatio deterior fiat) si tibi damni infecti in annos decem boni viri arbitrato, vel cautum, vel satisfidatum est, aut per illum non stat, quo minus boni viri arbitrato caueatur, vel satisfidetur, vim fieri veto. Merito adiicit, Dum ne ob id nauigatio deterior fiat. Illa sola enim resectio toleranda est, quæ nauigationi impedimento non est. Et licet ripæ, lacus, fossæ, vel stagni muniendi causa prætor nihil hic cauit: idem tamen erit obseruandum, quod in ripa fluminis munienda.

xvi.

De vi, & vi armata.

Primum Vi, ponitur hic in genere, secundum in specie. Et idem est dicere, sicut in C. vnde vi. De interdictis igitur quæ sunt prohibitoria expedito, nunc de restitutoris dicit: vt Instit. de interdict. §. j. Habet autem locum hoc interdictum, cum quis per vim possessionem soli amisit: vim dico expulsiuam, non compulsiuam. Si enim compulsus possessionem rerum tibi tradidero, cessat hoc interdictum, & datur actio Quod metus causa. §. eodem l. si rerum. Item vim dico, non legitimè admissam: qui enim expulsus est, si in continenti velit recuperare possessionem suam, potest quidem in continenti autoritate sua: nõ ex interuallo. §. eo. l. iij. §. cum igitur. Et accipe in continenti, id est, antequam ad alia extranea diuertat negotia. §. de verb. obliga. l. continuus. §. j. Sed & ille, qui nondum est adhuc expulsus, sed quem quis vult iniuste expellere, potest resistere vim inferenti, & propulsare vim illatam, ad defendendam possessionem: cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, id est, defensionis. Et eadem l. j. Quod autem defensio dicatur inculpatæ, & cum moderatione facta attenditur circa tria: primò, quòd fiat cum similibus armis: secundò, quòd in continenti: tertio, quod animo propulsandi iniuriam, non irrogandi. Verba huius edicti hæc sunt. Vnde tu illum vi deieicisti, aut familia tuâ deiecit: de eo, quòdque ille tunc ibi habuit tantummodo intra annum: post annum vero de eo, quod ad eum qui vi deiecit peruenerit, iudicium dabo. Et pertinet hoc interdictum ad solam atrocem vim: & ad eos tantum qui de solo deiciuntur: puta de fundo siue ædificio: ad aliū autem nõ pertinet.

xvii.

Vti possidetis.

Post interdictum Vnde vi, quod possessionem restituit, sequitur hoc, quod defendit. §. l. j. §. consequenter. & est interdictum

Lacus.
Stagnū.
Fossa.

dictum retinendæ possessionis. Habet autem locum hoc interdictum vti possidetis, in rebus immobilibus omnibus & solidum tamē talia sint, quæ possunt possideri. §. eo. l. j. §. pe. Non autem possidentur forum, basilica & res sacræ. §. de acqui. poss. l. j. §. vlt. Item habet locum hoc interdictum in incorporalib. vt in quasi possessione vsusfructus, vel vsus §. eo. l. vlt. vel aliarum seruitutum §. de seru. l. quoties. Verba edicti hæc sunt: Vti eas ædes de quibus agitur nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero possidetis: quo minus ita possideatis vim fieri veto. De cloacis hoc interdictum non dabo: neque pluris quam quanti ea res erit intra annum quo primum experiundi potestas fuerit, agere permittam. Causa huius interdicti fuit, quod separata esse debeat possessio à proprietate. Fieri enim potest, vt alter possessor sit, dominus non sit: alter dominus quidem sit, possessor non sit. Fieri etiam potest vt possessor idem & dominus sit. §. ea. l. §. huius. Quoties ergo inter litigatores est proprietatis cōtrouersia: aut conuenit inter litigatores, vter possessor sit, vter petitor: aut nõ conuenit: si conuenit, absolutum est: ille possessoris commodo, quem conuenit possidere: alter petitoris onere quaeritur. Sed si inter ipsos contendatur, vter possideat, fingatur se magis possidere affirmat: tunc si res soli sit, in cuius possessione contenditur, ad hoc interdictum remittentur, quod vulgò Vti possidetis appellatur: & datur huius rei causa, ne vis fiat ei qui possidet.

XV III. De superficiibus.

Simile est superiori interdicto: vt §. ea. l. §. proponitur. Hoc interdicto tuetur prætor eum, qui superficiem defendit, id est, materiem ædificij sine solo. Verba interdicti hæc sunt, Vti ex lege locationis siue conductionis superficie, qua de agitur, nec vi nec clā, nec precario alter ab altero fruamini: quo minus ita fruamini, vim fieri veto. Si qua alia actio de superficie postulabitur causa cognita iudiciū dabo. Omnia quæ in Vti possidetis interdicto seruantur, hic quoque seruantur. Appellamus autem Superficiarias ædes, quæ in conducto solo positæ sunt, quarum proprietas & ciuili, & naturali iure eius est, cuius & solum: & idem si emi fundum, non tamen vt soli dominium transeat: sed sola licentia habendi & tenendi superficiem. §. l. j. §. qui superficiem. Est ergo Superficiarius dominus vt iliter, non iure directo, & habet in rem: vt no. l. j. §. qui superficiem. in si.

Superficiaria
ædes.

XIX. De itinere actiue priuato.

Superiori titulo de possessione rerū corporalium retinēda, hic de possessione rerū incorporaliū. Et est hoc interdictum prohibitorium pertinens ad rusticas tantummodo seruitutes. Verba interdicti hæc sunt: Quo itinere, actiue priuato de quo agitur, vel via hoc anno, nec vi, nec clā, nec precario ab illo vsus est quo minus ita vtaris, vim fieri veto. Hoc interdicto prætor tantum inquirat, an itinere, actiue hoc anno vsus sit, non vi, non clam, non precario, & in hoc tuetur eum, licet eo tempore, quo interdictū redditur, vsus non sit. Siue igitur habuerit ius viæ, siue non habuerit: in ea cōditione est, vt ad tuitionē prætoris pertineat. Si modò hoc anno vsus est, vel modico tempore, id est, non minus quam triginta diebus. Neque enim ad præsens tēpus refertur vsus: quia plerunq; itineribus, vel via nõ semper vtimur, nisi cūm vsus exegerit. Itaque anni temporis spatio conclusit vsus.

XX. De aqua quotidiana & æstiuæ.

Vsus aquæ, sicut itineris, est quædam quasi possessio. Ideoque hæc sicut illam, prætor tuetur interdicto reddito. Et est hoc interdictum prohibitorium, & interdū restitutorium, pertinet ad aquā quotidianā. Duo autē sunt genera aquarum: Quotidiana, & æstiuæ: quotidiana ab æstiuæ differt vsu, non iure. Quotidiana aqua ea est, quæ duci assidue solet, vel æstiuo tēpore, vel hyberno, etiāsi aliquando ducta nõ est. Non enim ideò quotidiana dicitur, quia quotidie ducitur: sed ea qua quis quotidie possit vi, si velle: quanquam, quotidianam interdum hyeme ducere non expedit, etsi possit duci. Æstiuæ autem ea est, qua æstate sola vii expedit: sicut diximus vestimenta æstiuæ, salus æstiuos, castra æstiuæ, quibus interdum etiam hyeme, plerumque autem æstate vtamur. Et generaliter ex proposito vtentis, & ex natura locorum, aqua æstiuæ à quotidiana discernitur. Nam si sit talis aqua, quæ perpetuò duci possit: ego tamen ea sola æstate vtar, dicendum est, hanc aquam esse æstiuā. Rursus si talis sit aqua, quæ non nisi æstate sui natura duci possit, æstiuæ diceretur. Et si ea sint loca, quæ natura nõ emittant aquam nisi æstate, dicendum erit rectè æstiuam dici. Verba interdicti hæc sunt: Vti hoc anno aquam de qua agitur, nec vi, nec clam, nec precario ab illo duxisti: quo minus ita ducas, vim fieri veto. Hoc anno, prætor dicit, hoc est, non quotidie: sed hoc anno vel vna die, vel vna nocte. Et loquitur prætor de ea sola aqua

Aqua
quoti-
diana.

Aqua
æstiuæ.

quæ perennis est: nulla enim alia duci aqua potest, quam quæ est perennis infra l. j. §. loquitur.

xxi. *De riuu.*

Parum prodesse ius aquæ, de qua supra dixit, nisi liceret purgare riuu: nec tam necessaria est refectio itineru, quam riuorum: quia non refectis riuus, omnis vsus aquæ auferretur, & homines siti necarentur: & sanè aqua peruenire, nisi refectio riuo, non potest. At non refectio itineris difficultas tantum eundi, agendi que fieret, quæ temporibus æstiuus leuior esset. le. fi. infra eo. Ideo hoc interdictum uilissimum est: nam nisi permittatur alicui reficere, alia ratione vsus incommodabitur. Verba edicti hæc sunt: Riuos, specus, septa reficere, purgare aquæ ducendæ causa, quo minus liceat illi, dum ne aliter aquam ducat quam uti priori ætate: non vi, nõ clam, non precario à te duxit, vim fieri veto. Riuus, est locus per longitudinè depressus, quo aqua decurrat. Specus, locus est ex quo despicitur, inde Spectacula sunt dicta. Septa sunt ea, quæ ad incile opponuntur aquæ compellendæ deriuandæ uel ex flumine causa: siue ea lignea sunt, siue lapidea, siue ex alia qualibet materia sunt ad continendam, transmittendam que aquam excogitata: quæ appellamus Sclusam. Incile autem est locus depressus ad larus fluminu, ex eo dictus quod incidatur: inciditur enim vel lapis, vel terra, unde primum aqua ex flumine agi possit. Sed & fossæ, & putei hoc interdicto continentur. Reficere, est quod corruptum est, in pristinum statum restaurare. Et sunt uerba reficiendi, tegere, substruere, sarcire, ædificare: Item aduehere, apportare que ea, quæ ad eandem rem opus est continentur. Purgandi uerbu ad eum riuum pertinet, qui refectioe indiget. j. l. j. §. purgandi.

xxii. *De fonte.*

Seruitutes non tantum aquæ ducendæ esse solent, uerum etiam hauriendæ: & sicut discretæ sunt seruitutes ductus aquæ, & haustus aquæ: ita interdicta separatim redduntur. Et proponitur hoc interdictu ei qui fontana aqua uti prohibetur. Verba edicti hæc sunt: Vti de eo fonte, quo de agitur, hoc anno aqua nec vi, nec clam, nec precario ab illo vsus es: quo minus ita utaris, vim fieri veto. De lacu, piscina, puteo, item interdiciam. Hoc interdictum locum habet, si quis prohibeatur uti aqua: hoc est, siue haurire prohibeatur, siue etiã pecus ad aquæ appellere. Hoc interdictu de cisterna nõ cõpetit. Nam cisterna non habet perpetuã clausam, nec uiuam

Riuus.
Specus.
Septa.

Incile.

Reficere.

uiuam habet aquam: ex quo apparet, in his omnibus exigendum, ut uiua aqua sit: cisternæ autem imbribus concipiuntur. Coercere aquam, est continere sic, ne desinat, uel dilabatur: dummodo nõ permittatur alicui nouas uenas quercere, uel apertire. is enim inuouat aliquid præter id, quo præcedenti anno vsus est. Sed & de lacu, puteo, piscina reficiendis, purgandis, interdictu cõpetit. Et omnibus personis dabitur, quibus permittitur interdictu de aqua æstiuã. j. eod. l. j. §. fi.

xxiii.

De cloacis.

Cloacæ indigent purgatione, sicut riuus, ut fætor cesset, & commoditas ueniat. Hoc interdictum propositum est de cloacis priuatis: publicæ enim cloacæ publicam curam mētentur. Cloaca autem est locus concauus, per què colluuiæ quædam fluat. Curauit autem prætor per hæc interdicta, ut cloacæ, & purgentur, & reficiantur: quorum utrumquè & ad salubritatem ciuitatum, & ad tutelam pertinet. Nam & cœlum pestilens & ruinam minantur immuditæ cloacarum, id est, si non reficiantur. Verba interdicti hæc sunt: Quo minus illi cloacam quæ ex ædibus eius in tuas pertinet ædes, qua de agitur, purgare, reficere liceat, vim fieri veto: damni infecti, quod operis uitiõ factu sit, caeteri iubebo. Duo sunt interdicta sub hoc titulo: unum prohibitotium, quo prohibetur uicinus uim facere, quo minus cloaca purgetur, & reficiatur. Alterum restitutoriu, ubi dicitur quod in cloacam publicam factum siue immisissum habes, quo vsus eius deterior sit, restituatur. Item ne quid fiat, immutetur uel, interdiciam. Quod ex ædibus eius in tuas pertinet, &c. hoc est, dirigitur, extenditur, peruenit. Et tam ad proximum uicinum hoc interdictu pertinet, quam aduersus ueteriores, per quorum ædes cloaca currit. Imo potest in uicini ædes uenire, & rescindere pauimenta, purgandæ cloacæ gratia: dum tamen paratus sit restaurare id, quod ex necessitate reficiendæ cloacæ causa rescindat. j. l. j. §. quod ait prætor.

xxiiii.

Quod vi, aut clam.

Superiora interdicta respiciunt futuru tempus: hoc præteritum. Vel sic, Diximus supra separatim de uis tam præterita, ut uide vi, quam præsentis, ut uis possidetis, uel de quodam misto scilicet tam de uis, quæ pro eo quod clam factum est, quam pro præterito, & præseti datur: ut j. eod. l. is qui. §. quod ait prætor, & qualitercumque sit factum, agitur quod uis aut clam. infra eod. is qui in pureum. in priõ. Item de uis, tractatur

Coercere
aquam.

Cloacæ.

vsque ad §. clam. in l. ij. postea de Clam, vsque ad §. hæc verba in l. v. & ibi exponit quod factum est. Et est interdictum hoc restitutorium, per hoc occursum est calliditati eorum qui vi, aut clam quædam moliantur: iubentur enim restituere ea. Verba edicti hæc sunt: **Quod vi aut clam factum est** quæ de re agitur, id cum experiundi potestas erit, restituas. Et pertinet ad sola opera, quæ in solo vi, aut clam facta fuerint. Vi factum videtur, si quis contra quam prohiberetur fecerit: vt si quis contra restitutionem, denuntiationemque fecerit, vel si cum scires se prohiberi, per vim molitus est, ne prohiberi possit. §. l. j. §. quid sit. Clam facere videtur, qui celauit aduersarium, neque ei denuntiauit, si modò timuit eius controuersiam, aut debuit timere. Seruius etiam cum clam facere ait, qui existimare debuit sibi controuersiam futuram: quia non opinionem eius, & resupinam æstimationem sequi oportet, ne melioris conditionis sint stulti quam periti l. iij. infra eod. Hæc verba, **Quod vi aut clam factum est**: ita exponuntur, quod tu, aut tuorum quis fecerit aut tuo iussu factum est. §. l. aut qui. §. hæc verba.

xxv. De remissionibus.

Sicut nuntiatio parit interdictum, Quod vi aut clam, vt supra diximus: ita et remissio tollit, vt supra tit. j. leg. si alius, §. j. Et ponuntur sub hoc titulo, remissiones faciendæ ei cui nuntiarum est. Et sunt tres, vna ex conuentione: alia à iure, quando scilicet tenuit nuntiatio: & tertia quando non tenet, quia potest sperni: nam tunc lex habet pro remissa. Et verba prætoris ostendunt remissionem tunc factam valere, vbi nuntiatio non tenet. Nuntiationem autem tunc prætor voluit valere, vbi ius est nuntianti prohibere, ne se inuito fiat. Sed si non habet ius nuntiandi, siue satisfactio interueniat, quo casu sit remissio ipso iure, siue nõ, remissio facta ex conuentione vel etiam Iudice, hoc tantum remittit, in quo non tenuit nuntiatio cum effectu. Is habet ius nuntandi noui opus, qui aut dominium, aut seruitutem habet. Verba edicti hæc sunt: **Quod ius sit illi prohibere, ne se inuito fiat**, in eo nuntiatio tenet: cæterum nuntiationem missam facio.

xxvi. De precario.

Precarium. Precarium est, quod precibus petenti vtendū conceditur, tamdiu, quamdiu is qui concessit patitur: quod genus liberalitatis ex iure gentium descendit. Et distat à Donatione, eo quod qui donat, sic dat, ne amplius recipiat, supra de donat.

tat l. j. in prin. Qui precariò concedit, sic dat, quasi tunc recepturus, cum sibi liberit precariò soluere. §. l. ij. & l. & habet. & l. cum precariò. Et est simile Commodato. Nam & qui commodat suam rem, sic commodat, vt non faciat rem accipientis, sed vt ei vti re comodatæ permittat. Differt tamen à commodato, vt diximus supra commod. Verba edicti hæc sunt: **Quod precariò ab illo habes, aut dolo malo fecisti, vt defineres habere, quæ de re agitur, id illi restituas.** Hoc interdictum restitutorium est & naturalem habet in se æquitatem. Namque precarium reuocare volenti competit. Est enim natura æquū, tandiu te liberalitate mea vtī, quamdiu ego velim: & vt possim reuocare, cum mutauero voluntatē. Habere autem precariò videtur, qui possessionem, vel corporis, vel iuris, id est, rei incorporalis, puta seruitutis adeptus est ex hac solūmodo causa, quod precibus adhibuit, & impetrauit precibus, vt sibi possidere, aut vt liceat: veluti si me precariò rogaueris, vt per fundum meum tibi ire vel agere liceat: vel vt in rēctum, vel aream ædium mearum stillicidium, vel tignum in parietem immisillum haberes. §. l. ij. §. fin. & l. sequent.

xxvii. De arboribus cadentibus.

Hoc interdictum competit non solum domino ædium, sed etiam ei, qui vsum fructum habet, quia etiam ipsius interest arborem istam non impendere. Nam nisi dominus adimat arborem, quæ alienis ædibus impendat, permittitur ei, cui arbor officit vt si veller succideret eam, lignaque tolleret. Verba edicti hæc sunt: **Quæ arbor ex ædibus tuis in ædes illius impendet: si per te fiat, quod minus eam adimas: tunc quod minus eam illi arborem adimere sibi que habere liceat, vim fieri veto.** Et est hoc interdictum prohibitorium. Arboris appellatio ne etiam vites continentur. §. arbor fuit. cæf. leg. vitem. in prin.

xxviii. De glande legendâ.

Glandis nomine omnis fructus continetur. §. de verb. sig. l. qui venenum. §. glandis. & per hoc edictum datur licentia domino legendi glandem, id est, quemcunque fructum ex arbore sua in fundum vicini cadentē. Verba edicti hæc sunt: **Glandem quæ ex illius agris in tuum cadit, quod minus illi tertio quoque die legere, auferre liceat vim fieri veto.** Et computantur, primus, secundus, & tertius dies ab eo tempore, quo cecidit glans. Et ideo ponit de tertio, quia collectio

Commodato.

Precario habere:

Arboris appellatio.

glandis vix durat aut tertium diem, nam citius colliguntur: vel quia duobus aut tribus diebus evertuntur in terram, vt nulli eorum nomine competeret actio, cum sine dolo tuo fructus esse in rerum natura desierit. Non quia interdictum tam breui sopiatur tempore: nam intra annum duraret, si fructus staret, & plus. j. de act. & obli. l. in honorariis. Sed si dolo desisset habere, tunc intra annum teneretur. s. de prescrip. verb. l. qui seruandarum. s. fi. Et est utilitas huius edicti secundum Azon. quia necessitas imponitur ei, in cuius terram cecidit, vt singulis tribus diebus semel liceat auferre: & sic exponitur quoque, id est, singula tertia die gloss. pen. j. cod.

xxxix. De libero homine exhibendo.

Hoc interdicitur proponitur tuenda libertatis causa, videlicet, ne homines liberi retineantur à quoquam. Neque enim multum à specie seruientium differunt, quibus non datur facultas recedendi. Verba edicti hæc sunt: Quem liberum hominem dolo malo retines, exhibeas. Verbum liberum, ad omnem liberum hominem pertinet, siue pubes sit, siue impubes: siue masculus sit, siue femina: siue vnus, siue plures: siue sui iuris sit, siue alieni. Hoc enim tantum spectamus: an liber sit. Exhibere est in publicum producere, & videnti, tangendique hominis facultatem præbere: proprie autem exhibere, est extra secretum habere. leg. iij. §. ait prætor. infra eod. Hoc interdicitur omnibus competit. Nemo enim prohibendus est libertati fauere. supra ad exhib. l. si liber. Et cum hoc interdicto concurrat etiam accusatio legis Fauie de plag. infra ad leg. Fau. l. non statim. & C. ad leg. Fau. l. si fratrem. & versa vice, qui agit Fauia, poterit nihilominus hoc interdicitum habere. l. iij. in prin. infra eod.

xxx. De liberis exhibendis, seu deducendis.

Hoc interdicitur proponitur aduersus eum quem quis exhibere desiderat, eum, quem in potestate sua esse dicit: & competit ei, qui in potestate habet. Neque curat prætor cur apud eum sit, qui exhiberi debet, quemadmodum in superiori interdicto: sed omnimodo restituendum putauit, si in potestate est. Verba edicti hæc sunt: Qui, quæve in potestate Lucij Titij est, si is, eaque apud te est: dolo malo tuo factum est quod minus apud te esset: ita eum, eamve exhibeas. Hoc interdicitur, priuatum & perpetuum est: siue quis iuris tuendi comparatum, vt filius exhibeatur. Est & aliud interdicitum hoc titulo, scilicet de Liberis deducendis: & datur eis, & in

cos,

eos, quibus & in quos datur superius: sed datur ad aliud, scilicet vt quia possit ducere eos in quos habet ius ductio- nis, id est, qui sunt in potestate sua. Et tamen notandum in hoc interdicto, & in notione prætoris, quam pater habet, quod si potest, agit pro filio impubere ducendo, alias differ- tur res in tempus pubertatis, alias repræsentatur: idque ex persona eorum, inter quos erit controuersia, & ex genere causæ constituendum est. Nam si is qui se patrem dicit, au- toritatis, prudentiæ, fidei exploratæ esset, vsque in diem litis impubere apud se habebit. Is verò qui controuersiam faci- cit, si humilis, calumniator, notæque nequitæ sit, repræsen- tanda cognitio est.

xxxi.

Vtrobi.

De possessione rerum mobilium habet locum hoc inter- dictum. Sed eius vis exæquata est interdicto Vti possideris: quod de rebus soli competit, vt is hoc interdicto vincat, qui nec vi, nec clam, nec precario dum super hoc ab aduersario inquietatur, possessionem habeat. Verba edicti hæc sunt: Vtrobi hic homo, de quo agitur, maiore anni parte fuerit, quod minus is eum ducat, vim fieri veto. Vtrobi exponitur, id est, apud quem: & comperitur ex vtrum & ibi: & sic vtrum, pro apud, & vbi pro quem. Is autem ex duobus potior erat in hoc interdicto, qui maiore parte anni possederat. Sed hodie qui possidet tempore litis contestat, potior est. Institur. de interd. §. sed hodie & C. cod. l. j.

xxxii.

De migrando.

Hoc interdicitur De migrando, id est, recedendo, propo- nitur inquilino, qui soluta pensione vult migrare, id est, exire, vel recedere cum rebus suis: potest ergo inquilinus liberè per hoc interdicitum cum rebus suis de habitatione migra- re, si tamen locatori satisfaciatur de pensione, & de damno, si quod in domo conducta dederit. Colono autem non datur hoc interdicitum, sed alias extra ordinem officio iudicis ei subuenitur: si velit, non dico migrare, sed colonarium post exactum tempus constitutum derelinquere. j. l. j. §. j. Verba edicti hæc sunt: Si is homo, quo de agitur, non est ex his re- bus, de quibus inter te locatorem & actorem (id est, inquilin- um) conuenit, vt quæ in eam habitationem, qua de agitur introducta, importata, ibi nata, factæve essent, ea pignori tibi pro mercede eius habitationis essent: siue ex his reb. esset, & ea merces tibi soluta, eoue nomine satisfactum est, aut per

Migrare.

Liber.

Exhibe-
re.

Lex Fa-
uia.

Vtrobi.

te stat quò minus soluatur: ita quo minus ei qui pignori nomine eum induxit, inde abducere liceat, vim fieri veto. Et datur hoc interdictum inquilino etiam de his rebus, quæ non ipsius sunt: sed fortè commodatæ ei, vel locatæ vel apud eum depositæ sunt. infra l. fin.

XXXIII. De Saluiano interdicto.

Saluianum.

Saluianum interdictum datur locatori fundi rustici contra colonum, & eius heredem: vile verò datur eis contra extraneum possessorem pro adipiscenda possessione eorum quæ tacite locatori sunt obligata. j. l. j. & C. eo. l. j. & 3. de inter. l. ij. §. hoc autem. Et est hoc interdictum adipiscendæ possessionis comparatum, eoque vitur dominus fundi de rebus colonis, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset. Insti. de inter. §. interdictum quoque, & sufficit tacitum patetum. C. locat. l. certi iuris. Differt autem hoc interdictum à Seruiana: quia in Seruiana oportet locatorem probare colonum fuisse interdictum tempore obligationis. 3. de pign. l. j. §. cum prædiu. Sed interdicto isto sufficit, si probet ipsum possedisse j. l. j. vt dicit gl. in d. §. interdictum. & Inst. de act. §. item Seruiana. Et sicut Seruiana, vel quasi Seruiana dicitur à seruando, vt ibi: ita & Saluianum à saluando, id est retinendo dicitur. Omne enim ius aut in acquirèdo, aut in seruando, vel saluando, aut in amittendo consistit. 3. de leg. & sen. con. l. fin.

LIBER XLIV.

Et sextus huius.

Tit. I. De exceptionibus, seu præscriptionibus, & præiudiciis.

Exceptio.
Replicatio.
Duplicatio.
Triplicatio.
Quadruplicatio.
Dilatatio.

Exceptio dicta est, quasi quædam exclusio, quæ interponi actioni cuiusque rei solet, ad excludendum id, quod in intentionem condemnationis deductum est. Sicut autè Exceptio actorem excludit, ita Replicatio reum. Nam Replicationes nihil aliud sunt, quàm exceptiones, & à parte actoris veniunt: quæ quidè ideò necessariæ sunt, vt exceptiones excludant, vel oppugnent. Sed contra replicationem solet dari Duplicatio, & contra duplicationem Triplicatio, & contra triplicationem Quadruplicatio: & deinceps multiplicantur nomina, dum aut reus aut actor obiicit. j. l. ij. §. j. Exceptiones quædam dilatoriæ, quædam petemptoriæ. Dilatoria est, quæ differt actionem, veluti procuratoris exemplum: nam qui dicit, nò licere procuratori nomine agi, non profusus litem inficiatur, sed personam cuitat. l. ij. §. si. j. eod. Perpetua

Perpetuæ & petemptoriæ sunt quæ semper locum habent, nec Perpetuari possunt: qualis est Doli mali, Rei iudicatæ, & si quid tua. contra leges senatusve cõsulta factum esse dicitur. Itè pacti Peremptoriæ de non petendo & de variis exceptionibus est, gl. Inst. eo. §. pto. appellatur, & gl. ij. q. vj. si quis episcoporum, & in c. exceptionum. de except. Præscriptio secundum quosdam est exceptio ex tẽpore causam trahens: Vel fortè, ita diffinitur Præscriptio longi temporis sicut & vsucapto triennij, nam per vtramque acquiritur dominium: licet per primam directum, per istam vile. Et est inducta præscriptio longa, considerata vtrinque causa, id est, ex parte possidentis fauore, & ex parte eius qui non petit odio. Locum autè habet ista præscriptio longa in reb. immobilibus, nò in reb. mobilibus: nisi in seruo rustico, qui cum sit glebæ portio, cum gleba (vt ait Pla.) vel etiam sine gleba, secundum Azo. præscribitur: vt infra de diuers. & temp. præscrip. lon. Et exiguntur in præscriptione ea quæ 3. de vsuca. diximus. De præiudicialibus autem exceptionibus, vel præiudicialibus actionibus habetur infra. l. fin. post. & l. fundum. & Inst. de act. §. præiudiciales.

III. De diuersis, & temporalibus præscriptionibus, & de accessionibus possessionum.

Quia tractatus de vtilibus diebus frequens est, videamus quid sit experiundi potestati habere. Et quidem in primis exigendum est, vt sit facultas agendi per se, vel per alium. Item quod habeat potestati conueniendi eum per se, vel per alium respondentem: & ius reddendi copiam Et ita intelligitur quod dicitur, tempora vsucapionis esse vtilia, præscriptionis verò continua, vt dicit gl. Inst. de vsucap. in princ. Diuersæ autem sunt præscriptiones: quædam vnus diei, aliæ duorum, vt j. de app. l. a sententia. §. si. & quædo app. sit. l. j. §. biduum. Quandoque triu. C. de iudic. l. fin. Et hoc prosequi vltieris, magis laboriosum est quam subtile. Versus, Quærite quos agrat labor atque alias reperite De vsucapione tamè triennij dic, quod per eam quæritur dominiu. C. de pact. l. traditionibus. dummodo quatuor interueniant, s. bona fides, & titulus, & quòd res non sit vitiosa & quòd possessio sit continuata vsque ad vltimam diem quæ retigisse sufficit: & idem in præscriptione x. vel xx. ann. j. eo. l. in vsucapione. Secus in præscriptione scilicet personaliu actionu, vt j. de act. & obl. l. in omnibus. Item per præscriptionem x. vel xx. ann. non quæritur dominium, vt dicit gl. hic super Rub. no. C. de bon. ma. Authen. ibi pofira.

posita. Item vsucapio non interruptitur litis contest. quod secus est in præscriptione: quod dic vt nor. s. de rei vend. l. si post acceptu. Item per prescriptione xxx. an. non inducitur nisi exceptio: quia tempus nõ est modus, &c. j. de act. & obl. l. obligationu ferè. s. placet. Sunt & alia præscriptiones diuersa. Sed notandũ, quod quãdã præscriptiones habet continua tẽpora, sicut generaliter omnes, nisi specialiter inueniamus lege cautũ contra: scilicet quodd sit. Alia vtilia: & hæc subdividũtur, quia quãdã ad sui principiu, & processum, ad quod sunt tria necessaria, vt diximus s. in prin. Alia ad sui principiu tantum: vt s. de calum. l. annus. & s. de ædil. edict. l. cum sex. & s. de adult. quinquenniũ. De accessionibus autẽ possessionum nihil in perpetuum, id est, generaliter definite possumus: consistũt enim in sola æquitate: & tribuũtur his, qui in locũ aliorum succedunt, siue ex contractu, siue ex voluntate vltima. Et diutina possessio, quæ prodesse cœperat defũcto, etiã hæredi prodest: & generaliter in vsucap. & præscriptio, continuantur tẽpora in vniuersalẽ & particularem successorem. Inst. de vsucap. s. diutina. & j. l. de accessionibus.

IV. De doli mali, & metus exceptione.

Idẽ hanc exceptionem prætor proposuit, ne cui dolus suus per occasionem iuris ciuilibus contra naturalem æquitatem proficit. Quando autem dolo quid factum dicatur, ex facto, id est, ex qualitate facti intelligitur. C. de rec. ven. l. dolus. Et fit dolo tam in contractibus: vt s. de act. empt. l. Iulia. s. si venditor. & s. seq. quàm in testamentis edenidis, vel supprimendis: vt C. si quis ali. test. proh. l. j. & l. ij. & C. ad l. Corn. de fal. l. eum. quam etiã in legibus condendis, vel interpretandis, vel cancellandis, vt faciebat quidam Falco Papiensis: vt dicit gl. in l. j. in fi. j. eo. & temporibus nostris Bal. fecisse fertur. Et proposita est hæc exceptio ex eadem causa, ex qua proposita est actio de dolo. Generaliter autẽ dicendum est, ex omnibus in factum exceptionibus oriri exceptionem doli: dolo enim facit, quicunque id, quod qualibet exceptione elidi potest petit. l. ij. s. generaliter. j. eo. Et vt dicit gloss. in l. qui se debere. ff. de cond. ob. causam. Exceptio doli est quadruplex: Vna quæ oritur tempore contractus, vt si dolo induxisti me ad præmittendum tibi decem. Secunda, quæ succedit in locũ non numeratæ pecunie. Tertia, quæ succedit in locum pacti & iurifurandi. Quarta quæ succedit in locum facti, siue intentionis. Et est exceptio

Accessiones.

Possessio diutina.

Dolo quã factum.

Exceptio doli quadruplex.

doli, exceptio eius, cui opponitur personalis: vt contra dolum tantummodo opponatur, & non contra alium non committentem dolum: sed ex parte opponentis est in rem: vt est text. in l. ij. s. j. eo. tit. Et in probando articulo doli duo debent deduci: videlicet dolum fuisse adhibitum in tali re subpetita. Et per ipsum auctorem fuisse dolum commissum. l. ij. s. j. vers. debet igitur. De exceptione metus hæc repetere potes id quod s. quod me. caus. traditum est.

V. Quarum rerum alio non datur, & de exceptione iurifurandi.

Actio quandoq; à principio non nascitur, vt in turpibus: vt infra de verb. obl. l. generaliter. & l. seq. Quandoq; nascitur, sed inefficax est: vt cum dolus vel metus interuenit: vt C. de inut. stip. l. dolo. Quandoq; efficax, sed postea fit inefficax, vt per pactum, vel similem causam: vt supra tit. j. & ij. iij. & iij. non ergo de omnibus hic titulus dicit: sed de quibusdam & inordinatè. Exceptio autem iurifurandi vicem rei iudicatæ obtinet, & non immerito: cum ipsemet aduersariũ suum iudicem de causa sui fecerit, deferendo ei iuramentum. infra l. j. in princip. & idẽd post iurandũ nihil aliud queri debet, nisi iuratum fuerit. Inst. de actio. s. item cum quis aduersario. Exceptio enim iurifurandi licet actionem non tollat, eam tamen elidit. Inst. de exceptio. s. quæ, vbi plenè de hac exceptione.

VI. De litigiosis.

Suprà de exceptionibus, inter quas exceptio quæ propter contractũ super re litigiosa iniriũ competit, idẽd de ea. Est autem litigiosa res mobilis, vel immobilis, vel se moues, de cuius dominio causa mouetur inter petitorẽ & possessorẽ: aut per iudiciariã cõventionẽ, aut per preces principi oblatas & iudici insinuatæ, ac per eũ aduersario interpellatoris cognitas: vt in Authen. de litig. in rubro. Nec requiritur litis cõtest. ad hoc, vt dicatur res litigiosa: sed sufficit reo dari libellum, & insinuari petitionẽ secundum Azo. Pœna autem ementis rem litigiosam hæc est iure veteri: quia si petat eam rem ab eo qui nouit litem, datur contra eum & hæredẽ eius exceptio: si tamen emptor sciebat litigium cum emit per se: hodie verò & danti & accipienti alia imponitur pœna: illi enim qui accipit emptionis vel donationis titulo, vel ex quolibet alio contractu rem litigiosam, siquidem sciebat eam litigiosam, non tantum cogitur reddere, sed etiam priuarur

priuatur pretio, quod necesse habet dare fisco. Nec enim cedit lucro alienantis: imo ipse tantumdem de suo necesse habet fisco præstare. Si autem ille qui accipit, ignorat rem litigiosam, redhibito quidem rei sit omnino, & rei pretium restituitur, vel ipse ab eo liberatur. Item tertia partem eiusdem pretij recipere debet à venditore quia decepit eum: debuit enim ei manifestare rem in litem esse: & venditor alias duas partes necesse habet fisco præstare. Et habebit locum hæc pœna etiã in donationibus: vt verè affirmatione facta: cum pretij datio non est, rem ad aliũ transferens multetur. Sunt tamen casus in quibus lex permittit reo alienare rem litigiosam: hoc est titulo dotis, vel donationis ante nup. vel transfactionis, vel per diuisionem rerum hæreditariarum, vel per legatum. C. eod. l. vlt. Ius Authen. tamen corrigitur in legato. De ista materia per gl. in c. ecclesia. ij. vt lit. non contest.

VII. De actionibus, & obligationibus.

Obligatio ex contractu.

Obligaciones autem ex contractu nascuntur, aut ex maleficio, aut ex quasi contractu, vel quasi maleficio. Obligaciones ex contractu, aut re contrahuntur, aut verbis, aut consensu, aut literis. Re contrahitur obligatio, veluti mutui datione. Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione, & responsione, cum quid dari ferre stipulamur. Sed aut proprio nomine quisque obligatur, aut alieno. Qui alieno nomine obligatur, Fideiussor vocatur. Consensu sunt obligationes in emp. & ven. loca. conduct. socie mandata. Ex maleficiis nascuntur obligationes, veluti ex furto, ex dano, rapina, iniuria, quæ omnia vnus generis sunt: nam hæc tantum ex re consistunt, id est, ex ipso maleficio: cum alioqui ex contractu obligationes non tantum re consistant, sed & verbis, & consensu. Ex quasi contractu autè, & quasi maleficio, quemadmodum obligationes contrahuntur, in propriis titulis Instit. habetur. Est autem Obligatio iuris vinculum, quo necessitate astringimur alicuius rei soluendæ gratia, secundum nostræ ciuitatis iura: Instit. de obl. circa princ. Actio autè est ius prosequendi in iudicio quod alicui debetur: Instit. de actio. circa princ. Actio ius genera duo sunt: in rem, quæ dicitur Vendicatio: & in personam quæ Condictio appellatur. In rem actio est, per quam rem nostram, quæ ab alio possidetur, petimus: & semper aduersus eum qui rem possidet datur, vel dolo fecit, quo minus possideret: Instit. de act. §. j. In personam actio est qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis

Ex maleficio.

Obligatio quid.

Actio. Actio in rem. In personam.

ad faciendum aliquid, vel dandum. Et semper aduersus eundem locum habet, & aduersus hæredem eius. j. eod. l. actio. num. §. j. Omnes actiones aut ciuiles sunt, aut honorariæ, id est, prætoriaræ. Omnes actiones aut pœnales sunt, aut rei persecutoriaræ. Omnes actiones aut bonæ fidei sunt, aut stricti iuris. Omnes actiones, aut in simplum vel duplum, vel triplum, vel quadruplum dantur: ultra non. Omnes actiones aut sunt consecutiue solidi, aut dantur in quantum quis facere potest. Omnes actiones aut sunt perpetuæ, aut temporales: quod prosequere, vt Instit. de action. per totum, & de perpet. & temp. act.

Actionum diuisio.

LIBER XLV.

Et septimus huius.

Tit. I. De verborum obligationibus.

DE obligationibus in genere supra dictum est, nunc in specie. Est autem Verborum obligatio, quæ ex interrogatione præcedente, & responsione sequente contrahitur: cum quid dari, ferre nobis stipulamur: quæ & Stipulatio dicta est, exinde quod stipulum apud veteres firmum appellabatur, fortè à stipite descendens. Stipulationum quædam in dando, quædam in faciendo consistunt. j. eo. l. stipulationum quædam. Stipulationum aliarum iudiciales sunt, aliarum prætoriarum, aliarum conuentionales, aliarum communes tam prætoriarum quam iudiciales: de quo j. eo. l. stipulationum aliarum. & Inst. in proprio tit. Et debet esse continuus actus stipulantis & promittentis: & communis stipulanti respondere oportet: vt tamen aliquod momentum nature interuenire possit. Ex stipulatione duæ proficiscuntur actiones, tam condictio certi, si certa sit stipulatio, quam ex stipulatu, si incerta sit: Instit. de verb. obl. post prin. Quando autem dicatur certa, habetur j. eo. l. stipulationum quædam certæ. Omnis stipulatio, aut pure, aut in diem, aut sub conditione fit: quod prosequere vt Instit. de verb. obl. §. omnis.

Obligatio verborum.

Stipulationum diuisio.

Actio ex stipulatione.

II. De duobus reis constituendis.

In stipulationibus de quibus supra, aliquando plures interueniunt: nam & stipulandi & promittendi duo, pluresve rei fieri possunt. Plures rei stipulandi sunt, qui ab vno eandem rem in solidum stipulantur. & ipse post omnium interrogationem omnibus promittitur: puta cum duobus separatim stipulantibus ita promissor respondeat, Vtrique vestrum dare spondeo: Nam si prius Titio spondeo, deinde abij interroganti

terroganti spondeat: alia atque alia erit obligatio, nec credentur duo rei stipulandi esse, Inst. eo. post prin. Plures rei promittendi sunt, qui eadem stipulatione eandem rem in solidum promiserunt: puta, Mæuius decem aureos dare spondes: & Titio x. aureos dare spondes? si respondeam singulis separatim, spondeo: Inst. eo. §. duo. Et dicitur reus stipulandi qui stipulatur, id est, interrogat, & obligationē sibi acquirit. Qui verò promittit, reus promittendi habetur. j. eo. l. j. & capitur hic reus à re, quæ in stipulationem deducitur, non à reatu: sed alij à re, id est, reatu, alij à re, id est, contractu, alij à re, id est, firmitate, ideò, quia efficaciter stipulatur, & efficaciter tenetur: vt dicit gloss. hic in l. j. & Inst. e. in prin. Sic Vergil. v. Æneid. Voti reus extaque falsos.

III. *De stipulatione seruorum.*

Seruus ex persona domini ius habet stipulandi. Ideò quicquid stipulatur seruus, acquiritur domino viuenti, quomodocunque stipuletur. Eo autem, scilicet domino mortuo, acquiritur hæreditati iacenti: quia ista vicem personæ defuncti sustinet. Inst. eod. in prin. Sed stipulatio in qua seruus stipulatur factum per se adimplendum, hoc non acquiritur domino. Seruus autem communis simpliciter stipulando acquiritur unicuique dominorum, pro rata portione dominij quod vnusquisque in ipso seruo habet: nisi iussu vnus, vel nominatim vni, vel talem rem, quæ vni tantum ex eis acquiri potest stipulatus fuerit. j. eod. l. seruus communis.

LIBER XLVI.

Et octauus huius.

Tit. I. *De fideiussoribus. & mandatoribus.*

Quinque sunt modi intercedēdi pro alio, seu species personarū quæ pro alijs fideiubent, scilicet Fideiussor, qui ante & post obligationē principalis fideiubere potest. Mandator autem ante Obligationem principalis tantū. Nisi in vno casu, vt cum mando creditori, vt non urgeat debitorem suum ad solvendū vsque ad mensem periculo meo. §. si post. versic. planē. l. si verò nõ remunerandi. s. mand. Constitutor post obligationem contractam tantum, Et differt à fideiussore in tribus. Primò, quia constitutor nudo pacto obligatur: Inst. de actio. §. de pecunia. Sed fideiussor solum per stipulationem. l. blanditus. C. eod. Itē constitutor potest obligari in alia re quam principalis, Itē citiori die: sed fideiussor

for

for non, secundum gl. in d. §. si post. Sponfor verò est, qui sponere & sine rogamine intercedit pro alio, præsentē principali debitorē: qui sponfor etiam habet actionem mandati. l. qui patitur. s. mand. Expromissor est, qui promittit pro alio non obligato: vel non solum fideiubet, sed etiam in totum liberat eum: vt cum promittitur domino, vt seruum suum manumittat. l. eleganter. §. seruus pactio. s. de dolo. An autem omnes isti habeant beneficium diuisionis, dicit gl. quòd sit, in l. in personam. §. j. s. de pact. Excepto Expromissore, & Fideiussore, quando se obligat vt principalis, & vt fideiussor. Et habent etiam illi aliud beneficium de fideiussoribus, s. vt prius conueniatur principalis, quam fideiussor, iuxta Auth. præsentē. C. eod. Exceptis istis duobus vltimis. hoc dicit gloss. in d. l. in personam. §. j. s. de pact. & gloss. in d. §. si post. & per gl. in Auth. de fideiussor. §. j. coll. j. In omnibus autem obligationibus possunt assumi fideiussores. Et appellantur ideò Fideiussores, quia fide sua iubent alijs credi. Solent enim Creditores pro eo qui promittit ideò fideiussorem accipere, vt melius sit sibi cautum: Inst. eo. in princ. Ideò enim præstantur fideiussores: vt id quod à debitore consequi non possit, consequatur & exigatur à fideiussore. Inst. de repli. §. fin. facit l. Titius. s. ad Treb.

Fideiussores.

II. *De nouationibus, & delegationibus.*

De obligationibus qualiter contrahantur diximus, & earū accessoriis: nunc qualiter tollantur, & primò per nouationem. Et licet nouatio fiat per delegationem, vt j. eo. delegare. Iurisc. consultus tamen ponit genus, & speciem: quia maximè tractat de ea nouatione quæ fit per delegationē. sic C. de ser. & aqua. in rub. Nouatio autem est prioris debiti in aliam obligationem, vel ciuilem & naturalē, vel naturalē tatum transfusio, atque translatio: hoc est, cum ex præcedenti causâ ita noua constituitur, vt prior perimatur. Nouatio enim à nouo nomen accepit, & à noua obligatione. j. eod. l. j. Et omnes res quæ possunt subici dominio nostro, possunt transire in nouationem: dummodò sciamus nouationem ita demum fieri, si hoc agatur vt nouetur obligatio. Si verò hoc non agatur, duæ erunt obligationes. j. eod. l. ij. Et generaliter fit nouatio interuentu nouæ personæ liberæ. Et licet fortè secunda obligatio non sit efficax vt quia facta cum pupillo sine tutoris autoritate: nihilominus tollitur prima iure nouationis. §. præterea. Inst. quib. mod. tol. ob. Hodie autem non fit nouatio, nisi expressè dicatur inter

Nouatio

M

partes

partes. Instit. quibus mod. ob. tol. §. sed cum. & C. eod. l. fin. Delegare autem est vice sua alium dare reum creditori, vel cui creditor iusserit. Fit autem delegatio vel per stipulationem, vel per litis contestationem. infra eo. leg. delegare.

III. De solutionibus, & liberationibus.

De nouationibus, quæ æquivalent solutionibus dixit s. tit. j. leg. si rem. in fi. Nunc generaliter de solutionibus. Et est Solutio rerum, & ita in facto. Liberatio est obligatio: & ita iure tatum. Largissime tamè ponitur solutio alias pro qualibet liberatione. j. eo. l. solutionis. Et singulos casus in hoc tit. & C. eod. inuenire magis est laboriosum quam subtile: vt dicit gloss. hic super rubro. Solutione autem eius quod debetur tollitur omnis obligatio, siue principalis, siue accessoria: siue fiat solutio à principali debitore, siue ab alio etiam, inuito debitore: Instit. quib. mod. tol. ob. in prin. Fallit in quatuor casibus. Primus est, in creditore, vel debitore pupilli: qui cum fuit datus tutor, tacuit se debitorem vel creditorem. Nam si est creditor, perdit creditum: si est debitor, non liberatur soluendo, si soluit dum administrat. Nā ipsi nō possunt esse tutores: quia verisimile est, quod libros radent, vel lacerabunt rationem: vt in Authen. minoris. C. qui da. tu. Secundò si in re soluta deficit aliquod ius: vt si soluit rem quæ prius alteri erat obligata. l. si rem meam. j. e. Vel si soluitur, & de euictione non cauetur. l. lul. §. qui fundum. s. de verb. oblig. Vel quando res promissa redditur in deteriore statu, quam fuerit tempore promissionis. arg. l. iij. §. si reddita. s. commo. Et sic solutio eius quod debetur, scilicet legitime & perfecte facta tollit obligatio. Secus si imperfectè, vel illegitimè, lege prohibente: vel ratione iuris deficientis in re. Ita intelligitur gl. mag. Instit. quib. mod. tol. ob. circa prin.

III. De acceptilationibus.

De naturali libertate supra dixit, nūc de civili: nam per acceptilationem tollitur obligatio, & sic æquiparatur solutioni. Sed differunt, quia Solutio est vera, & realis quando interuenit: sed Acceptilatio ficta, & imaginaria: nec requiritur pecunia numerata in acceptilatione: & idèd non potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Sic potest opponi instrumento chirographario. l. si acceptilatio. §. inter. infra. Nisi probaretur per accepto ferentem, quod spe futura numerationis liberauerit, vt dicit Ang. d. §. inter. Est autem Acceptilatio, liberatio per mutuam interrogationem, qua vtriusque contingit ab eodem

dem nexu absolutio. leg. j. infra eod. Et est imaginaria solutio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur: id si velit Titius remittere, poterit sic fieri: vt patiat hęc verba debitorum dicere: Quod ego promisi, habesne acceptum? & Titius respondeat, habeo, acceptumque fero. Solę autem verborum obligationes acceptilatione tolluntur, & non alia: nisi in stipulationem deducantur. Est enim prodita stipulatio quæ vulgò Aquiliana appellatur, per quam stipulationem contingit omnium rerum obligatio in stipulatum deduci, & eam per acceptilationem tolli. Stipulatio enim Aquiliana renouat omnes obligationes: & à Gallo Aquilio ita composita est. §. est autem. Instit. quibus modis tol. oblig.

Aquiliana stipulatio:

V. De prætoria stipulationibus.

Prætorium stipulationum tres videntur esse species: Iudiciales, cautionales, & communes. Iudiciales eas dicimus quę propter iudicium interponuntur, vt ratum fiat: vt iudicatum solui ex operis noui nuntiatione. Cautionales sunt, quę instar actionis habent, & vt fiat nouatio intercedunt: vt de legato stipulatio, & de tutela: & ratam rem haberi, & damni infecti. Communes sunt stipulationes, quę sunt iudicio sistendi causa. Et omnes stipulationes natura sui sunt cautionales: hoc enim additur in stipulationibus, vt quis cautior sit, & securior, interposita stipulatione. Stipulationum prætorium quardam sunt quę satisfactionem exigunt: quædam nudam repositionem, quales perpauca sunt. j. cod. leg. j. stipulationum istarum. Et dicuntur Prætoria, quia à mero prætoris officio proficiuntur. Instit. de diuif. stipul. §. prætoria.

Stipulatio iudicialis.

Cautio-nalis.

Communis.

Prætoria.

VI. Rem pupilli saluam fore, vel adolescentis.

Ista species est prætorium stipulationum. Et cauetur hac stipulatione pupillo per satisfactionem. Et venetur hac stipulatione tam is, qui tutor est, quam qui pro tutore negotia gessit, vel gerit: vel fideiussores eorum. j. l. iij. §. illud. Et committitur hæc stipulatio tunc demum finita tutela. Et generaliter continuatur hæc materia cum ea, s. de administrat.

VI. Iudicatum solui.

Aliam speciem prætoria stipulationis ponit: & fit hæc ante litis contestat. vt j. qui satisf. eod. l. de die. §. si seruus. Et olim à quocunque suo vel alieno nomine conuento reali vel personali act. præstatur. Sed hodie non præstatur ab eo, qui suo nomine conuenitur, vt Insti. de satisf. in princip. & s. de hodie.

Defensor autem rei præstat, etiam si habeat mandatum: vt C. de satisfd. l. j. in fi. & si dominus est præfens, fideiubet pro procuratore suo: Inst. de satisfd. §. si aliquis. Si absens est ipse procurator, inuenit fideiuffores. j. eod. l. si ad defendendum. Et continet hæc satisfactio tres clausulas. Primò de defendendo: Secundo de dolo, quod absit. Tertio quod iudicatum soluere promittat, vt dicit gloss. Inst. de satisfd. §. j. in verb. satisfactionem. Et ab ista vltima macula denominatur tota ista satisfactio: vt nomen sit consequens rei. Inst. de don. §. est & aliud.

VIII. Rem ratam haberi, & de rati habitione.

Duæ sunt partes huius rub. vt patet per exempla. infra eod. Vna rem ratam haberi, id est, quomodo & quando quis promittit rem ratam haberi, secundum Iur. Alia de rati habitione. Et traditur hic vna regula, quod procurator actoris debet cauere de rato, id est, rem ratam dominum habiturum, si dubitatur de eius mandato. l. j. C. de proc. & in l. non solum. §. alieno. eod. tit. 3. Circa quod ponuntur tres casus: quia si constat eum habere mandatum, non cauet de rato. Aut constat eum non habere, & tunc non amittitur etiam cum cautione rati: nisi sit coniuncta persona, vel valde amicus. l. sed & hæ. in princip. supra de procur. & tunc cum cautione rati. l. Pomponius in fi. eod. tit. vel pro festinante perire: id est, pro eo contra quem lata est sententia mortis. Nam quilibet admittitur etiam sine mandato, ad defendendum eum, eo etiam inuito. l. non tantum. infra de appel. vel pro recuperanda possessione absentis, & spoliati. leg. j. C. si per vim. vel alio modo secundum Bart. in d. §. si alieno. Si autem dubitatur de mandato, & dicitur dubium negatione: vt voluit glo. in leg. j. C. de his qui ad lib. proc. vel quando procurator docet de suo mandato per vnum testem: vel producit mandatum contra quod opponitur, vel producit literas cum sigillo, iuxta l. si procuratorem. supra de procurator. tunc ad supplementum admittitur cum cautione de rato: quod verum est in procuratore simplici, sed in procuratore in rem suam non admittitur, nisi plenè doceat de mandato. leg. non solum §. qui alieno. supra de procurator. vbi Bar. & Bal. & gloss. in verb. habiturum. in §. fin. autem. Inst. de satisfd. & gloss. in ca. j. de procurat. De rati habitione autem habetur in regula, rati habitione, & regula, ratum. de reg. iur. lib. vj.

Et nonus huius.

Tit. i. De priuatis delictis.

Cum sit expositum superioribus libris de obligationibus ex contractu, vel quasi: sequitur de obligationibus ex delicto. Omne autem delictum aut publicum est, aut priuatum: id est priuatum, quod ad interesse nostrum priuatim agimus, nobisque aliquid dari aut applicari debere pro delicto in nos commisso petimus. Et nascitur ista obligatio ex re ipsa, id est, ex maleficio, veluti ex furto, rapina, damno, iniuria, quæ singula qualia sunt, suis locis dispiciemus. Et circa ista delicta traduntur certæ regulæ. Vna, quod in omnibus actionibus quæ ex delicto oriuntur, siue ciuiles sint, vt actio legis Aquiliæ, & furti non manifesti, siue honorariæ, id est, prætoriaræ, vt actio vi bon. rap. & actio furti manifesti: hoc placet, vt noxa caput sequatur. infra l. j. in fin. & Insti. de noxa. §. sunt autem. Secunda regula: Nunquam plura delicta concurrentia, etiam in eundem hominem, & eandem rem, ex diuersis tamen factis faciunt vt vllius impunitas detur. Neque enim delictum ob aliud delictum minuit pœnam. infra l. ij. in princ. cuius regulæ octo exempla ibi secundum ordinem ponuntur. Tertia regula: Quicumque actionem pro priuato delicto intedit ciuilitè, id est, pro interesse suo, non tenetur se subscribere, si ordinario iure vitur: si extra ordinem eius rei pœnam exercere velit, id est, accusationem vt pœna imponatur: & sic ad vindictam, tunc subscribere cum crimine oportebit. l. fin. infra eod. de subscriptione autem intelligo vt infra de accus. l. libellorum.

Delicta priuata.

Regula circa delicta.

ii. De furtis.

Furtum a furto, quod est nigrum, dictum Labeo ait: eò quod clam, & obsecrè fiat, & plerunque nocte: vel à fraude, vt Sabinus ait: vel à ferendo, id est, auferendo: sibi enim affert & aliis aufert: vel à Græco sermone *ἄρτι ὄφισιν*. Græci enim à ferendo *ῥάπτες* dixerunt fures. Est autem Furtum contrectatio rei alienæ inuito domino fraudulosa, lucri faciendi gratia: vel ipsius rei, vel etiam vsus eius, vel possessionis suæ: quod lege naturali, id est, diuina, prohibitum est admittere j. eo. l. j. in fi. & Inst. de ob. quæ ex ma. §. furtum. Furtorum genera duo sunt. Manifestum & Nec manifestum: fur manifestus quem Græci *ἄρτι ὄφισιν* appellat, hoc est eum, qui deprehenditur cum furtum.

Furtum.

Furtum manifestum.

Nec manifestum

to, & parui refert à quo deprehendatur, vtrum ab eo, cuius res fuit, an ab alio. Nec manifestum furtum, quid sit apparet: nam quod manifestum non est, hoc sine dubio nec manifestum est. j. cod. l. nec manifestum. Ad hoc autem, quòd detur actio furti, ista requiruntur, quæ his versibus continentur, Versus: Actio non dabitur nisi mobile, fraude alienum Asportet domino inuito, fur lucra fecutus: vt patet ex distinctione s. posita.

III.

De tigno iniuncto.

De furto in genere dixit: Sed quia immittere tignum alicuius domibus est species furti, ideo de hoc lex xli. tab. neque soluere permittit tignum furtiuum ædibus, vel vineis iniunctum, neque vendicare. Et prouidenter quidem in hoc lex effecit, ne vel ædificia sub hoc prætextu diruantur, vel vinearum culturæ turbentur. Sed in eum qui conuictus est iniunxisse in duplum dat actionem: vt s. de acq. rer. do. l. cum in suo. & Inst. de rer. diuis. §. cum in suo. Tigni appellatione continetur omnis materia ex qua ædificium constat, vinearumque necessaria. Vnde & regulam, & lapidem, & testam, cæteraque si qua ædificiis sunt vtilia, tignum appellant. Tigna enim à tegendo dicta sunt. infra de verb. sig. l. tigni. & s. ad exhi. l. gemma. §. tigni. imò & calx, arena, tigni appellatione continentur. Et omnia necessaria in vineis, puta perticæ, quæ ponuntur in longum, vt vites sustententur: & pedamenta, quæ figuntur in terram. infra eod. l. j. §. hoc amplius.

Tignum.

IIII. *Si quis testamento liber esse iussus fuerit: & post mortem domini ante aditam hereditatem surripuisse, aut corripuisse quid dicatur.*

Seruus faciens furtum heredi.

Suprà de furtis in genere, à quacunq; persona perpetratis habuimus: & in quacunq; re mobili, & postea de quodam speciali furto tigni iniuncti: sequitur videre modò de quodam alio. Et nota, quòd ista rubrica secundum glo. nostram non ponitur materialiter, sed significatiuè: & ponit verba edicti prætoris habentia plenum intellectum, vel ponit casum totius tituli. Vnde quod sequitur in nigro, est commentatio rubricæ. Pœna delinquentis contra hunc titulum, est intra annum vtilem in duplum: & de hoc etiam s. de man. test. l. Titia. §. pen. Et habet hæc actio in factum naturalem potius quàm ciuilem in se sequitatem. Si quidem ciuilis deficit actio. Sed natura æquum est non esse impunitum eum, qui hac spe audacior factus est, quia neque vt seruum se coerceri posse intelligit, spe eminen

eminentis libertatis: neque vt liberum damnari, qui hæreditati furtum fecit. infra eodem. l. j. §. j.

v. *Furti aduersus nautas, caupones, & stabularios.*

Differentiam inter hunc tit. & s. naut. caup. stab. notauimus ibi, In eos igitur qui naues, cauponas, stabula exercebant: si quid à quoquam eorum, quos quasve ibi habebunt, furtum factum esse dicitur, iudicium datur: siue furtum opere & consilio exercitoris factum sit, siue eorum culpa, qui in ea nauì nauigandi causa essent. Nauigandi autem causa accipere debemus eos, qui adhibentur vt nauis nauiget, hoc est, nautas. Et in duplum actio est: cum enim in caupona, vel nauì, res perierit, ex edicto prætoris obligatur exercitor nauis vel caupona: vt in potestate sit eius, cuius res surrepta est, vtrum malit cum exercitore, honorario iure, aut cum fure iure ciuili experiri. Et ratio huius edicti est, quia aliquatenus culpæ reus est, qui opera malorum hominum vteretur: idcò quasi ex maleficio teneri videretur. Inst. de oblig. ex quasi malef. §. fin. & j. cod. l. j. §. pen. ul.

VI.

Si familia furtum fecisse dicatur.

Vtilissimum id edictum prætor proposuit, quo dominis prospiceret aduersus maleficia seruorum: videlicet, ne cum plures furtum admittunt, eueritæ domini patrimonium si omnes noxæ dedere, aut pro singulis æstimationem litis offerre cogatur. Datur igitur arbitrium hoc edicto, vt si quidem velit addicere noxios seruos, possit omnes dedere, qui participauerunt furtum: enim uero si maiuerit æstimatione offerre, tantum offerat, quantum si vnus liber homo furtum fecisset, & retineat familiam suam. Hæc autè facultas datur domino, cum eo ignorante furtum factum est. Sed si sciente eo non datur ei hæc facultas. Is autem intelligitur scire qui scit, & potuit prohibere.

VII.

Arborum furtim casarum.

Si furtim arbores cæsaræ sint, datur actio ex lege Aquilia, & ex lege xli. tabu. sed Iudex in posteriorem deducat id, quod ex prima consecutus sit: & ex reliquo condemnet eum. Et omnes qui arbores, & maximè qui vites cæderint, si criminaliter cõueniantur etiã tanquã latrones puniri debent. j. e. l. iij. Et appellatione Arboris continentur vitis, hæderæ, arundines, & salicium. Cædere, est non solum succidere, sed etiam ferire cædendi causa. Cingere, est deglabrare. Subsecare, est subsecuisse. Huius actionis eadem causa est, quæ est legis Aquiliæ. infra ro.

Arboris appellatio.

Cædere. Cingere. Subsecare.

cod. l. cedere. Et dicuntur arbores furtim cæsa, quæ ignorantæ domino, cælandique eius causâ cæduntur.

VIII. *Vi bonorum raptorum.*

Ista est secunda obligatio ex maleficio, vel delicto priuato. Qui enim res alienas rapit, tenetur quidem etiam furti: quis enim magis alienam rem inuito domino contrectat, quam qui vi rapit? Ideo rectè dictum est, eum improbum furem esse. Sed tamen propriam actionem eius delicti prætor introduxit, quæ appellatur Vi bonorum raptorum. Et est intra annum quadriplii, post annum verò simplii. Et licet in plurali loquatur, tamen etiam qui vnam rem, licet minimam rapuit, ea tenetur: Infit. eod. in princ. & j. l. ij. vbi ponuntur verba huius edicti.

Raptor.

Fur.

Differt autem Raptor à Fure solo animo: vt si erat animus ei palam & per vim auferendi, licet ibi neminem inueniat, tamen est raptor. l. iij. § de vi priu. Sed fur est, qui habet animum vt faciat clam, licet interdum deprehendatur, ex qua deprehensione efficitur manifestus. arg. ex etymologia vocabuli. §. de furt. l. j. ibi furuo, id est, nigro.

IX. *De incendio, ruina, naufragio, nauæ expugnata.*

Huius edicti vtilitas euidens est, & iustissima seueritas. Si quidem publicè interest, nihil rapi ex huiusmodi casibus. Et quamquam sint de his facinoribus etiam criminum executiones: attamen rectè prætor fecerit, qui forenses quoque actiones criminibus istis proposuit. Verba edicti hæc sunt: In eum qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, nauæque expugnata quid rapuisse, recepisse dolo malo, damnæ quid in his rebus dedisse dicitur in quadruplum in anno, quo primùm de ea re experiundi potestas fuerit: post annum in simplum iudicium dabo. Item in seruum & familiam noxale iudicium dabo. Ex incendio rapi dicitur quod propter incendium, hoc est, propter tumultum incendij, vel propter trepidationem incendij rapitur: quemadmodum solemus dicere in bello amissum, quod propter causam belli amittitur. Ruina appellatio refertur ad id tempus, quo ruina fit, non tantum si ex his quæ reuertuntur tulerit quis, sed etiam si ex adiacentibus. j. l. j. §. item ruina. Ex naufragio rapere dicitur non solum, si quis eo tempore tulerit quo naufragium fit, sed etiam si alio tempore tulerit hoc est, etiam post naufragium. Namque res ex naufragio etiam hæc esse dicuntur, quæ in litore post naufragium iacent. Expugnare nauem videtur qui in ipso quasi præ-

Rapere
ex incendio.

Ruina.
Naufragio.

Expugnare
nauem.

lio & pugna aduersus nauem & ratem aliquid rapit, siue ipse expugnet, siue prædonibus expugnantibus rapiat. Expugnatur nauis, cum spoliatur, aut mergitur, aut dissoluitur, aut pertunditur, id est, perforatur, aut funes eius præcinduntur, aut vela conscinduntur, aut anchoræ inuoluuntur, id est, subtrahuntur de mari.

X. *De iniuriis, & famosis libellis.*

Iniuria ex eo dicta quod non iure fiat: omne enim quod non iure fit, generaliter iniuria fieri dicitur. Specialiter autem iniuria dicitur contumelia, & sic accipitur hoc titulo. Interdum autem iniuriæ appellatione damnus culpa datum significatur: vt in lege Aquilia dicere solemus. supra ad legem Aquil. l. fed & si quæcunque. §. j. Interdum iniquitatem iniuriam dicimus: nam cum quis iniquè vel iniuste sententiam dixit, ex eo iniuriam facere dicitur: quod iure & iustitia caret, quasi non iuriam. Contumeliam autem à contemnendo dicimus. Iniuria aut re, aut verbis fit. Re, quoties manus inferuntur: verbis autem, quoties non inferuntur, vt cum conuitium fit. infra eod. l. item apud Labeonem. §. conuitium. Dicitur enim iniuria fieri literis, vt per libellum, vel carmen famosum. Nam si quis librum ad infamiam alicuius pertinentem scripserit, composuerit, ediderit, dolòve malo fecerit quo quid eorum fieret, etiam si alterius nomine ediderit, vel sine nomine: voluit Senatus, vt de ea re agere liceret illi, ad cuius iniuriam factus est. Et si condemnatus sit qui id fecit, instabilis ex lege esse iubetur. l. lex Cornelia. §. si quis librum. j. cod. Potest etiam talis criminaliter accusari, & imponitur poena capitalis, C. de famos. lib. l. j.

Cōiuitia
lib.

Libellus
famosus.

XI. *De extraordinariis criminibus.*

Suprà de priuatis & nominatis, nunc de innominatis secundum Azon. Vel si secundum Roge. de priuatis delictis, ex quibus etiam ciuiles nascuntur actiones, posuimus supra, dicturi infra de his criminibus, ex quibus solæ criminales oriuntur actiones & publicæ, ordinariæque poenam irrogantes: præmittimus de his criminibus, ex quibus sunt executiones criminales & extraordinariæ. Sollicitatores itaque alienarum nuptiarum, itémque matrimoniorum interpellatores, & si effectus sceleris potiri non possunt, propter voluntatè tamen contra bonos mores iniuriam faciat, vt si fimo corrupto aliquè perfruderit, ceno, luto oblinierit: aquas spurcauerit, fistulas, lacus:

Crimina
extraordinaria.

aut quid aliud ad iniuriam publicam contaminauerit, in quos grauer animaduerti solet, l. j. in prin. j. eod. Sunt & alij multi casus, quibus Iudex ob commissum crimen poenam extraordinariam, id est, pro qualitate criminis, iuxta motum animi sui imponit. Et dicitur extra ordinem imponere poenam quia non est ordinaria, & ita tuta poena in iure pro his: sed Iudex ex bono & a quo arbitrabitur quid facto opus sit. infra l. facularij. §. sunt quaedam.

XII.

De sepulcro violato.

Sepulcrū violatū.

Statua.

Sepulcri violati actio infamia irrogata facta ex ea cōdemnatione. Si igitur sepulcra quis diruat sine iudicis autoritate, cessat Aquilia: erit tamen agendū quod vi aut clam, & sic ad opus restituendum. Et idē de statua quod de monumento euulsa est. Verba edicti hęc sunt: Cuius dolo malo sepulcrum violatum esse dicitur: in eū in factū iudicium dabo: vt ei ad quem pertineat, quanti ob eam rem æquum esse videbitur condemnnetur. Si nemo erit ad quem pertineat, siue agere nollet, quicūq; agere volet, ei centum aureorum actionem dabo. Si plures agere volent cuius iustissima causa esse videbitur, ei agendi potestatem facia. Si quis in sepulcro violato dolo malo habitauerit: adficiūmve aliud quā quod sepulcri causa factū sit, habuerit: in eum si quis agere eo nomine volet, ducentorum aureorū iudicium dabo. Sepulcri appellatione omnis locus sepulture continetur. l. iij. §. prima verba, ut sit condemnatio in hac actione quatenus interest, s. ex iniuria qua facta est. Item ex lucro eius qui violauit, vel ex damno quod contigerit: vel ex temeritate eius qui fecit. Nunquam tamen minoris debent condemnari quā solent extraneo agere: quod est centum aureorum contra violantē: item cc. contra habitantem l. iij. §. qui de sepulcri.

Sepulcri appell.

XIII.

De Concussionibus.

Concussionis crimen.

Cōcussionis indicium publicum non est regulariter. Si autem quis pecuniā acceperit q. crimē minatus sit, potest publicū iudiciū esse ex Senatūscōsultis, quibus poena legis Corneliæ teneri iubetur, qui in accusationē innocentium coierint: vel qui ob accusandum vel nō accusandum: denuntiandū vel non denuntiandum testimonium, pecuniā acceperint. l. ij. j. eo. Est ergo priuatum crimē, vt tantum ille qui passus est concussionem, possit etiam criminaliter accusare. Et dicitur Cōcussionis crimen, cum alicui terror incutitur alicuius mali futuri, puta si minister praesidis dixit, quod praesidis iussu debebat aliquem capere: & non dixit verum, sed propter hunc timorem aliquid

fuit

fuit ei datum: vt faciunt nunc ministri ciuitatum sæpe, secundum gl. in l. j. eo. Tales tenentur hoc crimine, vt hic: item crimine falsi, vt j. eo. l. ij. & j. de fal. l. j. & §. j. & l. Iulia rep. j. ad leg. Iul. repe. l. eadem. Item lege Rhemnia, si accipit vt nō accusat, j. ad Turp. l. j. in prin. Item edicto de calumniatoribus. §. de calum. l. j. §. j. ita dicit gl. fi. j. l. ij.

XIIII.

De abigeis.

Abigei cum durissimè puniuntur, ad gladium damnari solent. Pununtur autem durissimè non vbique, sed vbi frequentius est id genus maleficij. Alioquin & in opus nonnunquam temporarium dantur. Abigei autem propriè hi habentur, qui pecora ex pascuis, vel armentis subtrahunt, & quodammodo depradantur, & abigendi studium quasi artem exercent, equos de armentis, vel oves de gregibus abducetes. Et dicuntur Abigei, ab abigendo: abigunt enim & abducunt pecora. Sed si minus quā decem oves, aut quatuor, vel quinque porci abducti, & abacti sunt, non Abigeatus, sed Furtum est. l. fi. j. eod. nisi vt artem hanc exercent: puta sæpe vnum, vel alterum pecus furtiuerint. j. l. fi. §. qui sapius.

XV.

De prauaricatoribus.

Præuaricator est, quasi varicator, qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua: quod nomen Labeo à varia ceteratione tractum ait. Nam qui præuaricator, ex vtraque parte consistit: quinimo ex altera potius, quia præualet animus. Is autem præuaricator propriè dicitur, qui publico iudicio accusauerit, si citiè admittendo falsas defensiones, & bonas probationes dissimulando. infra ad Turp. l. j. §. præuaricationem. Ceterum aduocatus non propriè præuaricator dicitur, & idē extra ordinem solet puniri, siue publico, siue priuato iudicio præuaricatus sit aut causam prodiderit. C. de aduo. diuer. iud. l. j. & j. l. j. in fin. Hodie autem his, qui præuaricati sunt propria vel abusu sua præuaricatione, poena iniungitur extraordinaria. j. l. ij. & infamia: vt j. l. fi. is.

XVI.

De receptoribus.

Receptorum pessimum genus est, sine quib. latere nemo diu possit. Ideo præcipitur, vt perinde puniantur sicut latrones. Imò decem annis à sua terra debet exulare, licet receptus aliter erat puniendus. §. de abi. l. fi. in fi. In pari etiam causa habendi sunt, qui cū apprehendere latrones possent, pecunia accepta, vel parte surreptorum, dimiserint. l. j. in fi. j. eo. Ratione autem sanguinis & cognitionis mitius agitur cum receptoribus.

ribus qui neque absoluendi, neque seuerè admodum puniendi sunt. Non enim par est eorum delictum & eorum qui nihil ad se pertinentis latrones recipiunt, infra l. si.

XVII. De furiis balneariis.

Fures balnearij dicuntur, qui in balneis furantur: tales extra ordinem audiendi sunt, & causa cognita puniendi: dummodo sciamus in pœnam eorum operis publici temporarij modum non egrediendum. Idem est in nocturnis furiis. Sed si telo se fures defendunt, vel effractores, vel ceteri his similes, nec quemquam percusserunt metalli pœna: vel honestiores relegationis pœna afficiendi erunt. §. l. j. in fi. Sed si interdiu, id est, diurno tempore furtum fecerint, ad ius ordinarium remittendi sunt: vt ciuilitate contra eos agatur in duplum, vel quadruplũ, vt §. de pœna del. in fin. quia mitius talis punitur, quàm nocturnus. Sic & aliàs est inter eos differentia, §. ad legem Aquil. l. itaque. & §. de fidei. l. furem. Miles autem si in balneario furto deprehenditur, remittitur à militia ignominiose. §. l. fi.

XVIII. De effractoribus, & expilatoribus.

De his qui carcere effracto euaserunt, sumendum supplicij diuini fratres rescripserunt: hi etiam qui de carcere exuperunt, id est, qui fugerunt erupto carcere: siue effractis foribus, id est, ostiis domus, vbi erant in captiuitate. Siue conspiratione cum ceteris qui in eadem custodia erant, capite puniendi sunt. Sed si per negligentiam custodum euaserunt mitius puniendi. Expilatores hæreditatum, qui sunt atrociores quàm fures, in opus publicum, vel perpetuum, vel temporarium dari solent: honestioribus autem nulla specialis pœna imposita est. Idcirco causa cognita liberum erit arbitrium iudici statuendi. Simili modo & sacularij, qui veritas in sacculis artes exercentes, partem subducunt, partem subtrahunt. §. de extraord. cr. l. saccula rj. & Detractarij (aliàs Directarij) hoc est, qui in aliena cornucula se dirigunt furandi animo, erunt puniendi. Item Effractores, qui effringunt, vt surripiant: in hos & ceteros similes causa cognita statui debet prout admissum suggerit. In effractores variè animaduertitur: nam quidam effringunt vt euadant: & tunc maior pœna. infra l. j. in princip. Quidam sunt nocturni effractores vt surripiant, & tales atrociores sunt quàm diurni: & ideo hi fustibus cæsi in metallum damnantur. Diurni verò effractores causa surripiendi post furtium castigationem in opus perpetuum vel temporarium dandi sunt. infra l. ij.

Effra-
tores car-
cerum.

Expila-
tores.

Detra-
ctarij,
vel Di-
rectarij.

Noctur-
ni.

Diurni.

XIX. De crimine expilata hæreditatis.

Ex hoc crimine non datur actio ciuilis, quod non est in aliis criminibus, vt dicit gloss. infra l. j. Si quis igitur aliena hæreditate expilauerit, id est, expoliauerit, vel surripuerit ex ea, extra ordinem soler coërceri per accusationem expilatæ hæreditatis. Et ideo extra ordinè auditur: quia cum furci agi nõ possit, quia hæreditati non sit furtum, infra l. fi. & sic non datur ordinarium remedium, solum superest extraordinarium, id est, auxilium prædis. Et locum habet istud crimen, quando quis alienam hæreditatem expilat, si hæreditas nondum sit adita: vel etiã adita, sed res ab hærede nondum sunt apprehensæ: vel ab alio, infra l. ij. Et denegatur huius criminis accusatio cõtra eos, qui furti cõueniri non possunt: & ideo nec vxor; quæ socia diuinæ & humanæ domus suscipitur ab hæredibus mariti, de eo crimine accusari nõ potest. l. vxor. infra eo. Sed cõuenitur rei vend. & ad exhibend. & tenebitur de fructibus perceptis, & percipiendis, & consumptis mala fide. C. eo. l. aduersus.

Expilata
hæredi-
tatem.
Vxor non
cõmittit
furtum.

XX. Crimen stellionatus.

Stellionatus iudicium famosum quidem non est, sed coërcitionem extraordinariam habet. infra l. ij. dicitur Stellionatus ab animali quodã reptili, quod est serpenti simile vel lacertæ, habens varias & diuersas in modum stellarum maculas venenatas: hinc stellionatus crimen, id est, varium diuersisque coloribus & maculis aspersum: de hoc gl. infra l. ij. Est ergo accusandus crimine stellionatus, qui varietatis & mendacij reus est. Locum habet accusatio ex hoc crimine, quãdo deficiente alia speciali accusatione, æquum est alicui subueniri contra delinquentem. Sicut enim in pecuniaria causa datur actio de dolo in subsidium: ita & in criminibus, vbi cunquẽ titulus deficit criminis, hoc crimen stellionatus obijcitur: & dolo interposito tantum locum habet huius criminis accusatio: & possunt poni exempla, vt si rem obligatam quasi non obligatam vendo, permuto, vel insolidum do, vel etiam obligo, vbi erat primo obligata. Item si quis imposturam facit, id est, bonis viris mendacia imponit, vel si fecit collusionem in necem alterius. infra l. iij. §. j. ij. & iij. Pœna autem stellionatus nulla legitima est, cum nec crimen legitimum, id est, ordinarium: & ideo extra ordinem pœna infligitur. infra l. iij. §. pœna.

Stelliona-
tus cri-
men.

Impos-
tura.
Pœna
stellion.

XXI. De termino moto.

Terminus dicitur finis vel limes, distinguens confinia agrorum: hinc Virg. x. l. Aen. Limes erat positus, litem vt discerneret

ret agrorum. forus. de verb. sig. Dicitur itaque motus terminus, si lapis ille terminalis, & limes amoveatur à priori & versuto loco. Et est pessimum factum eorum qui terminos finium causa positos protulerint, id est, ultra debitum finem posuerint. Et licet ex legibus Agrariis olim varia pœna his imposita fuerit: hodie tamen modum pœnæ ex conditione personæ & meriti facientis statui oportet. infrà l. ij. §. j. Terminorum itaque scienter auctorum non erat olim multa pecuniaria: sed pro conditione admittentium personali coërtione transigendum est. infrà l. j.

XXIII. De collegiis illicitis, & corporibus.

Collegium dicitur eorum, qui simul cohabitant, qui simul colligunt vel colliguntur, & tres constituunt collegium. §. de verb. sig. l. Neratius. Cum itaque plures simul collecti cohabitant corpus constituere dicuntur, quod corpus collegium vel vniuersitas appellatur. Sunt autem omnia collegia illicita, nisi quæ probantur licita, id est, à principe concessa vel admissa. §. l. si. §. in sum. & C. de hæred. Inst. l. collegium. principales autem constitutiones præcipiunt, ne patiantur esse collegia sodalitanæ uel milites collegia in castris habeant. Sed religionis causa coire nō prohibentur. Imò nec religionum collegia noua inconsulto Romano pontifice fieri possunt. c. si. de reli. do. & co. tit. c. j. lib. vj. Qui autem illicitum collegium vsurpauerint, ea pœna tenentur, qua tenentur hi, qui hominibus armatis loca publica, vel templa occupasse iudicati sunt, id est, maiestatis. §. l. ij. & §. ad leg. Iul. ma. l. j.

Illicitū
collegiū.

XXIII. De popularibus actionibus.

Popularem actionem dicimus, quæ suum ius, id est, propriū populi tuetur, ut in albo corrupto. §. de iurisd. om. iud. l. si quis id. & in actione in factum. de deiec. & effu. l. si verò. §. hæc autē. Et regulariter populares dicuntur actiones, quæ non sunt rei familiaris persecutoria: sed ex æquo & bono extrinsecus ad vindictam propositæ sunt, qualis est actio sepulcri violati. l. iij. §. si. de sep. vio. Item actio liberi hominis occisi, vel vulnerati. §. de deiec. & effu. l. si verò. §. hæc autē actio. Item pro eo quod positum est in subgrunda, vel protecto, vel mœniano, vel pergula. d. l. si verò. §. prætor. & omnes aliæ actiones in factum, quæ redduntur hodie loco interdictorum proditorum de rebus publicis populares sunt. §. ne quid in loco publi. l. ij. §. hoc interdictum. Et ideo cui libet de populo cōceduntur, cū prætoris tamen indagine. l. ij. Sane secundum R. popularis actio dicitur

dicitur, quæ cuius ex populo datur. Cum verò priuati sit crimen quod obicitur, ei duntaxat intendere licet, cuius interest non propter pecuniam exigendam: sed propter pœnam corporalem infligendam: pecuniaria verò petitio si competat, cui libet de populo datur: inspecta persona quæ ad agendum admittitur: cuius opinionis, & an sit idoneior: vel cuius interest principaliter quæ ipsa fieri desiderat. ita dicit gl. hic super rubro. Semper enim is cuius interest præfertur in popularibus actionibus. infrà l. iij. in fin. Omnes quoque populares actiones neque in hæredes dantur, neque supra annum extenduntur. infrà l. fin.

LIBER XLVIII.

Et decimus huius.

Tit. I. De Publicis iudiciis.

DE accusationibus quæ pecuniariter mouentur supra dictum est. Item quid de priuatis criminibus, ut furto, iniuria, rapina. Verum quia quandoque fiunt de criminibus accusationes, & inscriptiones, ponit primò de criminibus publicis. & quæ sint. Et exponitur Publicis iudiciis, id est, legibus publicorum iudiciorum, vel accusationibus publicorum iudiciorum: quorum accusatio est terribilis ad vindictam, & publica, id est, popularis, siue popularis. ut Instit. eo. in prin. quamuis quandoque idoneior admittatur, ut diximus §. tit. prox. Et est hic liber terribilis ut dicit rex. C. de ve. in. enu. l. ij. §. septimus. Non autem omnia iudicia, in quibus crimen veritur, publica sunt: sed ea tantum, quæ ex legibus iudiciorum publicorum veniunt: ut Iulia maie. Iulia de adul. Cornelia de fica. & veneficiis: Pompeia de parrici. Iulia peculatus. Corn. de testamentis, Iulia de vi pub. Iulia de vi priua. Iulia ambitus. Iulia repetun. Iulia de annonæ. Et dicitur tribus modis Publicis: vno modo largissime, ut omne iudicium quod fit ad vindictam, siue ad utilitatē publicam, dicitur publicum, ita accipitur in l. interdictum §. c. l. & licitatio §. quod illicitē. §. de publ. & vect. Alio modo dicitur large, quando cui libet de populo potest accusare. Ita accipitur Instit. de susp. tur. §. conlequens. Circa hoc dat Bart. in l. j. §. eo. vnam regulam, quòd omne iudicium quod non respicit offensam certæ personæ principaliter, de illo potest accusare cui libet de populo. Exemplum: dicit statutum Basiliense, summa ratione, ac singularis religionis intuitu hoc anno factum,

Publica
iudicia.

ctum, vnā duraturum: quod si quis iurauerit per corpus Christi, aut eius membra, soluat quinque solidos. Istud non respicit offensam certæ personæ principaliter, sed malos mores, ideo quilibet potest accusare. ita loquitur lex, & Senatus. §. deiniur. Tertio accipitur publicum iudicium strictè. & ita accipitur in toto isto tit. j. l. j. Et ista sunt iudicia, ex quib. damnatus statim efficitur infamis. l. j. §. de his qui not. infam. Vnde non sequitur, quilibet accusare potest: ergo est publicum iudicium, prout accipitur hic, vt fiat infamis: & sic strictè publicum iudicium. & ita sentit Azo in summ. huius titu. Publicorum iudiciorum quædam capitalia sunt, quædam non capitalia. Capitalia sunt ex quibus, pœna, mors, aut exilium est: hoc est, aquæ & ignis interdictio: per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. Nam cætera non exilia, sed relegationes propriè dicuntur: tunc enim & ciuitas retinetur. Non capitalia sunt ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua cœercitio pœna est.

Capit
lia.

Nō capi
talia.

II. De accusationibus, & inscriptionibus.

**Accusa-
tio.** Dicitur est de his, qui ad accusationem admittuntur: nunc de accusationibus. Est autem Accusatio nihil aliud, quàm reū criminis per libellum deferre, vel facere ad vindictam: vt colligitur C. eo. l. cum rationibus. & l. qui ignorat. l. si quis ex fam. & j. eo. l. libellorum. & de priua. delict. §. l. vlt. Et est accusator necessarius vbicunq; criminis vel delicti accusatio est admiffa in publico, vel priuato crimine. C. eod. l. vlt. & j. eo. l. si cui & vbicunq; de honore adimendo tractatur. j. de muner. & hon. l. rescripto. §. si quis. Tribus enim modis proceditur super crimine: per accusationem. s. inquisitionem, & denuntiationem: & sicut isti modi sunt inter se diuersi, & ad diuersum finem tendunt, ita & diuersimodè instituuntur, & exercentur, vt extrauag. ad reprimendum, quomodo cōtra crimen læsæ maiest. proc. coll. xj. Vnde in eis traditur talis regula: Sicut accusationem præcedere debet inscriptio, ita & inquisitionem fama, & denuntiationem fraterna monitio, vt in capite qualiter & quando, tit. de accusa. & in c. licet Heli. de simon. Qui ergo ad accusandū aliquem de crimine procedit, debet se inscribere, id est, adscribere solemniter, ad pœnam talionis, quæ talis est, vt si ille in accusatione defecerit, quod eadem pœnam sufferat, & sustineat, quam sustinere debuisset is quem accusare volebat, & puniri. l. fin. C. eod. tit. Et debet accusationem suam tradere in scriptis cum inscriptione nominis accusantis, & ac-
cula

Accusa-
tor.

Inscribe-
re.

culati, & crimine, & mense quo commissum est crimen, & loco admissi criminis, & consulibus sub quibus est admissum, j. eo. l. libellorum. in prin. & in auth. de exhi. reis. §. suscepro. Oblato autem libello, dabitur dilatio ad deliberandum xx. dierum. De liberatione facta comparere debet accusator & accusatus, & lis contestari, atque opponi exceptiones accusanti: si quæ reo competant. Quod si non fiat: & ex interuallo, post litem contra eas opponat, non potest: quia lite contest. recipitur nomen accusari inter eos, vel statim, vel postea incontinenti. C. ad le. Iul. de adul. l. adulteram. & in l. si maritus. §. præscriptione. eod. tit. ff. postmodum probationem apertam, debet accusator in causa producere vt non emendicatis suffragiis decretorum, vel relationum credat iudex. C. de prob. l. scitam. C. eod. sing.

III. De custodia, & exhibitione reorum.

De custodia reorum iudex æstimare solet, vt rum in carcerem sit recipienda persona accusata, vel nō: & cū tali distinctione. Aut accusatus confiteatur de crimine: & tunc ponendus est in carcere. j. l. si confessus: & ex tunc citò condemnatur, vt tamen iterum, & iterum confiteatur. C. eo. l. si in ea. l. si. Aut differatur, & tunc aut est graue scelus: & ponitur in carcerem. j. eo. diuis. & interim custoditur secundum formam, quæ habetur. C. eo. l. j. quoniam. Si verò non adeo graue est crimen, committitur aliàs custodiendus: & maximè si fideiussores dat: quia non est in vincula coniciendus is, qui fideiussores dare paratus sit, nisi valde graue scelus admiserit: vt in l. diuis Pius. j. eo. potest igitur iudex pro criminis quod obicitur accusato, qualitate, vel propter honorem quem habet accusatus, vel propter amplissimas facultates, vel pro innocentia personæ, quia talis est persona, quæ prima facie videtur, & præsumitur innocens, vel pro dignitate eius qui accusatur, facere talem exhibitionem, quando scelus non est graue. Quando autem graue est, tunc mittitur semper in carcerem. Masculi autem tantum recipiuntur in carcere, & recepti diligenter custodiendi sunt à stratoribus qui eis sternunt lectos, & ministriseorum: & à commentariensibus qui comitantur captiuos, & eorum habent custodiam & obseruationem. Et cum humanitate quadam isti omnes debent tractare incarceratos, nec debent accusatoribus crudelitatem suam vendere pretio: vel gratia affligendi incarceratos fame, vel angustia, vel siti, vel longa tæbe, subtrahendo eos audientia: quia neminem audiunt, & à nemine audiuntur clamantes.

Sin autem contra hæc fecerint, iudex debet eis infligere capitalalem pœnam: alioquin infamatur iudex, & periculum subibit pro motu superioris iudicis. Si autem incarceratus euasit de custodia, patitur custos eandem pœnam, quam pateretur carceratus. C. eo. l. ad commentariensis. nisi custos probauerit, incarcerationum euasisse casu fortuito. J. eod. l. v. l.

IIII. *Ad legem Iuliam maiestatis.*

Crimen læsæ maiestatis.

Proximum sacrilegio crimen est, quod Maiestatis dicitur. Est autem crimen læsæ maiestatis, vbicunque quis aduersus populum Romanum, id est, aduersus principem, & eius securitatem committit: vbi contra urbem aliquid molitur, vel quod profugit ad hostes, vel quod hostes qualitercunque iuuat, vel armis, vel pecunia, vel consilio, vel quod subiectas provincias nititur facere rebelles, vel quod seditionem mouet in ciuitate, vel quod magistratus occidantur, vel princeps, vel qui circa larus eius militant, vel quod arma sumit, vel occupat loca contra Rempub. Et dicitur Lex Iulia, quia à Iulio inuenta: Maiestatis autem, quia summa maiestas, & imperium, vel potestas læditur: pœna autem committentium hoc crimen est: vt habetur in l. eorum. iuncta gl. J. eod. Et appellatur hoc crimen Perduellionis, quia probatio huius criminis, vt quidam dicunt, per duellum admittebatur, & non in alio casu. Alij dicunt, & melius, quia perduelles dicuntur hostes. Pla. in Amph. Perduelles se in fugam penetrant. sic J. de verb. signifi. quos nos hostes. Dicitur ergo crimen perduellionis, id est, hostile, de quo Inst. de hæc. ab intest. §. per contrarium. Est & aliud crimen, quasi læsæ maiestatis, vt in priuati carceris exercitio: vt C. de priuat. car. Et in falsa moneta. C. de fal. mo. l. pe. vbi de hoc.

Lex Iulia. Maiestas Perduellionis criminis.

Priuatius carcer.

V. *Ad legem Iuliam, de adulteriis, & stupro.*

Præcepta huius tituli traduntur s. de minorib. l. auxilium. §. fin. Et est enormius, & excellentius aliis criminibus: cum omne pactum est extra corpus, nisi fornicatio secundum Apostolum: qui enim fornicatur, in corpus suum peccat. Item ex adulterio omnia penè crimina proueniunt: violentia, iniuria, homicidium, periurium, falsa testimonia: hinc est quod non licet transigere: vt C. de transac. leg. transigere. Et dicitur hic Titulus ad legem Iuliam, &c. non quod à Iulio fuerint leges inuentæ, sed quia ad supplendum, interpretandum, & emendandum leges Iulij Cesaris hæc leges prodierunt: ideo ad legem Iuliam appellan

Ad legem Iuliam.

pellantur: Nā hæc lex lata est à diuo Augusto. l. j. J. eo. Est autem Adulterium, illicitus coitus cum vxore vel sponsa aliena perpetratus. Et appellat lex stuprum, & adulterium promiscue: vt in l. inter liberas. J. eod. Sed propriè adulterium in nuptam committitur propter partum ex altero susceptum, vnde nomē compositum est. Nam dicitur Adulterium, quasi ad alterius thorum accessus: vel quasi ad alteram transitus. Cuius pœna est in fœmina, & mare, vt habetur C. e. l. quamuis. Stuprum vero in virginem aut viduam committitur: de hoc in l. inter stuprum. J. de verb. signifi. Cuius pœna est, vt Inst. de pub. iud. §. ij. Incestus autem est, qui cum cognata, vel affini committitur. J. eo. l. si adulteriū eam incestu. §. nonnunquam. Lenocinium autem est, cum maritus de adulterio vxoris suæ aliquid cepit: vel qui in adulterio deprehensam detinuerit. Nam qui patitur vxorem suam delinquere, matrimonium suum contemnit. Et qui de tali contaminatione non indignatur, merito pœna adulterij configitur. Nam de lenocinio punitur quis vt adulter: vt in l. ij. §. j. J. eo. & in l. qui domum.

Adulterium. Stuprum.

Incestus. Lenocinium.

VI. *Ad legem Iuliam, de vi publica.*

Quia perunque adulteria & Stupra vi committuntur, ponitur de vi publica, & priuata. Habet autem locum lex Iulia de vi publica: quando armis facta est violentia, vel aliquid quod pro violentia reputeretur, puta quod arma vel tela domi habuerit, vel in agro, vel in villa, vel in publico cū telo fuerit, vel homines in armis habuit causa seditionis. J. eo. l. ij. & iij. Itē quādoque etiā si fiat violentia, non punitur, vt si fiat ad defensionē, & in continenti, & cum moderamine inculpate tutelæ: vt dixi s. de vi & vi arma. Alioquin ille qui est expulsus, cum aliquid fecerit ad vindictam, vel cum ex interuallo possessionem suam recuperauerit, etiam prædonem de ea expellendo, ciuilitè & criminaliter punitur: vt C. e. l. si quis. & Inst. de pub. iud. §. Item lex Iulia. Cum autem incontinenti quis resistit legitime: in aggredientem reddat culpa omnium delictorum commissorum tempore violentiæ, siue ex parte aggredientis, siue aggreffi aliquis occidatur. C. eod. l. e. si crimen. Singulos casus in quib. locum habet hæc lex, non profequor: quia euidenter enumerantur J. eo. per totum. pœna huius criminis est, aq̄ue & ignis interdictio, & deportatio, & omnium bonorum publicatio. d. §. Lex Iulia. Inst. de pub. iud. serui autem occiduntur si in scio domino. Si verò iubente domino, damnantur in metallum. C. eod. l. seruos.

Vi publicæ.

Vim face.

VII. *Ad legem Iuliam de vi priuata,*

Vis priuata.

Vis priuata est, quando committitur sine armis. Nec dicitur ideo priuata, quia priuatum sit crimen, immo publicum est semper: s. de pub. iud. l. j. Et est eius poena ademptio tertiae partis bonorum. C. eo. l. tutoris. Et amissio dignitatis, & famae. J. e. l. j. & d. §. lex Iulia. de vi. Vnde solet dici: Vis priuata reum deponit ab ordine rerum, scilicet tertiae partis, & dignitatis. Sed deportatur, si vis armata sequatur. gl. in c. ij. de ord. cog.

VIII. *Ad legem Corneliam, de sicarijs, & veneficis.*

Sicarij.

Sica.

Quia intentata vi illi cita saepe committitur homicidium: C. ad leg. Iul. de vi publ. l. quoniam. & de rap. vir. l. j. in prin. Ideo de sicarijs, id est, homicidis videamus. Sicarij autem dicuntur a sica, quod est ferreus culter vtrinque scindens. Inst. de pub. iud. §. item lex Cornelia. vnde videbatur, quod tantum qui cum sica occiderent, hac teneretur. Sed tamen generalius hic accipitur sica: sicut & telum per interpretatione iuris, vt contineat telum, & lapidem, lignum, & quodlibet ferrum. Nam occidens hominem telo, id est, quocunque quod manumittitur: vel qui aliquem cum telo causa occidendi persequitur, l. Cornelia de sica, punitur. Et est sica, iste cultellus vel gladius, quem portant peregrini quandoque in baculo quodam, ita vt non appareat. Vnde dicitur: Sica latens mucro est, sicarijs inde vocatur. Eadem lege damnantur etiam capitali supplicio venefici: qui malum venenum necandi hominis causa fecerint, vel vendiderint, vel habuerint: vel qui incantationibus, & futuris magicis homines occiderint. Et olim committens in hanc legem Cornel. non occidebatur, sed deportabatur, & omnia bona sua publicabantur. J. eod. le. eiusdem. §. legis Cornel. & l. pen. Hodie autem homicidas ferro persequimur, quia eos occidimus, & sic poena legis Cor. est mors, vt no. gloss. ij. d. §. item lex Cor. Inst. de pub. iud. & no. J. leg. j. vbi etiam colliguntur casus quibus quis hac lege tenetur.

Poena l. Cor.

IX. *Ad legem Pompeiam de parricidijs.*

Lege Pompeia de parricidijs cauetur, vt si quis patrem, matrem, auum, auiam, fratrem, & sororem, & ceteros qui parentum aut liberorum vocabulo continentur, aut aliqua affinitatis necessitudine iunguntur, occiderit: vel cuius dolo malo id factum erit, incidat in hanc asperissimam poenam legis Pompeiae: cuius poenam quia Pompeius statuit, ab eo denominata est. Sed accusationem inuenit Cornelius Sylla, vt s. de

origi

origine iur. l. ij. §. deinde Corn. Quae poena talis est, vt neq; gladio, neque ignibus, aut alia solenti poena puniatur: sed infusus culco, id est, corio, vel pelle, cum cane, gallo gallinaceo, & vipera, & simia, in vicinum mare, vel in annena proiciatur, vt omnium elementorum vsu viuus careat, & ei caelum superstiti, id est, viuo, terra mortuo auferatur. Inst. de pub. iud. §. alia deinde. Et dicuntur Parricidae, quia parem, id est, aequalem sui generis, aut stirpis occidunt, qui & Parricidae, & Parricidae appellantur, secundum Prisc. eo quod parentes vel patres occidunt. Sed commune vocabulum est Parricida, quod ad omnes consanguineos referri potest, & sic etiam parentibus. hoc scelus perpetrantibus conuenire. Et de hoc crimine & poena ponit Tullio in oratione pro Sexto Roscio.

Parricida.

Parricida.

Parricida.

X. *Ad legem Corneliam de falsis, & de sceleratis, consulto Liboniano.*

Senatusconsultum Libonianum factum est ad supplendum legem Corneliam. Poenam autem legis Corneliae de falsis, quae etiam testamentaria appellatur, irrogatur in eum, qui falsum testamentum fecit. Est autem Falsum immutatio veritatis, vt in auth. de instru. caut. in prin. coll. vj. & dicitur immutatio ideo, quia falsatores student immutare vera: vel imitari ea quae vera sunt, vt falsa videantur verisimilia. Locum habet haec lex Cor. de falso, commisso dolo, non aliter. C. eod. nec exemplum. Et committitur falsum pluribus modis: puta scriptura, siue quis scribat falsum, siue deleat verum, vt res, id est, rei veritas non appareat: & ita fecit illegibilem scripturam: non distinguo sit testamentum, vel aliud instrumentum, publicum, vel priuatum, vel vtrum sint tabulae cereae, vel lignae, vel rationes. J. e. l. j. §. qui

Falsum.

Poena falsi.

in rationibus. & l. Paulus. §. Paulus. Item committitur dicto, veluti in teste falso asserente, vel varium testimonium ferente. Et iudice scienter contra constitutiones iniquum iudicante, & qui ad praedicta consilium, vel opem praestiterit, vt si iudicem vel testem corruperit: & qui falsis legibus, vtur in allegando. J. eod. l. j. §. item. & §. sed & si quis: Et eius poena est deportatio: in liberis hominibus. omnium bonorum publicatio. In seruis autem vltimum supplicium. sicut & in lege de sicarijs & veneficis obseruatur. l. j. §. si J. e. & Inst. de pub. iud. §. item lex Cornelia. Libonianum autem senatusconsultum locum habet, cum quis pecuniam recipit: vel de ea pacifiscitur pro aduocatione vel testimonio instruendo: vel si societatem fecerit pro innocenti

Liboniana.

obligatione, vt infra cod. l. j. & supra ad legem Iul. de vi pri. l. ex Senatuf. & de concuf. l. ij. Item locum habet, cum quis ex testamento militis fidei legatum adfcribit: de quo per Spec. de fide Infrum. §. ad hęc.

XI. *Ad legem Iuliam repetundarum.*

Hęc lex locum habet, cum is qui habet publicum officium pecunia data, vel promiffa fibi, aliquid facit quod facere non debet: vel omittit, quod facere debet: vt fi ob iudicandum, vel non iudicandum, iudex accipiat, vel ob fententiam in Senatu confilioq; publico dicendam, vel ob accusandum, vel non accusandum, vel ob iudicē arbitrum ve dādum, mutandū, iubendum, vt iudicet: vel ob nō dādum, mutandū, iubendum, vel ob hominem in vincula publica cōiiciendum, vinciendū, vinciriq; iubendum, vel ob hominē in vinculis dimittendum, vel ob hominem necandum, vel abfoluendum, vel litem æftimandam, vel ob iudicium capitis pecuniæ faciendum, vel non faciendum: vel ob militem legendum, mittendū ve. Et generaliter fubicitur claufula, vt vrbani magiftratus ab omni forde abftineant, ne ve doni aut muneris in anno plus accipiant, quā quodd sit centum aureorum: niſi à personis exceptis, à quibus lex iubet accipere, pura à confobrinis & his qui funt à priori gradu, & ab vxore. j. co. l. j. ij. iij. v. vj. & vij. *Esculenta* tamē & *Esculenta* recipit ab omnibus personis, quæ tamen non excedat edulium efum, & inter dies proximos prodiguntur, id est, confumi poſſunt. s. de offic. præconf. l. folent. §. vl. & de offic. præf. l. fi forte. & pro hoc delicto locum habet duplex querela: Ciuilibis actio in factum vel conditio ex lege, & Publica accusatio. Actio datur in quadruplū cōtra Iudicem pro eo quod ipſe vel eius domesticus, vel manipularius, vel miniſter accepit, vel rapuit, vel abſtulit. vt ead. l. j. & debet iſtud quadruplum totum ſiſci eſſe: cum dāt obſter turpitudine ſua, ne poſſit aliquid repētere. j. de iure ſiſ. l. Lucius. Eſt & Publica accusatio inducta pro hoc crimine, quāuis duret officium magiftratus. C. cod. l. iubemus. Et dicitur repetundarum, more Latinitatis antiquæ: hodie dicimus repetendarum: vt diximus ſupra, famil. erciſc.

XII. *Ad legem Iuliam de annona.*

Annona. Lege Iulia de annona pœnā ſtatuitur, quæ eſt s. de extraordinar. crim. l. annonam. aduerſus eum, qui contra annonam fecerit, aut ſocietatem coerit, quo annona, id eſt, veditio frugū, vel bonitas fori carior fieret: vel qui nauē ferentem annonam, aut eius nautam retineat: vt in l. ij. j. co. Non quōd hęc lex com,

ga. j.

gat, aut cogere poſſit diuites, vt vendant frumentum ſi nō volunt. l. nec emere. C. de iure deli. Sed punit eum, qui emit, vt poſtea aliis carius reuendat: vt not. glo. in l. annonam. s. de extraor. cri. s. alle. Niſi neceſſitas famis vrgeret: quia tunc poſſunt cogi habentes vt vendant, ſed iuſto pretio. l. ij. C. de epif. aud. l. j. §. cura carnis. s. de offic. præfect. vrb. Et incidunt in hęc legem, qui vadunt incantando frumentum in platea, & offerunt pro frumento plus debito, vt alij carius emant. Ita dicit Bar. in l. ij. §. ſi quis. s. de crim. ſtel. quia extra ordinem poſſunt puniri: de hoc not. in c. j. de emprio. & vendit. Et eſt pœnā ſtatuta in hęc lege xx. aureorum: etiam pœnā criminis, vt legitur & not. in l. ij. infra cod.

XIII. *Ad legem Iuliam peculatus, & de ſacrilegiis, & reſiduis.*

Lege Iulia peculatus tauetur de eo, qui ex pecunia, vel re ſacra vel religioſa; vt in ornamentis ſepulchrorum, vel publici, vt ſiſci, vel ciuitatis Romanæ aliquid abſtulerit, vel interceperit: vel etiam cuius dolo malo id factum eſt. Et eſt eius pœnā aquæ & ignis interdictio: in quam hodie ſucceſſit Deportatio: vt infra leg. iij. & in Authent. de nup. §. deportatio. Tractatur & de alia lege, quæ dicitur De reſiduis, quæ lex Iulia locum habet contra eum; apud quem ex locatione, emptione, alimentaria ratione, aliāve qualibet cauſa; tota pecunia publica, vel pars pecuniæ publicæ quā accepit reſedit. Item & eadem lege tenetur, qui pecuniam publicam in vſum alium acceptam retinuit nec erogauit: vt j. l. ij. & iij. §. lege. Et incidunt in hanc legem Officiales, ſue Camerarij, qui habent ex officio publicas pecunias, vel qui habēt vnā collectā impositam in cōmuni, deſtinatam pro vſu & neceſſitate cōmuni; & finito officio ſibi retinent, vel eandē pecuniam conuertunt in alium vſum, vt in l. ij. j. cod. Et pœnā huius legis eſt in tertia parte: quā accepit amplius quā debet, id eſt; punitur in ſimplo; & in tertia parte ſimpli. infra l. iij. §. ſed & qui pecuniam. *Sacrilegium* autem ſit, cum quis rem ſacrā interceperit, vel ſuſtulerit de loco ſacro, vel non ſacro. Aut eum quis rem non ſacram de loco ſacro aſportauerit: vt in l. ſacrilegi. poſt prin. j. co. Pœnā autem ſacrilegij Iudex pro qualitate perſonæ; pro rei conditione, temporis, ætatis, & ſexus, vel ſeuerius, vel elementius imponet. Multi enim ſacrilegi ad beſtias dānati ſunt, nonnulli viuī combuſti, alij in furca ſuſpenſi: vt in l. ſacrilegij. cod. Non

*Incantatio
res frumentaria.*

*Deportatio.
De reſiduis.*

Sacrilegium & eius pœnā.

nunquam etiam capite puniti: vt in l. sacrilegi. Est ergo hodie extraordinaria hæc pœna: vt j. not. Et dicitur sacrilegium à sacro, & lego, quòd est furari, vel subtrahere: hinc sacrilegus, qui sacrum furatur. Virg. in Bu. Vel quæ sublegi (id est, furatus sum) tacitus tibi carmina nuper.

XIIII.

Ad legem Iuliam de Ambitu.

Hæc lex locum habet in quatuor casibus: Primò: si quis dederit clam pecuniam, vt aliquem fortietur honorem: non in vrbe Romana, nam ibi cessat hæc lex, cum princeps ibi eligat. l. j. j. eod. Vel si per preces: vt in l. fin. C. ad leg. Iul. reper. Idèò dixi clam, quia palam potest dare pecuniam pro honore assequendo, sine administratione tamen: puta vt fiat nobilis, vel comes Palatinus, vel doctor. Sed cum administratione nullo modo licet dare, nec occultè, nec palam: vt in Auth. vt iudic. sine quoquo suffrag. per tot. & de poll. l. j. §. j. & de offic. præf. l. Barbarius. Secundo habet locum: cum quis stat in magistratu ultra annum. C. eod. leg. j. Tercio, si quis studiosè, vel malignè ingreditur domum Iudicis cognoscentis de causa criminali, vt cum eo capet beneuolentiam, & amicitiam, vt ei in suis causis faueat: vt j. l. j. Quarto si Iudex nouum vectigal instituerit, & exegerit, vt in l. fin. C. nou. vect. impo. &c. Nam si exegerit, tenetur etiam reperundarum. Ita dicit Bart. post gl. in leg. j. §. j. infra eod. Est etiam pœna centum aureorum: vt infra l. j. Sed in casu deportatur, quando scilicet bis idem officium est affectus. C. e. l. j. nisi non reperirentur meliores: vt C. de affe. l. liceat. Item in proconsule: vt supra de offic. procons. l. antep. Et dicitur de Ambitu, ab ambio, quod est circumire, & blandimentis Iudicem vel magistratus circumuenire: Virg. Regemque ambire Latinum. Et in c. quia per ambitiosam. de re. script. lib. vj.

XV.

Ad legem Fauiam, de plagiariis.

Plagiariis.

Plagiarius est, qui hominem liberum, aut ingenium, vel libertinum, inuitum celauerit, & uinctum habuerit, aut emerit sciens dolo malo, vel liberum hominem donauerit, vel in dotem dederit: quo crimine obnoxius etiam est qui liberum vendiderit: vel seruo alieno aut serua persuaserit vt à domino, vel domina fugiat: vel qui eum, eamve inuito, vel insciente domino vel domina celauerit, uinctum habuerit, emerit sciens dolo malo: quæ in ea re socius erit & eius legis Fauie pœna tenetur. Sed non statim plagiarius est, qui seruos alienos interceptos tenet. Sed potest furti contra talem agi: vt si opem, ad fur

ad furtum præstitit, vel quia etiam corrupit vt fugeret. Sed qui furripuit seruum vt exportatione dominum celaret, ille plagiarius est: vt §. de furt. l. fullo. §. qui ancillam. & l. non statim. j. eodem. & not. in l. j. per gloss. j. eodem. Et est Plagium furtum alieni mancipij. Inde Plagiarius, qui tale furtum committit. Olim erat pœna pecuniaria statuta in lege Fauia, quæ hodie in usu esse desit, vt in l. in fuga. C. eo. & l. fi. j. e. hodie conuicti de tali crimine puniuntur pro qualitate delicti: & aliquando in metallum damnantur, quando sunt nobiles: si autem ignobiles, gladio: seruus autem siue libertus bestiis subiicitur: vt C. eo. l. fi.

XVI.

Ad Senatusconsultum Turpilianum, & de abolitionibus criminum.

Temeritas accusatorum tribus modis deditur, vel deprehenditur: & secundum hoc tribus pœnis subiiciuntur. Aut enim calūniantur aut præuaricantur, aut tergiversantur. Calūniari, est falsa crimina scienter intendere: vt supra de infra. l. athletas. §. calūniator. Et irrogatur calumniatoribus pœna ex lege Rhemia, quæ talis est, quòd pro publico iudicio similitudo supplicij, pro extraordinario pro motu Iudicis punitur. C. de accus. l. fi. & de cal. l. fi. & j. eo. l. & in priuatis. Præuaricari uero est vera crimina abscondere. j. de verb. sign. l. præuaricatores, d. l. athletas. §. præuaricator. & §. de præuar. l. j. Et qualiter punitur præuaricator, habetur §. de præuar. l. ij. & l. accusator. & l. ab Imperatore. Et propriè iste est Præuaricator, qui colludit cum reo, & translatiuo munere accusandi defungitur: eo quòd proprias probationes dissimulet, falsas uero excusationes vel exceptiones admittat & recipiat tanquam bonas. j. l. j. §. præuaricatorem. Tergiversari est in uerisum ab accusatione publici criminis desistere. j. eo. l. fi. qui repetere. Et talis incidit in Senatusconsultum Turpilianum, quod à Turpilio Consule factum est: vt C. eod. l. j. Et est pœna eius, vt not. §. de præuar. l. iij. §. fin. Nam quicumque ab accusatione citra abolitionem desistit, punitur pœna Turpilianæ: vt C. de abolit. leg. abolitio. Et dicitur ab accusatione desistere, qui cum aduersario suo de compositione eius criminis, quod intendebat; fuerit locutus secum transigendo. l. ab accusatione. infra eod. Abolitio autem est præemptio accusationis. Et fit tribus modis: Vno modo per Principem sponte sua id facientem: puta propter diem

Calumniari.

Præuaricari.

Tergiversari.

Abolitio.

insigne, id est, repentinis feriis, aut publicam gratulationem; aut ob rem prosperè gestam. Altero modo fit per accusatorem postulantem. Tertio modo fit per moram accusantis, vel accusati, vel biennio transacto sine culpa accusatoris. infra eod. l. abolitio. & l. vel ob rem. & l. aut priuatim. & C. si reus vel accusator mor. leg. ij. & leg. defunctis. Et illa quæ nullo modo postulantè conceditur, à solo principe indulgetur, & illa inducit feriis repentinis. Alia quæ fit accusatore postulante, à quolibet ordinario, qui de crimine cognoscebat, tribui potest: non à delegato. j. l. j. §. abolitio. Vbiunque autem accusator petit abolitionem, propterea quòd ab accusato accepit pecuniam vt desisteret, non est ei abolitio danda, nisi accusator accusauerit cognatas personas, vel accusauerit prosequendo iniuriam suam. C. eod. l. penult. Nam quanto facilius admittitur prosequendo iniuriam suam vel suorum, tantò magis est venia dignus: sed in alio casu ob retinendum amorem propinquorum id ei conceditur. In prædicto autem casu quando recepta pecunia desistit, dolus suus & fallacia sibi obstant: accusatori enim semper est illicitum pecunia desistere. j. l. ab accusatione. & C. eod. l. si femina. nisi in prædictis duobus casibus: Et est notandum, quòd abolitio Principis non habet locum in illis criminibus, in quibus accusanti & accusato incumbit præbatio. j. eod. l. penult.

xvii.

De requirendis reus, & absentibus damnandis.

*Absentium
privilegium.*

Tantum est privilegium absentium, vt diti Imperatores noluerint absentes puniri, aut damnari: nec enim ratio patitur æquitatis, quenquam damnari inaudita causa, etiam lite contestata: vt C. eod. l. j. nisi in casu C. de pœnis, l. ne diu. & facit j. de pœnis. l. absentem & C. de accusato. l. absentem. Vbi ergo grauior pœna venit irroganda, non est absens condemnandus, sed prius requirendus, vt copiam sui præster, & bona eius describantur in publicum: in quo seruatur talis ordo. Primò enim debet requiri ad instar ciuilibus actionis, vt not. §. de public. iud. l. inter. Secundò bona annorantur, dicendo: Omnia bona pono in banno fisci, nisi venerit intra annum: & describantur: vt infra, l. final. & ab hac sententia conditionali potest appellari: vt C. si pendet. appellat. leg. eius: fiscus tamen non occupat de facto ista bona, nisi post annum: vt j. l. ij. & l. fin. Tertio

siò requiritur, quòd fiat per edicta publica: & ex quo innotescere poruit, sibi computatur annus. j. eod. l. annus. quòd si intra annum mortuus sit, criminis causa expirat, & perit, & bona eius ad successores transmittuntur: si saltem reus requisitus intra annum iudicem adierit, & satis obtulerit de stando iuri: vt j. l. j. in fin. & Cod. eod. l. j. C. si pendente appella. l. eius qui. Nisi fit crimen, quòd morte non extingatur. §. tit. j. l. in sequeus. §. si propter.

xviii.

De questionibus.

In criminibus seruandis & inuestigandis solet adhiberi questio. Est autem Questio inquisitio veritatis per tormeta. Nuda enim interrogatio, vel leuis territio non pertinet ad hunc tractatum. §. ad Syl. l. j. §. questionem. Vel sic: Questio est tormentum vel corporis dolor, ad eruendam veritatem adhibitus. Et verbo questionis continebitur etiam ea, quam malam mensionem dicimus, id est, carcer. Quando igitur per vim, vel per tormenta interrogaciones fiunt, tunc questio intelligitur, vt §. de ini. litem apud. §. questionis. & de rei vend. l. cum superuenis. Quando autem, vel quatenus hoc faciendum sit, hoc tit. tractatur. Nam diuus Augustus constituit, non esse à tormentis inchoandum. Sed tunc quando suspectus est reus, vel aliis indicis, vel argumentis probatio adiuuatur. Vbi autem non sunt indicia, non est facienda questio. Nam questio est res fragilis, & periculosa, quæ veritatem fallit. Nam plerique patientia, siue duritia ita tormenta contemnunt, vt exprimi ab eis veritas nullo modo possit. Alij tantæ sunt impatientiæ, vt in quouis mentiri, quàm pati tormenta velint: & ita fit, vt etiam vario modo fateantur, vt non tantum se; verum etiam alios criminentur. Requiritur ergo ad questionem tria: Primò, quòd veritas aliter haberi non possit: nam tormentum inferitur causa inuestigandi veritatem, & in subsidium: vt in l. diuus Pius. j. eod. & v. q. v. c. illi. Secundò requiritur, quòd præcedant aliqua indicia siue præsumptionis, vel semiplenæ probationis. Nam sine indicis non est inferenda questio: vt in l. ex libero, infra eo. Tertio requiritur, quòd quis perseueret in confessione in tortura facta, id est, quòd extra locum tormentorum iterum confiteatur, ratificando priorem confessionem: ita tamen quòd non videat ista tormenta: aliàs videtur fecisse metu tormentorum, in l. ij. & ibi Barr. j. eod. & xv. q. vj. cap. j. & xxxj. q. ij. Lotarius. Et dicitur Questio à querendo: quia iudex per tormentum inquirat veritatem. Et dicitur Tormentum, quasi *tum.*

Questio.

Carcer.

*Tria re-
quisita
ad qua-
sitionem.*

torquens mentem: à torqueo, ita not. per Doct. in cap. in cōtemplatione, de reg. iur. in decret.

XIX.

De pœnis.

Pœna est delicti, vel delictorum satisfactio, quæ lege, vel ministro legis imponitur. Et certum est, quod imponitur propter delicta. Sed in his attenditur, utrum delictum proveniat ex animo, an non. Si enim ex animo non proveniat, plerumque nullo modo punitur, maxime si casu, ut venando: vel impetu, ut per furorē fortē, vel ebrietate committatur: ut §. ad l. Pom. de par. l. pen. & de offi. pref. l. diuus. j. eo. l. respiciendum. Et aliquando punitur leuius: ut cum lasciuia, vel malo exemplo committitur, ut §. ad leg. Corn. de sic. l. iij. §. si ex l. iij. §. j. & j. eo. l. absentem. §. vltim. Et sunt septem genera pœnarum quibus iudices aliquem afficere possunt. Quædam enim pœnæ vitam adimunt, aut seruitutem iniungunt, aut ciuitatem auferunt, aut exilium, aut coërtionem corporis continent, vel fustium admotionem, vel flagellorum castigationem, vel vinculorum verberationem, aut damnum pecuniarum cum infamia: aut dignitatis alicuius depositionem, aut alicuius actus prohibitionem, de quibus in l. si quis fortē. in fi. cum duabus sequent. j. eo. Capitalium autem pœnarum isti sunt gradus. Nam summum supplicium videtur, Ad furcam damnatio: item. Viui concrematio: item capitis amputatio: item Ad bestias subiici. Deinde proxima mortis pœna & metalli coërtio, In insulam deportatio: ut in l. capitalium. infra eod. Est & aquæ & ignis interdictio: ut supra de publ. iud. l. ij. Est & alia pœna de qua C. de mal. & Math. l. et si excepta. Est & alia supra ad leg. Pompe. de par. l. penult.

XX.

De bonis damnatorum.

Quicumque supplicium, id est, mortem naturalem, vel ciuitatis, vel libertatis amissionem patitur, eius bona publicantur: ut j. l. j. & C. eod. l. in metallum: nisi in duobus casibus not. in l. j. & C. de mul. quæ ser. propri. l. j. & C. de rap. virg. l. j. Iure autem nouissimo loci habet quod dicitur in Auth. ut nulli iud. §. si. Quod autem dicitur, damnati bona publicari, distinguendum est, vtrum seruus fuerit, tunc locum habet lex. j. §. si liber. C. eod. An filiusfamil. quo casu non auferitur patri peculium, etiam si erat castrense. C. eod. l. si filius. An fuerit paterfam. & tunc refertur an curialis, an non curialis fuerit. Si curialis, & habeat filios masculos, & non filias, filij omnia habent. Si filias tantum, ipsæ habent dimidium, & curia reliquam dimidiam.

Si filios

Si filios habet & filias: filij soli habent vnam dimidiam: & cū sororibus suis aliam partiuntur dimidiam pro virili portione. Vbi autem non est curialis, publicantur omnia: sed princeps. ex æquitate concedit dimidium liberis damnati: & quandoque omnia, si magnus sit numerus liberorum. Sed vbi dimidia tantum publicatur, nihil conceditur liberis: ut in l. j. j. eod. in fi. & l. vlt. §. si plures. Patrono autem non diminuitur sua portio, damnato liberto. j. eod. l. vlt. §. si libertum. In publicatione autem bonorum sciendum est, quod hodie non fit, si damnatus habeat cognatos vsque ad tertium gradum inclusiuē. In crimine maiestatis nil innoatur.

XXI. *De bonis eorum, qui ante sententiam mortem sibi conscuerint, vel accusatorem corruperint.*

Nunc de bonis quasi damnatorum, id est, eorum qui mortem sibi insigunt. Super quo distingue: vtrum conscientia delicti aliquis insigat sibi mortem, an alia causa, ut impatentia doloris, vel ob pudorem xris alieni, & in his certum est non auferenda bona. Sed in primo casu distinguitur: an erat tale crimen, ob quod non erant publicanda bona, puta furtum, & tunc non auferuntur bona hæredibus: an casu quō erāt publicanda, & tunc aut erat tale crimen, cuius accusatio poterat inchoari post mortem, ut repetundarum, Peculatus, & Læsæ maiestatis: & auferuntur hæredibus bona. Si autem non poterat inchoari post mortem, & non auferuntur bona, nisi cōsciuerit sibi mortem post lit. conte. vel postquam fuerit in scelere deprehensus. j. de iure fisc. l. in fraudem. §. ij. & iij. & §. de iniur. rup. test. l. si quis exhæredato. §. sibi autem. j. eo. l. vlt. vsque ad §. vi. & C. eo. l. j. & ij. In capitalibus criminibus quæ pœnam mortis continent, non nocet aduersarium corrumperemam ignoscendum est ei, qui languinem suum, qualitercumque redemptum per pecuniam voluerit. In his autem criminibus, quæ sanguinem non insigunt, qui aduersarium suum corruperit, hoc est, accusatorem, punitur: ut §. de præuari. l. fi.

XXII. *De interdictione, & relegatione, & deportatione.*

Triplex est exilium: Aut certorum locorum interdictio, ut aliquis Bononiæ vel Mutinæ non ster. Aut lata fuga, ut omnium locorum interdicatur præter certum locum: puta ut ster Mutinæ tantum, vel Bononiæ. Aut insulæ vinculum, id est, relegatio in insulam, vbi non stat cum hominibus. Relegatorum duo sunt genera. Sunt quidam qui in insulam relegantur, & sunt qui simpliciter

Septē genera pœnarum.

Corru-
pere ad-
uersarium.

Exiliū.

Relegari pliciter, vt prouinciis eis interdicator, non etiam insula assignetur. Et hæc est differentia inter relegatos & deportatos: quod in insulam relegari & ad tempus, & in perpetuum quis potest. Et talis ciuitatem Romanam retinet, & testamenti factionem non amittit. Et si ad tempus relegatur, neque tota bona, neque pars ei adimitur. Deportari autem non nisi in perpetuum quis potest: & talis familiam perdit & ciuitatem, & bona sua. *J. l. relegari. & l. relocatorum. §. hæc differentia.* Est enim deportatio damnatio in insulam ob aliquod crimen capitale animo perpetuo ibi manendi. Et illa dicitur mors ciuilibis, & comparatur morti naturali in illis, in quibus mors ciuilibis habet eundem effectum cum morte naturali: vt in adeunda hæreditate, bono possess. instituendo hærede, &c. perdit enim ea que sunt iuris ciuilibis, vt testari, & similia. Ea verò que sunt iuris gentium retinent: vt in l. quidam. *§. de pœn. ita dicit gloss. in c. placuit. ij. xvj. q. j.* Interdictio autem est extra eam prouinciam, in qua quis domicilium habet, vel in qua incola est, prohiberi amplius morari, vel extra patriam suam mitti. Et interdum solet etiam per sententiam quibusdam interdici, ne intra patriæ territorium, vel muros morentur, vel ne excedant patriam: vel vt in vicis quibusdam morentur, aut suburbij: vt sic Basileg. Item constituti in honoribus solent aliquando, vel ad tempus, vel in perpetuum interdici honore, vel ne penitus honorem adipiscantur: vt in l. relocatorum *§. eod.*

Interdictio.

XXIII. De sententiam passis, & restitutione.

Passi sententiam dicuntur, quibus ob atrocitatem criminis aliqua ex solennibus pœnis per sententiam inflicta est, vel iniuncta: vt est vltimum supplicium, seruitus pœnæ, damnatio in metallum, deportatio, & similes: tales enim per sententiam damnati dicuntur fieri serui pœnæ: supplicium enim eorum Dominus est, vt in l. iij. supra de his que pro nõ scrip. hab. licet iure nouissimo, nemo ingenuus bene natus fiat seruus ex supplicio: vt in Authen. de nupt. §. quia verò. & §. quod autem, coll. iij. quod quomodo intelligi debet, not. gloss. in Authen. sed hodie. C. de donat. inter vir. & vxor. Et tales si ex indulgentia principis restituti sunt, & per omnia pristinum statum recipiunt, scilicet quantum ad honores, vel ordines, & similia: vt C. eod. l. j. & etiam ad patriam potestatem: vt Inst. quibus modis ius patr. pot. sol. §. cum autem. Est tamen differentia quibus verbis princeps vtatur. Nam si dicat, Restituo te: tunc ad omnia videtur restitutus: vt *§. dixit: quia verbu Restituo, generaliter est.*

Serui pœna.

Restituo pro principis.

le est. l. videamus. §. in Fauiana. *§. de vsur. & in l. fi. in fi. §. de ver. sig.* Sin autem dicat, Indulgeo tibi: quo casu de pœna tantum remittenda cogitasse videtur. C. eod. l. generalis, & l. tutor. & l. eum indulgentia. & C. de genera. aboli. l. fin. quia pœna potest demi, culpa perennis erit, id est, mala fama: vt dicit gl.

XXIII. De cadaueribus panitorum.

Corpora eorum, qui capitali crimine damnati sunt, cognatis, vel quibuslibet petentibus ad sepulturam danda sunt, & non neganda. Imò etiam corpora exustorum peti possunt, s. ossa & cineres collecta sepulturæ tradi possunt. Tamen hoc debet fieri ex indulgentia à principe petita, & concessa. Sic & Ioseph petiit à Pilato corpus Christi: vt dicit gl. in l. j. §. eod. & facit C. de relig. l. obnoxios. Aliquando tamen non permittitur, maxime in damnatis causa læsæ maiestatis: vt in l. j. §. hodie. *§. eod. de hoc xij. q. ij. quæsitum.* Prohibentur etiam sepeliri incendiarij. *xxij. q. viij. de incendiariis.* Item mortui in torneamento: item qui seipos interficiunt, &c. vide bonam gl. & ibi not. per Doct. in c. ex parte. ij. de sepul.

LIBER XLIX.

Et vndecimus huius.

Tit. i. De appellationibus, & relationibus.

Nemo est qui nesciat, quam frequens, quamque necessarius Nest appellandi vsus: nam per eum vel iniquitas iudicantiu damnosa, vel imperitia negligentium corrigitur. l. j. *§. eod.* licet nonnunquam bene latæ sententias in peius reformet: neque enim vtique semper melius pronuntiat, qui nouissimus sententiam laturus est. Est autem Appellatio secundum Azo. sententia: à minori iudice latæ per inuocationem maioris iudicis, prætextu iniquitatis, primæ sententia: rescissio. *§. de mino. l. præfectj. & ad Turp. l. j. §. vlt.* Vel est ab inferiori iudice ad superiorem gradatim facta prouocatio: vt dicit gl. in *§. ij. de conf. lib. vj. & ij. q. vj. anteriorum.* Relatio verò est remissio causæ ad superiorem facta. Et eo ipso quòd iudex dicit referre velle negotium, non potest amodo cognoscere: vt C. de rela. l. j. & C. de app. l. ex illo. Et debet iudex illico relationis exemplum litigatoribus edere. cap. intimasti. de appell. & *l. ij. & iij. C. de rela.* Appellare potest ille qui est condemnatus, sicut vnus vel plures. C. si vnus ex plu. app. & c. ab vno: de appell.

Appellatio.

Relatio.

II.

A quibus appellari non licet.

Superuacuum est admonere, à quibus non licet appellari, quia omnes sciunt, non esse à p̄ncipie appellandum, cum ipse sit qui prouocatur: vt j. l. j. & in Aut. de sanct. episc. §. j. sed ab eius rescritto bene appellatur: vt s. tit. j. l. j. §. j. & C. eod. l. nō est nouum. Interdum etiam Imperator ita solet iudicem dare, vt non liceat ab eo prouocari: & tunc non appellatur secundum leges. Secus iure canonum: vbi sola friuola appellatio per hanc clausulam Appellatione remota, remouetur: vt not. in cap. pastoralis. de appel. & ponit gloss. fi. j. eod. l. j. Item qui ante sententiam professus in iudicio fuerit senon prouocaturum, vel extra iudicium cum aduersario suo pacificatur, indubitate auxilium appellationis perdit: vt infra l. j. §. si quis. & C. de temp. appe. l. j. in fi. An autem ab arbitris appellari possit, & à quibus, not. j. l. fin. & est hodie clarè expeditum in cap. ab arbitris. de offic. deleg. lib. vj. Item à senatu non appellatur. Item non appellatur à sententia Præfecti prætorio, supra de sententia præfect. prat.

III.

Quis, & à quo appelletur.

Appellare qui potest à diffinitiuâ sententia, non ab interlocutoria: nisi in casu, cum iudex quæstionem in ciuili negotio, vel criminali habendam, eontra leges interlocutus est, j. de appel. reci. leg. ante sententiam. Et est hoc intelligendum de quæstione quæ sit per tormenta, non de quæstione principali, quia iudex interlocutoria sententia diffiniuit. s. tit. proxim. l. vlt. Item potest appellari à tota sententia, & à certo capitulo eius: tamen si appelletur ab vno capitulo, non rescinduntur id eò alia, nisi sint connexa. s. de mino. l. etiam. §. ex causa. vbi autem quis damnatus, ex pluribus facinoribus propter quædam appellauit, propter quædam non: si quidem appellauit in grauiori, differitur pœna in leuioribus. Si verò appellauit à leuiori, grauium pœna est omnino imponenda. j. nil noua. appellatio. pendente. l. j. §. vlt. Item potest appellari à consultatione. Item potest appellari ab iniqua interpretatione sententiæ, si tamen is habuit potestatem interpretandi, veluti procurator Cæsaris, & præfes prouinciæ: ita tamen vt in causa appellationis reddendæ hoc solum quaratur, an iure interpretatum sit. infra eodem. l. ab executeore. Item potest quis appellare à sententia iudicis ordinarij. Item à sententia iudicis delegati, licet delegatus sit à p̄ncipie: vt dixi supra titul. proxim.

Quam

IV. *Quando appellandum sit, & intra que tempora.*

Appellatio fit apud acta, sola voce vel dicto, si dicat, appello. Si autem non apud acta quis appellat, libellus appellatoris offerendus est ei, à quo appellatum est, si est copia. Alioquin ei quem appel. s. de appe. l. j. & ij. C. eod. l. litigato. l. eos. §. sin autem. & j. eo. l. j. §. dies. & §. si quis Libello autem appellationis p̄recto iudici, si quid recipiat, bene est: tunc enim & ipse iudex dare debet libellos dimissorios, siue apostolos intra xxx dies, etiam non petente appellatore: sed & appellator cum instatâ debet petere. j. de libell. dimisso. l. j. quod si non fecerit, imputatur ei: licet iudex malè fecerit, qui non dedit ei. C. de appell. l. eos. §. appellationes. & l. iudicibus. Si verò non debuit eam recipere, quod ex multis causis cōtingere potest. j. de appel. recip. l. vlt. & C. quor. app. non reci. nihil sibi præiudicat. Imò qui temerè appellauit, punitur in quinquaginta libris argenti, & infamatur, & medioctem pœnam corporalem subibit. C. de appell. l. eos. §. super his. & l. à proconsulibus. & C. quor. appel. non recipi. l. ab executione. §. vlt. Fiebat olim appellatio intra biduum in propria causa, quod computabatur à die latæ sententiæ. In aliena autem causa computabatur triduum. j. l. j. §. biduum. & §. dies, & §. in propria. & C. de appell. l. eos. §. sin autem. Hodie verò decennium est indultum ad appellationem faciendam à recitatione sententiæ numerandū: vt in Authen. de appel. & intra que tempora j. resp̄s̄o. quod tempus non currit, nisi à tempore sententiæ, & scientiæ. C. eo. l. j. & C. quo. & quan. iudex. l. ab eo.

V. *De appellationibus recipiendâ, vel non.*

Non omnes appellationes recipiuntur: sed hæc solum, quæ sūt ab his quorū interest vel peculiariter: vt s. de appel. l. iij. §. j. vel affectione: vt s. de appel. l. non tantū vel quibus mandatum est, vt procuratores, vel qui negociū alienum gerunt, quod mox reus ratum haberet: vt j. l. j. Item qui friuolè, vel sine causa appellat, non auditur: vt in c. vt debitus. de appel. Item vbi res dilationem non recipit, non permittitur appellare. s. de appel. l. constitutiones. veluti ne testamentum aperiat: vt C. eod. l. quisquis. Item ne frumentum in vsum militum contrahatur. C. eod. l. sin. Itē ne scriptus hæres in possessionem inducatur. Item si ex perpetuo edicto aliquid decernatur, non permittitur appellare quo minus id fiat. Item, quo minus pignus vendere liceat, appellari non potest. j. eo. l.

Libellus appellatoris.

Temerè appellare.

Intra que tempora appell.

Quorum appell. recipi. tur.

cod. l. fin. Item non appellatur post lapsum decennij, in Authen. de appel. §. & scimus. col. iv. nisi ratione ætatis vel alius causæ pertinentis ad titulum in integrum restitutionis interueniat. §. de in integ. rest. l. vlt. & §. de mino. l. ait prætor. Item non appellatur ab executione, vel executore sententiæ, nisi in casu quando excedit modum iudicationis, vel quando nimis citò exequitur sententiam: vt §. de app. le. ab executore. & C. eod. leg. ab executione. Item non appellatur à nominatione muneris publici utilitate priuata, vt tutela, vel curæ: nisi quando reprobatur executio. §. quando appel. sit. l. j. §. si quis. Instir. de execu. tur. §. qui autem. Item non appellatur à sententia condemnatoria criminis, cum publicè interfit statim puniri damnatos, vt sunt insignes latrones, & seditionum concitatores, vel duces factionum. vt §. de app. le. constitutiones. idem est in raptu fornicarum. C. de rapt. vit. l. j. §. sin autem. Item non appellat is, quem publicè constat esse debitorem, eo apertè manifestèque cõuicto. C. eod. leg. vlt. Item nec appellat tributaria is, à quo fiscalis calculi satisfactio postulat, aut tributaris functionis solemnne munus exposcitur. C. eod. leg. abstinendum. Item non appellat quis tertio in eadem causâ, secundo verò regularitèr appellat. C. ne liceat in vna eademque. leg. j. Interdum semel tantum appellatur, in Auth. de sanct. episc. §. si quis. & C. de appel. l. in offerendis.

v i. *De libellis dimissorijs, qui apostoli dicuntur.*

Post appellationem interpositâ iudex, à quo appellatum est, literas dat ad eum, qui de appellatione cogniturus est, quas literas dimissorias hie apostolos appellant. Sensus autem literarum talis est: Appellasse Titium à sententia illius, quæ inter illos dicta est. Ided à meo iudicio illum dimitto, & ad vestrum examen dirigo: ad quod j. de verbo. signif. leg. dimissoria. Sufficit autem petere apostolos instanter, & sæpius inter statuta tēpora, id est, xxx. dies à die latæ sententiæ: vt C. eod. leg. iudicibus. & in c. ab eod. de appell. lib. vj. & si iudex non det, contestetur appellans hoc ipsum, & non nocebit ei ex quo per eum non stat. C. de appel. leg. eos. §. apostolos & j. leg. vna. in fin.

v i i. *Nihil nouari appellatione interposita.*

Appellatione interposita siue ea recepta sit, siue non, medio tempore nihil nouari debet: puta executio sententiæ, vel quid simile: & hoc ex duplici capite. Nam si fuerit recepta appellatio,

appellatio, ex eo quòd recepta est, vt in Auth. vt cum de app. pel. cog. in princ. & in Auth. vt nulli iud. Si verò nõ est recepta, tunc nihil debet nouari ne præiudicium fiat appellationi, quousque deliberetur vtrum recipienda sit appellatio, an non. Recepta autem appellatione, tandiu nihil erit innouandum, quandiu de appellatione pronuntiatum sit, vtrum iusta sit, vel non, vt §. tit. ij. le. sciendum. vel donec lapsa sint fatalia: quia tunc firma est sententia prima. C. de tempor. appel. l. fin. §. illud.

v i i i. *Quæ sententiæ sine appellatione rescinduntur.*

Aliquando contingit, quòd sententia lata, etiam si graua-
men parti inducat, rescinditur tamē, quamuis prouocatum non fuerit: vt cum contra sacras constitutiones iudicatur, appellationis necessitas remittitur: vt §. de appellat. l. expressum. Fallit hoc in certis casib. no. j. le. j. §. item cum contra. per gloss. Item cum quis condemnatur ex edicto preëmptorio, quod neque solennitèr propositum est, vt debuit, neque in notitiam peruenit absentis: talis enim sententia, vt constitutiones demonstrant, nullius est momenti. j. l. j. §. cum ex edicto. Item si error calculi in sententia esse dicatur, appellare non est necesse. Item si quis condemnatur in rebus quæ tempore dictæ sententiæ non sunt in rerum natura. Item si quis condemnatur in rebus, quæ in humanis non sunt, quo tempore damnatus est. Item si impossibile sit præceptum iudicis, impossibilitate iuris, vel naturæ: vt j. leg. ij & iij. Item nulla est sententia, cum non iudicauerunt omnes, qui debuerunt iudicare: puta ex duobus delegatis alter sine reliquo iudicauit. C. eod. leg. cum magistratus, & in Authen. vt iud. non expec. sacras iur. §. si autem duo. & §. de arb. leg. sicuti. Item nulla est ratio excessæ metæ in multando: vt C. eod. leg. certa. & de modo multæ. vel ratione excessi temporis in iudicando: vt si erat delegatus datus, vt pronuntiaret ad certum diem. C. eod. leg. cum non eod. die. Item nulla est ratio pretij: si lata est per pecuniam. C. eo. l. venales. Item decretum nominationis est ipso iure nullum, propter priuilegium minoris ætatis, vel veteranorum: vt C. eo. l. penult. & vlt. Sunt & alij modi plures, quibus sententia est nulla ipso iure, qui not. C. de sen. Et quomodo, & quan. iudex.

i x. *An per alium causæ appellationum reddi possunt.*

In causis vel rebus pecuniarijs etiã per aliu causæ appellationis reddi possunt. Sin autem nõ sit pecuniaria causâ, led

Dimissoria
literarum.

Apostoli.

LIBER XLIX.

212

capitalis, per procuratorem agi non licet. §. de pub. iud. l. e. pen. §. ad crimen. Sed & si ea causa sit ex qua lequi solet pœna vti que ad relegationem exclusiue, incipiendo computari à capitali: descendiue: non oportet per alium causas agi, sed ipsam principalem personaliter auditorio adesse debere. Sed si pecuniaria causa est, ex qua ignominia sequitur, potest per procuratorem hoc agi. Et generaliter quæ causa per alium agi non potest, eius nec appellatio per alium agi conceditur: vt j. l. j. in fin. Quæ autem causæ per alios agi possunt, ponit gloss. j. l. j. §. j. in verbis ignominia. & gl. in c. j. de iud. lib. vj.

Qua causa per alios possunt agi.

x. Si tutor, vel curator, vel magistratus creatus appellauerint.

A muneribus publicis non appell.

Hi qui ad munera publica nominati & electi appellauerint, si legitimas causas nõ probauerint, periculo eorum erit, quicquid damni per moram appellationis Reipub. acciderit. Si autem apparuerit eos necessario appellasse, æstimabit præles vel princeps, cui sit hoc damnum adscribendum. facit ad hoc §. de appel. leg. imperatores. §. si magistratus. & C. quando appel. sit. leg. j. §. alia.

xi. Eum qui appellauerit in prouincia defendi.

Qui appellauerit, si appellationis causa peregrinetur, animo prosequendi, vel exercendi appellationem, in prouincia sua defendi debet in alijs causis: nec habet necesse personaliter defendere, aut personaliter respondere, hoc enim illis præstat, nec necesse habent se defendere, qui Reipub. causa absunt. §. leg. ij. tamen si non defendatur, sit missio, & venditio bonorum eius: vt supra quibus ex caus. in poss. catur. leg. ad cognitionem.

xii. Apud eum, à quo appellatur, aliam causam agere compellendum.

Index à quo in vna causa appell.

Hoc iure vtimur, vt quamuis appellatio interposita sit, tamen apud eundem iudicem à quo quis pronouauerit, compellatur alias causas, si quas habet, agere: cum habet ibi domicilium, aliàs contrariè §. de iud. l. g. ij. §. & quoque. Nec potest reputare iudicem sibi offensum, vt non debeat coram eo experiri, vel agere, cum possit denuo pronouocare. C. de appellat. leg. & in maioribus. Sed eandem causam, in qua appellauit, nullo modo ibi agere tenetur: vt C. de appellat. leg. eos. Imò si ageret, discederet ab appellatione sua. ea. gratum. §. j. de offi. de leg. & incap. cum venisset, de testa.

xiii. Si pendente appellatione mors interuenierit.

Aliquando appellatio porrecta, & suscepta ab initio, extinguitur ex post facto. Circa quod sciendum, quod morte rerum interueniente, de quibus agitur, causam postea nihilominus agi posse: si fuerit res talis, quæ mortua possit esse vsui hominis, puta porcus, vel quid simile: maxime cum quis fuerit in mora: vt supra de cond. fur. leg. si seruus furtiuus. §. bonæ præcessit mortem rei. §. de verb. obl. l. ioter stipulantem. §. si Stichus. & C. eo. l. quamuis. Si verò contigerit mors ipsis litigatoribus, si quidem ciuiliis erit causa, appellatio facta durabit, etiam post mortem appellatoris, vt habeant necesse, vel pronocationem exercere, vel statuti acquiescere. C. eo. l. j. Si verò fuerit criminalis; siue reus, siue accusator moriatur, extinguitur causa: si tamen non expressè, sed tacite bonorum fuerit facta ademptio: tunc enim quæ expressum est inuaidum, nec valet quod tacite inest. §. de serui. rust. præd. l. item. §. qui habet. vbi verò expressè sit ademptio bonorum, quæ si duæ sunt sententiæ, quia duo sunt capitula: vnde vno irritato, nihilominus valet reliquum. C. si reus vel ac. mor. fu. l. vlt. Sed tamen vbi hæres causam appellationis tenetur prosequi, vel exercere, sed minus, quatuor menses habet ad exercendum appellationem, non ad deliberandum, etiam si minus supererat defuncto. Si verò nō supererat ei, & illud habet. C. eo. l. vltima. & C. de iur. del. l. i. v. anterioribus.

Res liti-
giosa
mortua.

xiv. De iure fisci.

Varie sunt causæ, ex quibus nuntiatio ad fiscum fieri solet: nam si ille qui est incapax, puta deportatus, hæreticus, damnatus in metallo, natus ex damnato coitu, siue hæres sit, siue legatarius, vel fideicommissarius se desert fisco, & proficitur se capere non posse: vel ab alio præuentus defertur: vt j. cod. leg. senatus. §. senatus, vel quod mors ab hæredibus non vindicetur: vt C. vbi cau. fisc. l. j. & C. de his quibus vt indign. leg. j. vel quod indignus hæres qui nuntiatur: vt supra. de his quibus vt indign. leg. indignum. vel quod princeps hæres institutus est, & testamentum siue cõdicillu surrepti esse nuntiatur, vel quod

o 3

dicatur

dicatur quis thesaurum inuenisse in loco publico, vel fiscali: vel ex præuaricatione fiscum victum esse: vel talem decessisse, qui in capitali crimine est dñatus, & bona expressè adēptat: vel qui timore futuræ pœnæ se occidit: vel aliquem post mortem reum esse: vt s. de accusat. l. ex iudiciorum, vel domum destructam esse per vim publicam, vel priuatam. s. ad leg. Iuli. de vi pub. l. hi qui vel ab accusatione recessum, & ob id de calumnia, vel tergiversatione damnatum esse: vel rem litigiosam venum dari: vt C. de litig. l. si. vel pœnam fisco ex contractu priuato deberi. j. eod. l. aufertur. vel quod à Præside aduersus legem commissum esse vel factum: vt C. de asser. l. consiliarios & C. ad legem Iuliam repetund. l. j. His enim casibus bona ad fiscum deferuntur: & dicitur fiscus suo iure talia bona occupare. Sed nuntiatio vacantium bonorum quadriennio finitur: vt infra l. j. Dicitur autem fiscus pecunia Regis, siue grarium publicum, quo tales pecunia pœnales reponuntur. Inde dicitur, quod omnia que turpiter quæsitæ sunt, vel cum peccato detinentur, spectant ad fiscum: vt in l. Lucius infra eod. Et quod non capit Christus, capit fiscus: vt ibi. & xvj. quæst. vij. maiores, & propriè, quid sit Fiscus, & vnde dicatur, ponit Bar. C. eod. super rubrica, lib. x. & in leg. in prouincijs, in gloss. largitionales. C. de muner. & act. Et de natura fisci ponit Bald. in quodam consilio, quod incipit: Sanctissima & illustissima.

xv. De captiuis, & postliminiò reuersis: & de redemptis ab hostibus.

Captiui. Iure gentium capti in bello serui efficiuntur capientium: vt Inst. de iure nar. §. ius autem gentium. Nam Imperatores iusserunt captiuos vendere, ac per hoc seruare, ne occiderentur. Inst. de iure pers. §. serui autem. & qui ita in captiuitate fuerat à legitimis actibus prohibebantur: vt s. de test. l. lege Cornelia in fi. & s. de lib. & posthu. l. pen. & vl. Secutum est autem postea ius postliminij quod est ius amissæ rei recuperandæ ab extraneo, moribus & legibus constitutum: vt habetur infra leg. postliminium. j. responsio. Et dictum est Postliminium à limine, & post: vnde etiam qui ab hostibus captus est, & in fines nostros postea peruenit, postliminio reuersum rectè dicimus. Nam sicut in domo limina sinem quandam faciunt, sic & imperij sinem, limen esse veteres voluerunt: ab eo postliminium dictum, quia ad idem limen reuertebatur, quod amiserat: vt Inst. quib. mo. ius par. po. sol. §. si ab hostibus. Et competit ius post

postliminij aut in pace, aut in bello. In bello, cum hi qui nobis hostes sunt aliquem ex nostris ceperunt, & intra præsidia sua perduxerunt: nam si ex eodem bello is reuerfus fuerit, postliminium habet. i. perinde omnia restituntur ei iura, ac si captus ab hostibus non esset: & sicut antequam in præsidia hostiū deduceretur, cuius fuit, ita etiam intelligitur reuerfus: vt si ad amicos nostros perueniat, aut intra præsidia nostra esse ceperit. l. postliminij. j. eod. Sunt autem Hostes, quibus bellum publicè populus Romanus decreuit, vel ipsi populo Romano: ceteri verò Latrunculi, vel prædones appellantur: & qui à talibus capitur non est seruus eorum, nec postliminium illi necessarium est. l. hostes. j. eod. vbi Bart. tractat, an hodie inter Christianos, locum habeat ius postliminij.

xvi.

De re militari.

Res militaris dicitur, quæ ad disciplinam & exercitium militiæ pertinet. Hinc dicitur, quod omne delictum est militis, quod aliter quam disciplina cõmunis exigit, cõmittitur: veluti segnitia, vel contumacia, vel desidia. l. omnem. in prin. j. e. Et officium regentis exercitum non tantum in danda, sed etiam in obseruanda disciplina consistit. Meminerit enim qui armatum præest, parcissimè dare comæatū, equum militare extra prouinciã suam duci non permittere: ad opus priuatū, piscatum, venatum militē nō mittere. l. officium. in princ. j. e. Officiū Tribunorum est, vel eorum qui exercitui præsunt, milites in castris continere, & ad exercitacionem perducere, clausas portarum suscipere, vigilias interdum circumire, frumentationibus commilitonū interesse, frumentum probare, fraudē mensuræ coëtere, delicta secundum suæ autoritatis modū castigare, querelas cõmilitonum audire, valedudinarios inspicere. l. officium. §. j. j. eod. Sunt autem militum delicta quædam propria, quædam cū ceteris cõmunia: propriū militare est delictū, quod quis vt miles admittit, vt est transfuga, emanfor, desertor, erro. Transfuga est, qui ad hostes transfugit, & se militem dat cui nō licet. Emanfor est, qui diu vagatus ad castra reuertitur. Desertor est, qui per prolixū tēpus euagatus reducit. Erro, qui nūquã redit. Pœna militū huiusmodi est, castigatio fustis, & verberum, pecuniaria multa, munerum interdictio, militia mutatio, gradus deiectio, ignominiosa missio. In metallū autē & in opus metalli nō dabuntur, nec torquētur. j. e. l. desertorē. §. ij. iij. Nec alias sumiles pœn. quæ plebeis cõueniūt: vt s. de

Hostes.

Transfuga.
Emanfor.
Desertor
Erro.

pœn.l.mortis. §. iste. & C. de pœn.l.honor. & C. de quæ l.militēs.
& idē hodie de consuetudine non suspenduntur, etiam ex delicto ex quo plebeius suspenditur: vt dicit gl. in d.l. desertorē.
Missio
causa. in verb. torquentur. Missionū autē ex militia generales causas sūt tres, honesta, causaria, ignominiosa: de quib. §. de te. mil.

XVII. *De castrensi peculio.*

*Castrensē
peculii.*

In castrensi peculio filius vicem patrisfamilias obtinet. l. ij. §. ad Maced. & agit in eo filius sine consensu patris: tex. & ibi Bar. §. eo. l. miles. Est autem Castrense peculium, quod à parentibus vel cognatis in militia degētibus donatum est, vel quod ipse filius familias militia acquisiuit, quod acquisiturus non fuisset nisi militasset. §. eo. l. castren. ita dicit gl. in c. licet. de sep. lib. vj. & in gl. Instit. per quas pers. nob. acq. §. j. de hoc in la fori. & ibi Cyn. C. de adu. diuers. iud. & C. de inoffi. test. l. fi. in quæ. vlt. & Bar. §. eo. si fortē. & l. fi. C. de silentia. lib. xii. & Bald. in l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. illud autē quod miles in militia acquirit, quod acquisiturus esset etiam sine militia, id peculium eius castrense non est. dict. l. castrense, in fin. & §. ex quib. caus. mag. his qui Reipub. Et in hoc castrensi multa sunt specialia quæ hoc titulo tractantur.

XVIII. *De privilegijs veteranorum.*

Veterani.

Veteranorum priuilegium inter cætera etiam in delictis habet prærogatiuam, vt separentur à cæteris in pœnis: nec ad beatias itaque datur veteranus, nec sustibus ceditur. §. l. j. Et veteranis, & liberis veteranorum idem honor habetur, qui & decurionibus. §. l. iij. Sunt autem Veterani quibus honestè sacramento solutis data est immunitas: vt colligitur in l. ij. §. eo. Vel sunt non solum legionarij, sed omnis qui qualitercunque militauit, & honestè est ab ipsa militia absolutus. l. sed & milites. §. veteranus. §. de excus. tur. & præsertim si per viginti annos militauit: vt dicit glo. super rubro. C. de veter.

LIBER L.

Et vltimus huius.

Ad municipales & de incolis.

Municipem facit aut natiuitas propria, vel paterna, infra eod. l. assumptio, aut manumissio, vt eius originem sequatur, à quo fuit manumissus. infra eodem. l. eius, aut adoptio dum durat, infra, eodem. l. si is. Et propriè quidem Municipi

nicipes appellantur, muneris participes, hinc & Municipium ciuitas dicitur: eo quod recepti in ciuitate munera cum ciuib. subeunt, id est, publica officia. Sed abusiue Municipis dicimus suæ cuiusque ciuitatis ciues, puta Campanos, Puteolanos, qui ex duobus igitur Campanis parentibus natus est, Campanus est. Sed & si ex patre Campano, matre autem Puteolana, æquè muneceps Campanus est, nisi fortè priuilegio aliquo materna origo inspicatur: vt C. de inc. l. pri. tūc enim maternæ originis erit muneceps, vt puta Ilienibus concessum est, vt qui matre Ilienſi est, sit eorum muneceps: etiam Delphis & Ponticis hoc idem tributum & conseruatum est. §. l. j. §. j. Incola & his magistratibus parere debet, apud quos incola est, & illis apud quos ciuis est. l. incola. §. j. eod. Et dicitur esse Incola, quia illius ciuitatis quam incoluit præcipuis, id est, muneribus, seu officijs, aut actibus publicis vtitur, l. cire. §. eod. vel qui in aliquam regionem domicilium suum contulit: & idem est quod Aduena. l. pupillus. §. j. §. de verb. signifi.

II *De decurionibus, & eorum filijs.*

Decuriones sunt dicti, ex eo quod initio, cum deducerentur colonix sub conditione Romanorum, decima pars eorum qui deducerentur consilij publici gratia conscribi solita sit. l. pupillus. §. decuriones. §. de verb. sign. de hoc C. de lat. liber. tol. in prin. erat enim Decurionatus ordo quidam in ciuitate, protidens regimini ciuitatis: & sunt Consiliarij ciuitatis: vt gl. §. Decurionatus. quod cuiusque vniuer. l. nonnulli. & no. C. quæ sit long. cōluct. super rubro. Et licet quilibet possit mutare domicilium suum: vt §. tit. proxi. l. nihil, decuriones tamen qui sedibus ciuitatis ad quam pertinent relictis, in alia loca transmigrauerint, præses prouincix reuocabit in patrium solum & muneribus congruentibus fungi curet. l. j. §. eod. Et in quo differat decurio à Curiali, not. C. eo. super rub. lib. x. Et quem honorem, & quod omnia habeant decuriones, not. ibi. in l. j. gl. j.

III. *De albo scribendo.*

Album erat tabula quædam, vel paries dealbatus, vel murus in quo edicta publica prætorum conscriberantur: vt dicit glo. Inst. de act. §. pœnales, & in Clemen. dudum. de iudic. de quo Spec. tit. de dol. & cont. §. testa. Et qui tale album corrumpebat, egregiè puniebatur. l. si quis id quod. §. de iuris. omn. iud. Et in hoc albo describebantur etiam Decuriones eo ordine, quò quisque eorum maximo in municipio functus est, & præ

*Album
Prætoris.*

vnusquisque eorum in ordinem venit. l. j. §. eod. Et in hoc al-
bo decurionum & municipum ante scribebantur nomina eor-
um qui dignitates Principis iudicio consecuti sunt, & postea
eorum qui tantum municipalibus honoribus functi sunt. l. fin.
infra eod.

III. De muneribus & honoribus.

*Vehicu-
laris res.* Munerum ciuiliū quædam sunt patrimonij, quædam per-
sonarum, quædam mista. Patrimonij munera sunt rei vehicula-
*Nauicu-
laris.* ris, scilicet præbens vehiculum ad onus portandum. §. loca. l. cū
*Decēpri-
marus.* in plures. §. vehiculum. Item nauicularis, id est, præbens na-
*Persona-
lia mu-
nera.* uem, & c. §. Decemprimatus, id est cuiusdam qui præreat de-
cem, idem dicitur Decaprotus: vt §. l. iij. §. decaprotus, quia ab
istis decemprimatibus periculo ipsorum exactiones solen-
nium functionum celebrantur. Personalia sunt ciuilia mune-
ra, vt Defensio ciuitatis, id est, vt syndicus fiat. Legatio ad cen-
sus accipiendos, vt patrimonium scribatur. Item cura præ-
diorum publicorum, frumenti comparandi, aquæ ductus, equo-
rum Circensium spectacula, publicæ viæ munitiones, ac aræ
frumentariæ, calefactiones thermarum, annonæ diuisio &
quæcunque aliæ sunt curæ similes istis. Et generaliter perso-
*Patri-
moniale
munus.* nale munus est, quod corporibus cum labore & sollicitudine
animi, ac vigilantia principaliter existit. Patrimoniale verò
est, in quo sumptus maximè postulatur. leg. j. §. j. & ij. infra eo.
Quod autem ad honores pertinet, etiam is qui in patris pote-
state est, filium in potestate habet. l. ij. infra eod. Et qui origi-
nem ab vrbe Roma habent, si alio loco domicilium constitue-
rint, munera eius sustinere debent. l. iij. in prin. §. eod. Quæ au-
tem propriè dicuntur munera patrimoniorum, & quæ perso-
nalia, habentur ad longum in l. munerum. §. eod. & de Mistis in
dict. l. munerum. §. mista.

v. De vacatione & excusatione munerum.

Licet omnis excusatio suæ requiriti nitatur, si tamen præ-
tendentibus aliquid sine iudice, i. sine causæ cognitione credi
deberet, aut si passim sine temporis præfinitione, prout cuique
liberit permillum fuerit se excusare, non erunt qui munera
necessaria in rebus publicis obeant. l. j. in prin. §. eodem, quod
malum esset: vt §. de origine iuris. l. ij. §. post originem, quare
nemini vacatio, vel excusatio à muneribus tribuntur, nisi causa
Vacatio. per Iudicem cognita. Est autem Vacatio defectio, vel cessatio:
& vacare, id est, deficere: vt §. de var. & extraord. cogn. in ru.
& in leg. j. circa principium. Item vacare est intendere, vel
operam

operam dare. §. de arb. l. non distinguemus. §. ex compromisso.
de quo per Ioan. And. c. ij. ver. super schol. ne cl. vel mo. Et de
vacatione ob officio quemadmodum in hoc titulo accipitur,
ponit pulchrè Ang. in consilio suo cclxxxij. quod incipit: Pun-
ctus: Excusatio autem est exceptio quæ ab eo proponitur, qui
munus, id est, officium publicum subire haberet animo illud
euitandi, vel subterfugendi: de quibus hic in l. ij. & in l. in hon.

*Excusa-
tio.*

vi. De iure immunitatis.

Titulus §. proximus ad munera euitanda, hic ad euitandos
honores datur: licet quædam leges diuersis modis in vtroque
ponantur. Vel ibi de subeundis, hinc de euitandis: & est similis
diuersitas titulorum C. de aduoc. diuer. iudiciorum. & de ad-
uoc. diuer. iudicam. Immunitates datæ personis, hæredibus
non relinquuntur: sed generi posterisque datæ, in perpetuum
succeedentibus durant. l. iv. §. eo. Et dicitur immunitas priuile-
gium quoddam, vel remissio à iure, ad non subeunda munera
vel honores concessa: quia multa enumerantur hoc titulo,
quædam etiam §. rit. prox.

*Immu-
nitas.*

vii. De legationibus.

Legatio est functio publici muneris extra territorium, vel
provinciam, aut locum constituentis subeunda. Et est legatus,
principis, vel alterius Reip. nuntius aut orator pro aliqua am-
basiata vel aliquid nudum ministerium exercendum: de quo
j. di. c. ius gentiū. & xcvij. di. per tot. maximè in c. nobilissimus.
Et tales legati, quatenus Reip. causa absunt, habent excusatio-
nem à munerib. & honoribus: vt hoc tit. & Instit. de exc. tu. §.
si ponitur etiam hinc pœna eius legati, qui legationem dese-
ruit, cum distinctione, ex qua causa deseruerit: vt in l. j. & ij.
& quandiu habet vacationem post reditum, no. in l. Paulus.

*Legatio.
Legator.*

viii. De administratione rerum ad ciuitatem
pertinentium.

Quod ad certam speciem ciuitatis relinquitur, in alios vsus
conuertere non licet. infra l. j. nisi in casibus: vt infra eodem l.
legatum. & supra de vsufruct. leg. l. legatum ciuitati. & infra
de ope. publ. pen. & de poll. l. Imperatores. in fi. & C. de expen.
Iud. l. j. lib. xj. Magistratus Reip. non dolum solummodò, sed
etiam latam negligentiam, hoc amplius etiam diligentiam
debet, id est, culpam leuem. l. magistratus. §. eod. & generaliter,
quomodo omnes res ad vsum Reipub. spectantes, vel eius
curam per publicas personas geri & administrari debent, hic
tractatur.

De

IX. De decretis ab ordine faciendis.

Quæcunque ad collegium, vel vniuersitatem pertinent, nõ aliter tractari debent. aut collegio præiudicare, quàm si ab ipso ordine eiusdem professionis decretum intercedat. Illaque decreta quæ non legitimo numero decurionum coadunato facta sunt, non valent l. ij. §. eod. Non dicitur autem aliter ab ordine factum, quàm duabus partibus adhibitis. l. iij. §. eod. Si autem duæ partes non adfunt, potest inter duas numerari quæ ipsa decreuerit. §. quod cuiusque vniuersi. l. nulli. & l. planè. Et quod semel ordo decreuit, non oportet id rescindi, nisi ex causa: vt si forte ad publicam vtilitatem respiciat rescissio prioris decreti. l. quod semel. §. eod.

X. De operibus publicis.

De operibus quæ in muris, vel portis, vel in rebus publicis fiunt, aut si muri extruantur, præses aditus principem consulere debet. §. l. operibus. qui æstimabit an locari, vel destrui debeant propter pericula. l. si legatum. infra eod. & §. ne quid in loco sac. fia. l. fin. Et dicitur opus publicum, quod ad vtilitatem aut vsum Reip. principaliter pertinet. Et qui huic operi præest, Curator operum publicorum appellatur. §. l. j. circa princip. & l. ij. §. cura. ores. Cuius officium est, obrinere à præside, ne fines publici à priuatis detineantur: & si qui publici sunt, à priuatis separentur: & publici redditus augeantur. Et si qua loca publica vel ædificia in vsum priuatorum inuenerit, æstimare vtrumpe vendicanda in publicum sint, an vectigal ibi melius sit imponi: & illud quod vtilius esse Reipub. intellexerit, sequi. l. si legatum. in fi. §. eod.

XI. De nundinis.

Nundinæ sunt immunitas à principe concessa ad habendum generale forum in sua possessione, vel villa, vel castro: vt ponit gl. in l. j. §. eod. Et potest concedi à solo principe: & nõ vtendo, qui impetrauit hoc priuilegium decennij tempore, vsum amittit. l. j. §. eo. Sunt autem nundinæ necessariæ, & hominibus perquam vtilēs: eo quod & summa prudentiæ & autoritatis apud Græcos Plat. in lib. ii. Ciuilibus conuersationis, in ciuitate bene, beatèq; instituta, negotiatores in primis necessarios dixit. Indiget enim ciuitas pluribus rusticis, & alijs ministrantibus inuehentiis in vrbem, & euentiis singula. Hi autem sunt Negotiatores, qui diuersas mercibus afferunt. l. ij. §. eod. Et sic Nundinæ dicuntur celebratio generalis fori: vt hinc, & C. de mun.

Curator
operum
publico-
rum.

Negotia-
tores.
Nundinæ.

mun. & §. de acquir. possess. l. clam possidere §. qui ad nundinas. Ioan. And. in c. nauiganti. de vsur. aliter accipitur hoc verbum §. pro soc. l. societas. Et ille qui impetrauit super nundinis rescriptum, nullum in mercatibus, atque nundinis, ex mercibus negotiatorum debet conuenire, aut venalitijs, vel locorum temporali quæstu & commodo, priuata exactiõne nullum debent insequi: vel sub prætextu priuati debiti molestiam inferre concurrentibus ibidem. Concurrentes enim habet exceptio nem, interim dum steterint nunding. Qui enim impetrauit rescriptum, debet esse contentus eo commodo quod propter forum eius terra impingatur. Sed alij in nundinis contrahentes bene possunt conuenire debitores suos quos obligauerunt, habentes ibi pergulam, vel stationem: vt §. de iust. l. hæres. §. proinde. & C. eo. l. j. & in c. j. §. conrahentes. de foro com. lib. vj.

XII. De pollicitationibus.

Pollicitatio est promissio spontè, & nemine rogante, facta, Pollicemur enim spontè, promittimus rogati, vel coacti. Seru. super r. En. Et differt in hoc à pacto, quia Pactum est duorum consensus, & cõuentio. Pollicitatio verò effectus solius promissum. l. ij. §. eod. Et licet regulariter de iure ciuili ex nudo pacto non oriatur actio, vt diximus §. de pact. ex pollicitatione tamen, quam quis facit Reip. puta opus se facturum vel pecuniam daturum, quis obligatur: hoc si ob honorem promiserit sibi decretum, id est ab ordine datum, vel dandum: vel ob aliam iustam causam. Si verò sine causa promiserit, non erit obligatus: & ita multis constitutionibus, & veteribus & nouis continetur: si tamen sine causa promiserit & facere incoperit, obligatus est qui cepit. l. j. §. eod. Et dicitur cepisse, si fundamenta fecerit, vel locum purgauerit, vel si locus illi perenti destinatus est: vel si apparatus siue impensam in publico posuit: vt ibi.

XIII. De varijs & extraordinarijs cognitionibus: & si iudex litem suam secessisse dicatur.

Præses provinciarum de mercedibus ius dicere solet, extra ordinem officio iudicis implorato, sed præceptoribus tantum studiorum liberalium. Liberalia autem studia dicuntur ea quæ Græci Gymnasia appellat: vt sunt Rhetores, Grammatici, & Geometrarum: Medicorum quoque eadem est causa, quæ & professorum, nisi quod interior, cum hi salutem hominum agant, illi studiorum curam: & ideo his quoque extra ordinem ius dici decet. Est autem extra ordinem ius dicere, implorare officium iudi

Libera-
lia stu-
dia.

Extraor-
dinè ius
dicere.

iudice ad mercedem constituendam, & soluendam, & dandum salarium etiam si à principio non fuerit constituta mercas: vt j. l. j. §. medicorum. & in ipsa rubrica: & s. de dec. ab ord. fac. l.

Cognitio num numerus. ambitiosa. §. ad idem. C. de profes. & med. l. medicos. lib. x. Cognitionum autem numerus cum ex varijs causis descendat, in genera diuidi facile nõ potest, nisi summam diuidatur in quatuor species: Aut enim de munerib. siue honorib. gerendis agitur: aut de pecuniaria re disceptatur. aut de æstimatione alienius. i. fama vel opinione cognoscitur: aut de capitali crimine.

Iudex sine eiens li-rem sua. queritur. j. l. pen. Iudex autem qui litem suam fecerit, contra æquitatẽ pronuntiando, non propriẽ ex maleficio obligatus videtur, sed quia nec contractu obligatus est, & vique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam: ideo videtur quasi ex maleficio teneri in factum actione, & inquantũ de ea re æquum religioni iudicantis visum fuerit, pœnam sustinebit. j. eo. l. fi. & Inst. de obl. ex quasi malefic. circa prin.

XIV. De proxenetũ.

Proxenetæ est, qui inquirat voluntates aliquorum, secundũ gl. hic super rubro. Et dicitur apud nos Licitor siue Mediator: deducitur à προξενίω, quod est concilio, induco: & propriẽ dicitur compositor & mediator emibilium & vendibilium. media videlicet ista persona, per quã aliquis contractus celebrandus, vel incudus procuratur: & eius merces vel remuneratio dicitur Proxeneticum, quã & Philotrophæ dicuntur, j. l. ij. & iure licito peti possunt j. l. j. Hos & Græci Paranympnos appellant, præsertim si conditionis alicuius ad matrimonium, vel amicitia quærendã inter aliquos, vel assessorã, vel alicuius alterius rei proxenetæ & procurator sit. Sunt enim huiusmodi hominũ officinã in magnis ciuitatibus non improbabilis, in venditionibus, cõmercijs, & cõtractibus licitis, imò vtiles l. fi. in fi. j. eo.

XV. De censibus.

Census est præstatio tributis: vel est annua pœsio, quæ de prouentibus rerum immobilium datur. no. j. q. ij. quæstũ. & in quo differat à tributo ponit Bar. in l. j. §. de pub. & vect. & Io. And. in c. ad audientiam: de præsc. & ibi do. Anton. Et in quo differt census à pensione, no. gloss. in Clem. j. de sup. neg. præl. in verb. pensiones. Est autem sciendum quòd Italia non præstat tributum: quia domina provinciarum: in Auchen. vt omn. obe. iud. §. hoc considerantes. in gl. prouincias. coll. v. ne princeps prouinciarum facta sit sub tributõ: vt dicit gl. C. sine cen. & rel. l. omnes. licet Albericus dicat, quòd est ancilla ancillarum, causas vide

Italia.

vide per Archi. quæst. v. non vos. Sunt enim quædam ciuitates quæ sunt iuris Italici, vt non soluant censum, vel tributum Romanis: de quibus l. fin. infra eodem. & quædam coloniar, de quibus in l. j.

XVI. De verborum & rerum significatione.

Cum omne ius, quo vtimur, vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones pertineat: vt Inst. de iure nat. §. fi. de quibus omnibus in hoc volumine Pandectarum dictum est: sed quia in his vertuntur multæ dubitationes circa verborum & rerum expositiones, & interpretationes, ideo de hoc ponit. Verbum quandoque strictè ponitur, prout est pars orationis significationum actionis & passionis: hic autem largius ponitur secundum denominationem pro qualibet parte orationis. Et dicitur verbũ ab aëris verberatu, quod cõmune accidens est omnib. partib. orationis. Rei etiam verbũ est hic vt generale accipiendũ pro qualibet re mobili, vel immobili, aut fe mouente, vt diximus. s. de rebus cred. Et verba significant actiue, sed res passive: quia verba significant, sed res significantur. Et est significare, demonstrare de qua queritur, propter nomen ei attributum: sed hic largius sumitur, vt etiam si proprium nomen non interueniat, sed quocunque modo designetur res: vt s. fi. certum pet. l. certum. De significatione autem verborum plenissimè & perfectissimè tradere non possumus. Sunt enim quædam, quæ nõ recipiunt perfectam doctrinam vel propter infinitatem, vt in omnibus extraor. criminibus puniendis, vel propter confusio-nem rei, vt cum queritur, quando sit mora facta. s. de vsur. l. mora, vel propter infidelitatem hominum vel varietatẽ personarum, vt cum queritur quanta fides sit habenda testibus. Et ideo dixit lex, non posse omnes casus quandoque incidere lege comprehendendi: vt s. de leg. & sen. con. l. neque, & l. non possunt. & alibi quòd plura sint negotia, quàm vocabula. s. de præscrip. verb. l. natura.

Verbum

Res.

Signifi-care.

XVII. De regulis iuris.

Enim verò specialiter omni iure prætorio, & ciuili, per titulos diuersos tractando de personis, rebus, actionibus, in quibus omne ius cõsistit: vt s. de sta. ho. l. j. nunc generales diffinitiones siue traditiones annectemus. Nec enim nouũ est, vt quibusdam specialiter enumeratis, generalis quædam subiiciatur clausula, quæ omnia comprehendat: vt s. ad leg. Aquil. l. si scrus seruũ. §. inquit lex. Est autẽ regula multorum similium collectio secundum Grãmaticos: vel est, quæ rem quæ est, breuiter enarrat. Et dicitur

Regula.

dicitur regula, quia regi normam recte viuendi præbet. Inde Regularis, quasi recte viuens, vel sub regula viuens. Dicitur etiam regula, eò quod recta ducit, nec aliorum trahit. Persius: Apposita intortos ostendit regula mores. Est enim regula rectitudinis vel certitudinis forma, per quam scriptor nouit modum recte scribendi, & secutor modum recte secandi, & sic de similibus. Ita per regulas modum recte iudicandi cognoscimus. iij. distin. regula quasi regulariter vera, quamuis patiat exceptiones: quia exceptio est de regula. xxij. q. ij. dominus postter. Et constituitur regula per verba quæ de sua natura omnia comprehendunt: vt sunt vniuersalia, affirmatiua, & negatiua. Item per verba negatiua, & indiffinita, quæ æquipollent vniuersali. C. de hæred. vend. l. vlt. Officium regulæ est, plures similes casus simul iungere clauo rationis, infra eod. leg. j. ibi, quasi causæ coniunctio est, &c. Et solet dici, quod per regulam non statuitur ius, sed ex iure sumitur regula: & ideo proprie loquendo, dici debuisset, non De regulis iuris, sed De iure regularum. Allegatur tamen regula pro iure, non tam ex origine, quàm ex forma. Et potior est eius causa, pro quo facit regula: habet enim aduersarius necesse ostendere rationem quare in illo casu regula non loquatur, vt dicit gloss. eod. titul. libr. vj. super rubro. Quid autem sit ius, & vnde dicatur, dictum est suprâ, de iusti. & iur. Et sumitur hic pro nostro iure scilicet ciuili, non canonico.

Officium
regule

CODICIS IUSTI- NIANI TI- TVLI.



LIBER iste, secundus ex principalibus legum voluminibus, Codex diui Iustiniani dicitur, & xar' i'g' xlu, id est, per eminentiam, vel per Antonomasiam, id est, vice proprii nominis Codex appellatur. Sicut se habent Verbis, & Poëtæ Apostolique vocabulû: vt Inst. de iur. nat. §. sed quoties. & forte ideo, quia Codex dicitur à cogendo. Cogere enim vel imperare proprium est imperatoris, vt eius nomen denotatur, cuius est hic liber. Et hæc est præcipua legis

legis virtus ff. de legi. & se. con. l. legis. Vel dicitur à cogendo, id est, componendo, vel congregando: sicut fructus dicuntur cogi ff. de peti. hære. le à patre. §. vlt. Virg. Tityre coge pecus. Iustiniani dicitur, ad differentiam trium veterum codicum Hermogeniani, Gregoriani, & Theodosiani: de quib. j. Nā intentio domini Iustiniani est ex illis tribus codicibus, & extrauagantibus constitutionibus, hunc codicem componere. Finis autem, siue vtilitas, summa est: quia hoc opere perlecto, facili modo erit accessus ad tutiores causarum definitiones: & quia ex hoc nouo codice resultabit recitatio diualium constitutionum, & quia non est opus maxima mole pecuniarum.

Iustinia-
nus.

In nomine domini nostri Iesu Christi, Codicis domini Iustiniani sacratissimi principis, perpetui Augusti, reperiit prælectiones libri primi, Constitutio prima, de nouo codice faciend.

Imperator tractaturus de iustitia & iure præmittit tres constitutiones, quæ vicem obtinent proxi. In quibus auditorem beneuolum, docilem, & attentum reddit. Et in hac prima constitutione imperat, vetat, permittit, punit: quæ quatuor sunt legis virtutes. ff. de le. & se. con. l. legis. Imperat, cùm decem Philosophis, id est, viris prudentibus, committit, vt codicem componant: vt infra. eo. §. ideoque ad hoc, vsque illuc, ita tamen, &c. Permittit, additionem, detraktionem, mutationem vt ibi, adicientes, &c. Vetat ex alio codice recitationem fieri in suo. I. Punit, vt infra l. proxi. §. falsi. Docet etiam, quod ipse sit aggressus: cùm tradat hæc necessariò corrigenda esse, &c. & ita quodam modo suum opus commendat.

Nouus
codex
fac.

De Iustiniano codice confirmando.

Superior constitutio facta fuit nondum composito hoc codice: hæc autem, cùm iam erat completus, vt probatur j. cad. l. §. iisdem prudentibus, & ideo ponit in rubricam, de Iustiniano codice confirmando: quia antiquum codicem reiecit, & hunc confirmat. In principio autem huius constitutionis commendat vtilitatem sui operis, probando qualiter ad Rempublicam spectat. Secundò, mandatum certis personis repetit iniunctum & eorum studium comprobat. Tertiò, tradit de vi legum, & adiectum de pœna allegantium illicitas leges. Circa compilationem autem librorum legalium, colligi potest, quod decem fu-

Composi-
tores Ob-
dici.

P

orig.

orig. iur. l. ij. §. exactis. & vij. dist. cap. fuerunt. Item tres in Inst. vt in proœm. eiusdem. §. cumque hoc Deo. Et quindecim in compilatione Digestorum, vt Instit. in proœ. §. quas ex omnibus & infrà de vet. iur. enu. l. ij. §. quæ omnia. Item quinque in compilatione noui codicis, infrà tit. prox. Ita dicit gloss. §. in constit. j.

De emendatione Codicis Iustiniani, & secundæ eius editione.

Hæc constitutio quatuor continet partes. Primò enim dicit qualiter curat componere leges ad negotia dirimenda. Quod pater quia iam fecit Codicem, & confirmauit eundem. Secundò dicit, quod post prædictum Codicem factum fecit ipse multas constitutiones, corrigens, & immutans leges de his quæ erant in Codice, quæ constitutiones cum non essent in corpore Codicis, mandauit quibusdam sapientibus vt primum Codicem dissoluant, & istas interferant, & alias immutent, vt eis videbitur, & sic nouum librum faciant. Tertio dicit, hoc esse factum, & ideo mandat eum seruari, & nullam aliam Imperatoris legem, nisi de nouo faciat. Si autem aliquid fuerit scribi necessarium, in speciali libro Nouellarum nomine assignabitur. Quarto & vltimò mittit eum senatoribus Constantinopolitanis.

Tit. 1. *De summa trinitate, & fide catholica: vt nemo de ea publicè contendere audeat, aut disputare.*

Iustinianus æquitatis iustitiæque statuta inquisiturus, præmittit de summa trinitate, à qua iustitia (sicut ex eius definitione patet) ducit originem, & omnis æquitas splendescit in lucem: & quia super summa (id est, in æternum benedicta) trinitate nostra fides (quæ dicitur Catholica, id est vniuersalis) consistit, ideo de ea ponit. Vel quia tractaturus est de iustitia, de eius parte præcipua prius exorditur, id est, de religione. Religionis autem principium, est fides: cum omne quod non est ex fide, sit peccatum, extra de præscrip. ca. si. & xxvij. q. j. cap. j. & nostra reparatio à fide sumpsit exordium: & nil boni possit superædificari, vbi fidei deficit fundamentum, j. q. j. cum Paulus, ideo Iustinianus sui operis posuit summam trinitatem, & fidei catholice fundamentum: vt dicit gloss. hic super rubr. de qua, quia publicè tractari sæpe non expedit, supponit, vt nemo de ea, &c. Et dicitur summa, quia maior, immò maxima est omnium rerum: vt pòte cum ab ea, tanquam à prima causa, omnia procedant, infrà de vet. iur. enu. leg. j. circa prin. Trinitas dicitur

Summa trinitas.

dicitur, propter personas quæ in diuinitate consistunt: vt enim alius est pater, alius filius, alius spiritus sanctus: ita alia est persona patris, alia filij, alia spiritus sancti: nõ tamen tres Dij, sed vnus tantum Deus: nec tres triu personarum substantiæ, sed vna tantum, quæ Græco vocabulo *ὁὐσία* id est, indiuisa substantia dicitur, vt §. e. l. ij. Est itaque: vt iam dictum est, trinitas in personis, vnitas in substantia, deitate, essentia, maiestate glorie, æternitate, immensitate, incommutabilitate, omnipotètia: cuius laus, honor, virtus & magnificentia per infinita seculorum secula. Fides autem quandoque ponitur pro promissione, vt Instit. de rer. diu. §. venditæ: quandoque dicitur propositum, siue mentis intentio, in contractu, vel extra contractum adhibita: vel si fuerit in re alterius contrahentis, vel non contrahentis, adhibita ad eum decipiendum, vel vt ei præiudicetur, dicitur mala fides seu intentio. Ceterum, si fuerit vt tibi consulas, nec quenquam, fallas, dicitur bona fides credulitas: & in hac significatione sumitur hic. Vnde Apostolus: Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Et intellige credulitas, nõ cuiuslibet rei, sed circa trinitatem, & ea quæ salutis sunt æternæ. Et dicitur Fides ideo, quia fieri, omnino enim futurum est quod speratur. Vel dicitur à fide, quæ Græco *πίστις* dicitur. Sicut enim in cithara chordæ consonare debent ad perficiendam melodiam, ita & inter amicos animi: ita ad Deum, & cum Deo pectora nostra & corda consonare, & quadrare debent, ad constituendam consonantiam salutiferam, & celestem harmoniam. Dicitur autem Catholica, id est, vniuersalis & vbi que porrecta. Vnde dicitur in regio poemate. In omnem terram exiit, &c. Hinc & imperator, hic, Cunctos populos, inquit, &c. Quæ autem sit fides catholica, & quid de indiuidua trinitate, ac incarnatione verbi credere debeamus, altior est materia quam præsens hoc opusculum vel capere, vel professio nostra explicare queat. Credimus autem auctoritatem Apostolorum, & Evangelistarum, cæterorumque ecclesie Dei fundatorum, Item cõsiliorum quatuor Niceni, Constantinopolitani, Calcedonij, & Ephesini: vt j. eod. l. cunctos, & l. victor. §. suscipimus. Male autem credentes multis pœnis afficiuntur, quæ explicantur, j. de hered. & ma. l. j. ij. & l. quoniam, Sed & quædam ponuntur, j. eo. l. j. §. reliquos & leg. nullus. §. sciant, & §. qui verò. Bene credentes præmio vitæ æternæ afficiuntur, si tamen aqua & spiritu renati, & tabulam pœnitentiæ post naufragium peccati arripuerint: vt j. l. j. §. hanc.

Fides.

71. De sacrosanctia ecclesijs, & de rebus & privilegijs earum.

Quia mater fidei & religionis est Ecclesia; vt j. eo. l. iubemus, ij. in si. j. responso. ideo de sacrosan. eccl. ponit. Cui Ecclesia opus est rebus tam diuino cultui, quam personarum ibidem deseruientium vsui suppeditantibus. Si quidem res sunt necessariz his, qui in ecclesijs obsecundant diuinis mysteriis. Qui enim altario seruit, de altari etiam viuere debet, secundum Apostolum. Ideo subiungit, de reb. In quib. quoniam Ecclesia multis gaudent privilegijs, ideo dicit, De priuilegijs earum. Ecclesia autem multis modis dicitur: aliquando dicitur locus consecratus, parietib. circumdatus, vbi conseruauerunt Deum timentes peccatorum veniam postulare: vt in Authen. vt lic. mari & auiz. §. quia vero comperiuntur. Et in hac significatione sortitur priuilegia multa: & est vnum, quia non conceditur humanis corporib. vt ibi sepeliantur, vel vt morentur in choro cum clericis, j. eod. l. nemo. Et alia duo notantur in defensione fugientium & quiete orantium: vt j. de his qui ad eccl. conf. l. pen. & vlt. Et vnum in autoritate quam manumissioni prestat, quasi ipsa sit coram iudice facta: vt j. de his qui in eccl. man. l. ij. Et aliud in prohibita habitatione: vt infra de Iudz. & eccl. l. in synagoga. Sequens in prohibita omnino eius alienatione, etiam si monachi fame perirent: vt in Auth. de alien. & emphy. §. & quoniam. Secundò, est ecclesia omnium fidelium collectio. Et in hac significatione multa sortiuntur priuilegia circa dignitates, quæ denegantur hæreticis, & conceduntur fidelibus, j. de episc. aud. l. nemo. & l. iubemus. & in Authen. iusiurand. quod præ. ab his qui ad. Tertiò, dicitur ecclesia persona constituta ad seruiendum Deo, vel collectio personarum plurium ad idem destinata. Et in hac significatione multa sortitur priuilegia, j. eod. l. pen. & vlt. & j. eo. l. j. & de hæ. inst. l. collegium.

311. De episcopis & clericis, orphanotrophijs, & xenodochijs, ptochotrophijs, & assisterijs, & monachis, & de priuilegijs eorum, & castrensi peculio, & de redimendis captiuis, & de nuptijs clericorum veteris, seu permissis.

Inter clericos Episcopus maiorem obtinet gradum. Est enim episcopatus, culmen dignitatur: vt dicit gl. in c. ij. de præben. l. vj. Et dicitur Episcopus ab *epi* quod est super, & *epos*, quod est speculatio. itaque inspector vel superintendens dici potest. vij. q. j. c. qui episcopatum. Et xxj. distin. ca. clericos, habet enim super

superintendere circa clericos, & circa omnes subditos, xvj. quæ. vij. cap. omnes basilicæ. Sic & in archiepiscopo, & patriarcha: vt in auth. eod. tit. §. sanctissimus. & §. vt autem omnis. Vnde & potest dici in eminenti specula exemplo rectoris prouinciæ constitutus, vt j. de pri. ca. l. j. Clericus autem dicitur à *κλεις* *Clericus* quod est fors: quia in sortem domini electi sunt. ca. cum secundum Apostolum. de præb. & d. c. clericos. Horum officium est, vt Deo seruiant, sua distribuant, ludis se non immisceant, nec spectaculis, non fideiussionibus pro publicis triburis, vel conditionibus alienarum possessionum; nec curatores vel procuratores litium, non passim tutelis se immisceant. j. eo. l. ij. & l. discernimus. & in auth. eod. tit. §. presbyteros. In castrensi peculio clericorum distinguitur Episcopus ab alijs clericis. Nam episcopus hoc ipso quod Episcopus est, sui iuris est; sicut & in multis alijs dignitatibus est: vt in Auth. const. quæ de dig. §. pa. & antep. & ideo non dicitur habere peculium: vt j. de inof. test. l. vltim. sed patrimonium, vel res suas proprias, in quib. licet ei testari, si probatum fuerit eum habuisse ante episcopatum, vel post episcopatum, iure tamen cognationis vsque ad quartum gradum. Cæteræ autem res referuntur dominio Ecclesiæ. Presbyter autem, vel quis clericus, bene possunt esse in parentum potestate, & res ad se pertinentes habent in quasi castrensi peculio, vt & testari possunt in eis: ita tamen, vt parentes eorum legitima ferant, vt in Auth. eo. tit. §. presbyteros autem. Redemptio autem captiuorum pro quem fieri debeat, & qualiter, habetur j. eod. nulli. & in Auth. de eccl. tit. §. si quis autem. Qui autem clerici nuptias contrahere possunt, habetur in Auth. de mona. §. quod fieri. & in Auth. quo. oportet. episcopos: §. neque autem. & de nup. §. sed & si quis. & extra qui clerici vel vo. per tot. Conuersatio autem mulierum omnimodo est *Orphanotrophis* interdicta episcopis & monachis, alioqui episcopo priuatur *trophi.* episcopatu. Presbyteri autem & diaconi & subdiaconi cum eis *Brepho-* personis quæ effugiunt omnem suspicionem, vt cum matribus & *trophi.* sororibus cõuersari possunt: vt in Auth. eo. tit. §. presbyteros. & *Procho-* quomo. oportet. mon. viuere. §. non ingredientur. de hoc de coha. *trophi.* cleric. & mul. Orphanotrophii sunt receptores puerorum *Assiste-* ambob. parentib. orbatorum. Brephotrophii sunt gubernatores *ria.* pauperum infantium. Ptochotrophii sunt pauperum sustentatores. Assisteriæ autem, sunt feminarum debiliu sustentatrices. *Xenodochion.* Xenodochion, locus est vbi pauperes peregrini recipiuntur. *Gerontotro-* Gerontotrocomion, est locus vbi senes & valerudinarij, & propter *comion.* senes

Episco-
pus.

senectutem tantum infirmi homines curantur: glo. in c. tributum §. sancimus, xxi. ij. q. viij. hinc dicit glo. in cap. iij. de rel. g. Deponitur in brepho, hiero, orpho, pthochoque, xeno. Infirmitas vetulus, puer, orphanus, & peregrinus.

IIII. De episcopali audientia: & de diuersis capitulis que ad ius, curamque, & reuerentiam pertinent Pontificalem.

Episcopa Episcopalis audientia, est iuridictio ipsius Episcopi, quam **lis audit** habet in suos clericos, quandoque ex necessitate: vt si clericus conueniatur ciuilitate, vt pro crimine ecclesiastico: vt in Auth. de man. pri. §. si vero canonicum: & in c. si quis contra, de for. cop. quandoque ex voluntate: vt j. eo. l. si quia ex consens. scilicet de causa pecuniaria, non criminali: vt ff. de arb. l. no distinguemus. §. item Iul. & hoc cum eligatur vt arbiter. Sed & vt Iudex ordinatus eligi potest: vt j. eo. l. episcopale, & ff. de iud. l. j. Aliquando etiam desideratur ex necessitate in quibusdam negotiis, quae non omnino formam iudicij habent: vt in alienatione rei ecclesiasticae, vt in Auth. de alie. & emph. §. per eos vero, & §. ab illis, & in tit. de ann. excep. l. vt perfectus, & j. e. l. si presens. Ad curam autem & reuerentiam, id est, ad reuerendam sollicitudinem Episcopi multa spectant: scilicet vt curam habeat de incarceratis, & de redemptione captiuorum, & vt puniantur damnati, & similia: vt j. eod. l. addictos, & l. iudices, & l. Christianos. & in Auth. de sanct. episc. §. pen.

Episcopi
cura.

v. De haereticis, & Manichaeis, & Samaritanis.

De ministris catholicae fidei, & eorum priuilegiis dixit, nunc de aduersariis, & eorum poenis: scilicet de haereticis in genere, & specialiter de Manichaeis & Samaritanis, qui perfidiores haereticis sunt, & maiori digni poena. Est autem haereticus qui vel leui argumento a iudicio catholicae religionis & tramite detectus fuerit deuiare: vt j. eo. l. ij. Vel qui non est membrum fidei catholicae ecclesiae, vel qui est diuersarum haeresum: vt in Auth. de priu. dotis. col. viij. Vel qui non credit secundum quod predicant quatuor concilia: vt j. e. l. quicunque. Dicitur ad *uiga* vel *ai goipau* quod est opto, seu eligo, vnde etiam Apharesis, apud nostros ablatio dicitur, & Diaphesis quae est diuisio, & Synzesis quae est diuisorum coniunctio. Dicitur itaque Haeresis, optio, siue electio: eligunt enim haeretici sectam specialem, & catholicae religioni contrariam, vel diuersam. Cicero in Para. Estque in ea haeresis, quae multum sequitur florem orationis. Haereticorum autem quidam praedicant turpiora, & in maximo sunt errore:

vt Ma

Haereticis.

Haeresis.

vt Manichaei, Samaritani, Borboritae, Paganus, Montanista, Tascodrogi, & Orphitae: quibus omnis legitimus actus interdicendus est, vt j. eo. l. quicunque, & l. multi. §. idcirco. & cum aliis hominibus nihil ex legibus vel moribus habent commune, & omnino tamen rei laeae maiestententur. j. e. l. Manichaeos. Et sunt Manichaei, qui Christum dicunt non esse: vt dicit gl. j. d. l. Manichaeos, & extiterunt a quodam Persa, qui vocatus est Manes: hic duas naturas & duas substantias introduxit, id est bonam & malam: & animas ex Deo, quasi ex aliquo fonte manare asseruit. testamentum vetus respuunt. Nouum ex parte recipiunt. Ita dicit text. xxiij. q. iij. ca. quidam. vbi variae sectae haereticorum, & in l. Arriani, j. multi haeretici nominantur, qui omnes in d. c. quidam. exponuntur.

Manichaei.

vi. Ne sanctum baptisma reueretur.

Rebaptizare baptizatum, genus est haeresis: idem post haereticos ponitur haec materia, prohibens ne sanctum baptisma domini reueretur. Et quidem, si certum est aliquem esse baptizatum semel, non debet iterum baptizari: alioqui baptizato & baptizanti vltimum supplicium imponitur, quod mortem interpretatur. j. eod. l. ij. Vbi autem aliquis non est baptizatus semel, sed Christianus tantum, & ita Catechumenus vel catechizatus, vel initiatus ministeriis orthodoxorum, postea baptizatus secundum morem haereticorum, imponitur baptizati & baptizato poena exilij & decem librarum auri. j. eod. l. vltim. De hoc in c. ij. & c. quaedam de haereti. & in tit. de sacra. non inter. per totum.

Baptisma
reuerentio.

vii. De apostasia.

Apostata plus quam haeretici sunt: & sunt hi, qui nomine Christianitatis inducti sacrificia postea fecerint, vel facienda mandauerint. fidem polluendo, quam Deo dedicauerint, & perditionem diuini ministerij in prophana migrando. Est enim apostasia a nostris dictum refugium, vel rebellio. Inde Apostata. Et quae sit eorum poena ponitur hic in l. ij. iij. & in l. apostatarum, & in c. pen & si. extra eod. titulum.

viii. Nemini licere signum saluatoris Christi in silice vel marmore, vel humi sculperre, vel pingere.

Signum crucis humi ponere est contrarium religioni: est enim ab hominibus adorandum & venerandum, & si in manibus alicuius gestatur, ei debemus cum deuotione assergere: & si alicubi positum emineat, honorare debemus impendere. Ideo prohibetur hic ne humi ponatur, vel in aliqua materia humi posita sculparur, aut depingatur, ne pedibus conculcetur. Qui posuerit vel

positum non leuauerit. grauiſſima pœna mulctatur, quam morte interpretamur. ff. de pœn. l. vlt. & j. eodem. l. j. De adoratione crucis habetur dist. iij. cap. crucis. & in cap. si canonici. §. fin. lib. vj. & in clem. j. de sum. trin.

ix. *De Iudæis & cœlicolis.*

Iudæi antequam dominum nostrum crucifigerent, non gratabantur, imò priuilegijs gaudebant, & populus peculiaris vel specialis domini dicebantur. Dicti enim erant Iudæi quasi Deū vidētes, secundum interpretationem Io. An. super rubr. extra. eo. tit. Vel dicuntur à Iuda: quia illa trib. erat præstantior cæteris. Arch. lvi. di. domus. Postea autem perdidērunt priuilegia sua ex delicto. j. co. l. iussio. Ita vt non immeritò de eis dictum sit: Homo cum in honore esset, non intellexit, id est intelligere noluit, comparatus est iumentis, similis illis factus. Iudæi enim, vt Plin. lib. xi. i. nat. hist. scribit, gens est contumelia numinum insignis: Et ided ab omnibus dignitatibus & officijs publicis inter Christianos repelluntur. j. co. l. vlt. Cœlicolæ autem dicuntur, qui cœlum quasi Deū colunt, vel cœli planeras, scilicet Solem, Lunam, vel stellas: & hi, licet Christiani sint, cæterorum tamen hæreticorum pœnam patiuntur, nisi respiciant, & ad venerationem Christianam conuertantur, quidquid enim à fide Christiana diserepat, legi Christianæ cōtrarium est. j. co. l. cœlicolarum. hi & Planetistæ appellantur.

x. *Ne Christianum mancipium hæreticus, vel paganus, vel Iudæus habeat, vel possideat, vel circumcidat.*

Mancipiū Christiani, id est, seruus ab hæretico, pagano vel Iudæo possideri non debet: siue erat Christianum tempore emptionis, siue post emptionē fuerit factū Christianū vel desiderat fieri. Debet enim Iudæus istud venale exhibere intra mensem, & iusta cōditione vedere, nō amplius xij. solidis, id est, aureis, quòd si perniciosè id retinere contendit, & mōcipiū & preciiū perdit. l. j. & ij. de Iudæis. extra. & s. de ep. & cle. l. vlt. & j. co. l. j. in fi. Itē imponitur capital' pœna hæretico, hoc ipso q̄ habuit: vt j. co. l. j. vel circumcidat, vt ibi. de hoc l. iij. d. c. fraternitatē.

xi. *De paganis, & templis, & sacrificijs eorum.*

Pagani, id est, Saraceni, dicuntur, qui deos innumeros, deasque, imò dæmones colunt & adorant Et dictus est Paganus, id est, villanus, hoc est, in villa natus: nam cum iuxta fontem qui Græcè πηγή, dicitur, villa fieri consueuerit, deductum est vocabulū paganus, id est, villanus. Iuuenal. Cuius falsum producere testem

testem contra paganum possit. Et Persius, Ipse ego semipaganus. Hinc & Paganus dicitur, qui non est miles. C. de inoff. test. l. fin. Inde & Paganus dici potest quisquis militiam fidei orthodoxæ non susceperit, & in pagis, hoc est, separatis & diuersis sectis à fide nostra detinetur: & sic capitur toto hoc titulo. Tales sacrificia sua, putà cum immolatione bidentum, aut aliarum pecudum, ac exenteratione extorum, inspectioneque ilium & intestinorum, ac alijs superstitionis diuinationibus facere prohibentur. Item templa sua clausa habeant sub pœna mortis, & amissione bonorum. j. co. l. j. Item omnia templa paganorum applicantur Reipub. vt Imperator ea vbicumque velit possit dare: sicut Phocas Cæsar fecit beato Bonifacio, de templo quod vocabatur Pantheon, id est, omnium Deorum. j. co. l. omnia.

xii. *De his qui ad Ecclesias confugiunt, vel ibi exclamant, & ne quis ab Ecclesia extrahatur.*

Inter cætera priuilegia quæ habet Ecclesia, hoc præcipuum est, ne confugientes ad eā alicuius temeraria autoritate abstrahantur, cum tali distinctiōe, sint liberi vel serui: si serui, vel coloni, vel ascriptitij, vel liberi, vel aliæ personæ de alicuius familia, tales sine magna mora restituantur dominis suis, vindicantibus in eos, vbi acriter deliquerunt: aut si non deliquerunt acriter, fiat remissio ex humanitate, intercedente religioſo œconomō: & sacramento præstito à domino, quòd ob causam illam non laedat eos. j. c. l. præfenti §. sanè. & l. si seruus euiusquam. & in Aut. de sanct. epif. §. si quis autem ad monasticū. Hoc, si seruus confugerit ad ecclesiam sine armis: alioquin cōtinuò domino, vel à quo recessit, indicetur: si ei copia abstrahendi denegetur: & hoc, vbi confugit ad ecclesiam propter suum delictum: alioqui si propter sc̄uitiam domini, compellatur dominus vendere ipsum bonis cōditionibus, id est, ne amplius reuertatur in potestatem domini. ff. de his qui sunt sui vel alie. l. ij. nisi fortè mallet redire: & tunc restituntur, vt dictum est. j. co. l. vlt. in fin. Si autem liberi confugerint ad ecclesiam: aut hæretici, aut Christiani, vel Iudæi. Si hæretici vel Iudæi, non suscipiantur, vel retineantur, nisi conuerti vel reuertī velint ad fidem. j. co. l. j. Si autem Christiani, habent promissionem securitatis à præside loci vsq; ad xxx. dies, & c. vt in Authen. de mād. Prin. §. sed neq; & fiat postea, vt j. c. l. præfenti. Sed si quis temeritate sua confugam extraxerit de ecclesia: aut extrahere

Iudæi.

Cœlicola.

Planetistæ.

Paganus.

conatus fuerit, tanquam crimine læsæ maiest. commisso tenetur, & vltimum supplicium patietur. j. cod. l. fidei, & l. vit. in princip. nisi confugere erat homicida, vel adulter, vel raptor virginum: vt in Authent. de mand. Princ. §. neque autem homicidis. De hoc in cap. inter alia, & capi. final. extra de immun. ecclefi.

XIII. *De his qui in Ecclesia manumittuntur.*

Manumitti in Ecclesia. Sicut Ecclesia fugientibus fauet, ita & manumittendis: quia in Ecclesia coram Episcopo & sub aspectu plebis manumissus; perinde habetur, ac si apud iudicem manumissus esset. Nam istæ duæ species manumissionis parificantur, vt Institut. de liber §. j. Ita tamen quòd manumittens suam priuatam scripturam de libertate danda exponit. In qua & sigillum suum debet apponere: vt infra eod. l. j. Quid autem sit manumissio, dixi in ff. proprio titulo.

XIV. *De legibus & constitutionibus Principum & edictis.*

Lex.

De diuinis dictum est: nunc de humanis sacris, nã leges sacræ sunt. j. cod. l. leges sacratissimæ. quæ constringunt hominum vitas ad sanctè beatèque viuendum. Lex quandoque ponitur strictè pro statuto pop. Rom. quandoque largè pro omni rationabili statuto: & ita regula est iustorum & iniustorum, vt dicitur in trãlatione Græca. ff. eo. l. ij. Vnde dicitur, Ipsi legem non habentes, sibi ipsi lex sunt. Constitutio verò Principis, & edictum legis pares sunt: & differt constitutio ab Edicto, quia cõstitutio potest esse generalis & specialis, vt in ff. de con. Prin. l. j. §. hæc sunt, & §. planè. Edictum verò est Principis generale statutum, j. eo. l. ij. de his dixi ff. de leg. & ff. de const. Princ.

Constitutio principis. Edictum.

XV. *De mandatis Principum.*

Mandatum.

Quia mandata sunt constitutiones speciales Principis, idèd post vit. prox. ponitur. Est enim Mandatum non quolibet cõstitutio, sed ea duntaxat, quã præcepit Imperator: qualiter is, quã eligitur magistratus, laudabiliter gubernare prouinciã possit, & dicitur sanctio: vt in Auth. de mand. Princ. Et per totã legem illam docetur, magistratus qualiter debeat se habere. Et differt Mandatum à Constitutione, sicut species à suo genere. Circa mandata autè hoc generale est, fiant vel non fiant gratia admittationis gerèdæ, vt non credatur aliquis ea habere nisi sacras literas Principis ostèdat: & ita plus creditur hoc casu literis, quàm test. §. de epif. & cl. l. si qua. §. vlt. In procuratore autè qui agit nomine nò, nõ exquiritur, habeat literas vel nõ: sed qua

qualitercunque probet se habere mandatum, vel caueat rem ratam dominum habiturum, j. de procl. j.

XVI. *De senatusconsultis.*

De materia huius tituli dixi ff. eo. tit. & de orig. iur.

XVII. *De veteri iure enucleando: & de auctoritate iuris prudentium, qui in Digestis referuntur.*

Duæ partes legis, scilicet constitutio & senatusconsultum expedite sunt: superest de Plebiscitis, & pratorum edictis, & ita de enucleatione veteris iuris: in compositione enim veteris iuris quidam maiorem, quidam minorem scientiam habuerunt, de quibus hic. Dicitur autem Verus ius, quia ab vrbe Roma condita & Romuleis temporibus vsque ad tempora Iulianiani ferè per mille quadringentos annos cõsula ista iura fuerunt: vt j. eo. l. j. §. j. ibi, reperimus autem. & §. cumq; hæc materia. & l. ij. responso. Enucleatio autem dicitur, quia sicut in nuce primò quod est amarum inuenitur, ita & in isto veteri iure erant tot multitudinis acerbitates, quòd nemo eas legere vel intelligere poterat. Item sicut in nucleo testa dura inuenitur, ita ibi dura & iniquæ erant sententiæ, secundum Azo. Item sicut nucleus quadam inutili pellicula tenetur, ita & illa multitudine tanta sublata superfluitate antiqua, & necessariis & vtilibus collectis prout melius potest, j. eo. l. ij. sed & si aliquid. Iniungit autem quibusdam disertissimis viris, cum summa prouidètia hanc enucleationem facere: quæ extendebatur in duo penè millia librorum, & plus quàm triecies cetera millia vetus suum, id est, paragraforum, vel responso: vt j. eo. l. ij. §. sed cum omnia.

Vetus ius.

Enucleatio.

XVIII. *De iuris & facti ignorantia.*

Quia leges ab omnibus sciri debent & intelligi: ignorantia autem tam in iure quàm facto sæpe in pactis & causis prætenditur, idèd de ea diximus ff. eo. tit. plenè.

Ignorantia.

XIX. *De precibus imperatoris offerendis, & de quibus rebus supplicare liceat, vel non.*

Quia dominus imperator caput est, & minister, ac executor legum, de quibus s. idèd de ipso primò videamus. Sed quia non temerè, sed per preces est adèundus, qualiter hoc fieri debeat, & de quibus rebus sibi liceat supplicari, hic tractatur. Et quidem offeruntur, considerata Consuetudine & Iure. Consuetudine, vt quia pileo, & pallio reiecto, genibus flexis preces potèrigendæ sunt. Iure, quia breuiter est ei exponèdum negotium;

Imperator precibus adèundus.

ea videlicet tantum verba, de quorum sensu inter partes fuerit dubitatum. *7. eod. l. vlt.* Licet autem supplicare pro hereticis, vt fecit papa. *5. de summ. tri. l. vlt. §. sed* quia gremium. Item supplicare licet pro minore damnato à principe: quandoque licet raro, permittitur supplicare pro beneficio in integrum rest. dū minor dicit se proditum ab aduocatis. *ff. de minor. l. minor autem. §. si autem.* Item durante officio p̄sidis, eius subiecti supplicare possunt principi, vt factum eius puniat: in Auth: vt iud. sine quouo suff. *§. si quis autem prater.* Item cū ordinatio clericorum facta est per pecuniam: vt in Auth. quomodo oportet. *ep. §. vlt.* Et in casu l. quories. *7. eo.* Et in his quæ non sunt fisco damnosa: vt *7. eo. l. nec* damnosa. Item in his quæ non sunt iuri contraria: aliàs rescriptum impetratum non tenet, sed dicitur subreptitium. *7. eod. l. rescripta.* de quibus plenius dicemus infra, Si contra ius vel vtil. pub.

xx. Quando libellus principi datus facit liti consuetudinem.

Supplicatio nis effectus. De supplicatione principi facta in genere *5. dixi*: nunc de eius effectu. Est autē effectus supplicationis quæ principi porrigitur, quod si imperator ad eam rescribat, vicem obtinet liti contestata: quantum ad hoc vt perpetuetur in *xxx.* vel forte in *xl.* annos: sicut in constitutione dicitur *7. de anna. except. l. j.* & ira potest intelligi quod dicitur *ff. de act. & obl. l. constitutionibus.* Hæc tamen nõ habent locum in qualibet actione, sed in prætoria & annali, vt est in rub. *Vi bon. rapt. & quod met. causa.* quæ non sunt rei persecutoria: *ff. de act. & obl. l. in honorarijs.* Ciuiles enim solitis & communibus modis tantum perpetuantur, vt contestatione, executoris conuentione, debiti agnitione: non autem sola libelli oblatione. vt *7. de præscript. xxx. ant. l. si quis.* & *l. cū* notissimi. Est ergo mens tituli, quod sicut prætoria & annales actiones, quæ de sui natura temporales sunt, & anno expirant, per liti contest. perpetuantur, & fiunt postea perpetuæ ad agendum, vt *Institu. de perp. & temp. act. §. pœnales. l. cum* mora. *C. de transact. & ibi Bart.* Ita & in eis actio annalis perpetuatur, si libellus principi porrigitur, & ille ad eum rescribat. *7. l. j. & ij* Secus si alij iudicio offeratur, *d. l. constitutionibus. ff. de act. & obl. & ex* his etiã casib. fit actio annalis transitoria ad hæredes, vel contra: vt *d. §. pœnales. & d. l. constitutionibus.* In casibus tamen etiam ciuiles actiones perpetuantur sola libelli oblatione, hoc cū impediatur litem contesta. contra reum, vel propter furorem suum vel

vel dignitatem, vel absentiam, vel infantiam, vt *7. de ann. except. l. vt* perfectius.

xxi. Vt lite pendente, vel post prouocationem, vel post definitiuam sententiam nulli liceat supplicare imperatori.

Quando sit supplicandum vel non, ponit, s. pendente lite principalis causæ, vel post prouocationem, scilicet, pendente causa appellationis, aut post definitiuam, scilicet quæ non potest retractari post appellationem. His tantum modis supplicare non licet. Ante litem autem contestatam si supplicetur, admittitur supplicatio pro executione iuris ciuilis, vel iustitia communi: si tamen præses, vel defensor loci primò fuit aditus, qui circa ius commune partes suas ad plenum potuerunt accommodare: vt in Authen. de man. prin. *§. sit* tibi. & vt diff. iud. in princip. Si autem fiat supplicatio, vt detur priuilegiũ, tenet etiam his prætermisissis, quia nec sufficientes esse potuerunt in dādo priuilegiũ. Si verò post litem, nullo modo tenetur, vt in rub. & *7. eo. l. vl.* In casib. tamen supplicatur etiam pendente lite, hoc est vt edantur acta vel sententia. *7. eo. l. ij.* vel alius affocietur iudex, vel vt terminetur causa: vel vt citius finiatur: vt in Authen. in me. liti non profer. *sa. fol. §. super* hoc. *col. viij.* Et habet locum hæc rubrica, quando supplicatur pro his quæ sunt inter partes in lite. Pro his autem quæ non sunt in controuersia, licet supplicare etiam quādo cunque.

xxii. Si contra ius, vel utilitatem publicam, vel per mendaciam fuerit a liquid postularum, vel impetratum.

Si rescriptum, vel priuilegium contra ius Dei, Apollolorum, Euangelistarum, Prophetarum indulgetur, omnino respuitur, quia superioris legem tollere non potuerunt, *cl. ne* Romani: de elec. Potest tamen distinguere pro qualitate personarum, & publica utilitate: de qua hic latè per Doct. & in *c. si* de consue. Si autem sit contra ius humanum: aut est in læsione alterius, aut non. Si est in læsione, si quidem lædatur in eo, quod ei competit de iure naturali, nullum est priuilegium vel rescriptum: quia iura naturalia dicuntur immutabilia. *Institu. de iure na. §. penult* fallit in casibus. *7. de quadr. præscript. l. vlt.* & de vend. re. *fisc. l. j.* Si autem lædatur in iure ciuili, puta circa actiones quæ omnes inductæ sunt à iure ciuili. *ff. de orig. iur. l. ij.* & ita quod ius omnino perimatur, vel ex toto agendi denegetur potestas: & tunc non tenet: vt infra eod. *l. vlt.* Nec enim verisimile est, quod imperator voluerit cedere priuilegium cum

Supplicatio quando admittitur.

Rescriptum contra ius.

*Contra
publicam
utilitatem
per mendacium.*

cum tanto præiudicio, cum ipse iudicibus committat, ne rescripta contra leges admittant, j. eod. l. vlt. & j. de inoff. testa. l. si quando, in princip. Si autem non perimatur, sed differatur, bene tenet: vt §. de prec. impe. off. l. quoties, & infra eo. l. sacri legij. Si autem rescriptum indulgetur contra publicam utilitatem, non tenet: sed oportet quod fiat secunda iussio, vt dixi §. d. de prec. impera. offe. Vbi autem per mendacium impetratur, siue quis mentiarur principi in iure scripto (in quo tamen nõ est verisimile principem decipi: quia de sermo eius pectoris omnia sunt condita iura, j. de test. l. omnium, & c. j. de const. lib. vj.) scilicet dicendo aliter legem statuere, quam statuat: vel in iure non scripto, id est, consuetudine, in quo facilius potest decipi princeps, d. c. j. Siue meriatur in facto, dicendo se non accepisse pecuniam mutuo, &c. Siue mentiarur in fraudem tacendo: vt quia cum sit liberrus alienus, hoc tacito, faciat se arrogari vt ingenuum, cum non possit de iure, ff. de adop. l. nec libertum. Vel tãquam dominus rei, vel creditor pecuniaz impetrat rescriptum ad iudicem certum de agendo, hoc tacito, quod possessor vel debitor sit iam ab eo absolutus, tenet rescriptum in his omnibus mendaciis impetratum: vt tamen datus iudex pro tenore veritatis causam examinet, & eam desinit non pro affirmatione deprecantis, id est, pro mendaciis in deprecando admissis, vt j. eo. l. j. præscriptione.

XXIII. De diuersis rescriptis, & pragmaticis sanctionibus.

Suprà de rescriptis contra ius elicitis in specie: nunc ponit in genere, dicens, de diuersis, id est, varijs rescriptis: sicut & illa rubrica in ff. intelligitur de diuer. & temp. præsc. Rescripta autẽ indulgentur proposito die, & Consule: licet illud de Consule hodie ex consuetudine non seruetur, vt j. eod. l. si qua beneficicia. Itẽ dies incarnationis Domini exprimitur, vt inchoetur instrumentũ Authore Deo: & supponitur in dicto, & nominabitur Imperator & eius imperij tempus, vt in Authen. vt præp. n. o. impera. doc. col. v. Item debet scribi rescriptum purpurea scriptura, & signari ardore cocti muricis, & triti occinij. Est enim Murex quidam piscis, ex cuius sanguine tingitur purpura. Item debet imperator se subscribere, infra eod. l. sacri affatus. Item debet subici annotatio, qua contineatur, inter quos, & ad quem iudicem: & per quam personam fuerit dicta iussio principis, id est, ipsum rescriptum: vt in Authen. vt dicitur. ius. col. viij. Item semper debet inseri conditio, si preces

Murex.

verita

veritate nitantur, & si non monstretur inferra, non valet rescriptum: vt j. eod. l. vlti. Et quod dictum est in rescriptis, seruetur in pragmaticis sanctionibus. Est autem annotatio, rescriptum principis eius proprio motu indultum. Pragmatica sanctio est, quod consilio procerum princeps statuit & sancit, nec indulgetur super priuatis negotiis singulorum, sed & vniuersitatum: vt j. eod. l. vlt. §. vlt. Pragma enim, causa dicitur: hinc Pragmatica sanctio, quæstio quæ causatiua est, & cum causa cognitione fit, vt dicit gl. in c. j. extra de rerum perm.

*Pragmatica
sanctio.*

XXIV.

De statuis & imaginibus.

Quia per scripta concedebantur fieri imagines in suum aut alienum honorem, ideò de his ponit. Et est differentia inter Statuam, & imaginem: quia in Statua nihil est quod hominis effigiem non designet. In imagine autẽ sic: nam est sola pictura, & multæ partes quæ non designant membra hominis, vt dicit glo. super rubri. Erat olim vsus statuarũ apud barbaros frequentis, Romanis postea vsurpatus est in signum deificationis: putabant enim ex bonis huius vitæ, alterius vitæ beatitudinem futuram. Quod diui principes ex toto tollere non poterunt, sed, sine suo privilegio erigi statuam prohibuerunt, penam contrauentibus irrogantes: vt infra eo. l. j.

*Statua.
Imago.*

XXV.

De his qui ad statuas confugiunt.

Confugiunt ad statuas si quidem iusto timore aliorum, ne sauiant in eos, secundum leges vindicentur. Si verò confugiunt per malitiam, hoc est, inuidia causa, vel blasphemiaz, nam præsumitur aliquis deliquisse, vinculis publicis mancipetur, ff. de pecun. l. capitalium, §. ad statuas, facit Insti. de his qui sunt sui, §. si. Si autem quis confugerit ad summi regis statuam, vel imaginem, id est, ad omnipotentis Dei ecclesiam, turpiter inde non extrahatur, vt dixi §. de his qui ad eccles. conf.

XXVI.

De officio Præfecti Orientis & Illyrici.

De principe qui caput est omnium magistratuum diximus. Nunc de alijs magistratibus qui sunt Principis, tanquam capitibus membra: vt j. ad leg. lu. ma. l. quisquis. Horum alij sunt maiores, alij minores, alij medij. Maiores vt illustres: qualis est Præfectus prætorio Orientis, item Illyrici, itẽ Africa, itẽ vrbis Romæ. Minores sunt clarissimi, putã Præsides pronficiarum: Medij sunt spectabiles: vt Proconsul, Præfectus Ægypti, qui dicitur Augustalis, vt dixi. ff. de off. præ. Aug. Excelliores præfecti sunt, Præfectus prætorio Orientis, & Illyrici, quorum officium

officium

cium est, vt ab eorum sententiis non appelletur. Item nec contra eorum sententias datur restitutio, nisi ab ipsis. Item condere possunt leges, vt tamen non sint contrariæ generalibus legibus, vel constitutionibus. j. eo. l. formam. Et sumpsit h. c. Imperator exordium ab illustribus, hoc est à Præfectis prætorio, quasi à maioribus qui maiores sunt dignitate & administratione. Sed in ff. exordium sumpsit à superillustribus, hoc est à Consulibus qui super illustrem dignitatem habent, vt in Auth. vt ab illu. & qui super eam dig. Est autem Illyria vel Illyris provincia cuius fines latissimi sunt: quippe quæ intra Italiam, superioremque Germaniam, Macedoniam, Thraciam, Epirum, & Adriaticum sinum, Danubiumque continetur. Virgil. l. An. Illyricos penetrare sinus, &c.

XXVII. *De officio Præfecti prætorio Africa, eiusque diæceseos statu.*

Et hic illustris est sicut superior, & est eius sedes Carthago, vt in l. j. huius tit. circa medium. cuius officium est, vt milites constituat per quos provinciam iudicentur & defendantur, vt infra l. ij. Item si viderit castella & ciuitates nimiam magnitudinis esse, poterit ad talem formam redigere, vt per paucos melius possint conseruari: vt in Auth. vt iudi. sine quoquo suff. §. illud tamen & §. nulli quoque. Et incipit tunc præfectus Africae constitui, cum à Gothis, Vandalis Africa centum & quinque annos possessa, & captiuata, demum volente domino, imperio recuperata & adiecta est Romano, vt in l. j. j. eo. Status autem diæceseos Africae est, vt in septem provinciis diuisa, in Carthaginem, Byzantium, Tripolim, Tingin quæ ante proconsularis vocabatur, Numidiam, Mauritianiam, & Sardiniam, suis iudicibus disponantur: vt l. j. post medium.

XXVIII. *De officio Præfecti vrbis.*

Hic quoque illustris est, vt superiores. Urbis autem appellatio simpliciter prolata, pop. Ro. ciuitatem autonomasice significat: vt ff. de verb. sig. l. vbis. de isto satis in ff. eo. tit. dixi.

XXIX. *De officio Magistri militum.*

Hic Magister militum illustris est, sicut & superiores: vt Quaestor, de cuius officio tractatur j. tit. prox. Et habet cognitionem cõuento milite, & de ciuili causa, vt j. eo. l. j. & j. de iur. omni. iud. l. penul. Si verò sit causa criminalis, de crimine militari, vt quia alienauit arma, vel quia vagatur est extra castra, similiter ad ipsum spectat cognitio. Si verò accusatur de crimine cõmuni, & enorme, conuenitur sub præside tantum. Si nõ sit enorme

enorme: conuenitur sub magistro militum. Et si conueniatur sub præside, ipse remittit ad magistrum militum: vt ff. de rem. mili. l. iij. j. respon. & de actu. l. vlti. hi & Magistri peditum & equitum appellantur: vt infra l. j.

XXX. *De officio Quaestoris.*

Hic quoque illustris est, vt diximus satis ff. eod. tit.

XXXI. *De officio Magistri officiorum.*

Nunc de spectabilibus, qui secundum Pla. mediam gerunt administrationem, vt in Aut. de rebus eccles. non alien. §. vlti. Sed Azo hunc illustrem dixit, eò quod eius officium designetur inter illustres: nam & sequentes tres illustres sunt. Et eius officium est, vt stipendia meliora, & labor prolixior, eius iussu dignis honoribus antecedat: vt j. eo. l. j. Ad huius officium pertinet, significare quemadmodum militum, & castrorum series procedat: vt infra eod. leg. iij.

XXXII. *De officio Comitum sacrarum largitionum.*

Hunc Pla. spectabilem dicit. Sed tamen lex dicit aperte cõtrari: illustris enim est, sicut & Comes rerum priuatarum: vt infra. de assel. l. vlt. Et est ille, per quem princeps stipendia largiebatur: & hic fortè erat procurator Reipub. qui Græcè Logista, id est Logista, est rationalis nuncupatur: vt infra de mo. mulc. l. iij.

XXXIII. *De officio Comitum rerum priuatarum.*

Etiã hic illustris erat, vt priores. Et erat fortè procurator Cæsaris siue priuatae rationis, & fortè architrictinus. Et est in eo speciale, quòd seruus principis eius iussu adire potest hereditatem: vt ff. de offi. procu. Cæs. j. & l. ij.

XXXIV. *De officio Proconsulis, & Legati.*

Perfecto tractatu illustrium, supponit de spectabilibus: hic enim proconsul spectabilis est: quæ sit differentia inter proconsulem & præsidem diximus ff. eod. tit.

XXXV. *De officio Comitum Orientis.*

Comes Orientis spectabilis est, vt dicitur j. l. j. & vt om. tam ciui. l. j. & electus ad hoc officium à curiali liberatur conditione: vt j. de decu. l. x. Et erat comes Orientis, procurator Cæsaris earum rerum quas habebat in Oriente, vt dicit hic gloss. super rubr.

XXXVI. *De officio Præfecti Augustalis.*

Hic spectabilis est: vt infra de pri. car. l. j. §. viro. de hoc ff. eo. tit. dixi, pag. 14.

XXXVII. *De officio Vicarij.*

Magistratus qui appellantur Præfecti, quia illustres erant, & ante

*Vicarij
Magi-
stratus.*

antestabant cæteris dignitatibus, id eò habebant vicarios suos in ciuilibus causis audiendis, & terminandis. Sicut & Magister militum habebat vicarium in negotiis militaribus. Et ita vicarius magistri militum, maior est vicario magistratus in negotiis militaribus, vicarius autem Magistratus maior est vicario vel comite magistri militum in causis priuatorum, vel paganorum: vt j. eod. l. j. Et videtur quod hi vicarij fuerint spectabiles, cum eorum officia ponat inter spectabiles.

XXV. I. *De officio Pratoris.*

Hic spectabilis est: & de eo satis ff. eod. tit. pag. 13.

XXXIX. *De officio rectoris prouincia, & vt nulli patria sua administratio sine speciali permisso principis permittatur.*

Nunc de clarissimis incipit. Præses enim clarissimus est: vt j. de priua. car. l. j. ille enim dicitur Rector prouincia, qui prouincia præsidet, de huius officio dixi ff. de off. præsi. pag. 15.

XL. *De officio Præfecti vigilam.*

Hunc titulum in Digesto impressores nostri nuper ignauia quadam, & inaduertentia prætermiserunt: quapropter vt eius cognitio habeatur, & prætermissa debito modo suppleantur, hic repetenda veniunt, quæ aliàs alibi edidernimus. Præfecti autem vigilam incendiis arceendis præerant: dicti ab eo quod vigilibus & excubiis præessent. Nam diuus Augustus septem cohortes opportunis locis constituit, vt binas regiones vrbis vnaquæque cohors tueretur: præpositis eis tribunis: & super omnes præposito spectabili viro, qui Præfectus vigilam appellabatur: cuius officium erat, per totam noctem vigilare ac si esset nocturna, & calcæatum calcæis ferreis coerrare cum armis & dolabris: omnes inquilinos admonere, ne per aliquam negligentiam, incendiij casus oriator: præterea vt aquam vnusquisque inquilinus in cenaculo suo haberet, qua extingueretur incendium. Et de culpa incendiij cognoscit: de dolo autem adhibito remittit ad Præfectum vrbis puniendum, vt infra eod. l. ij. §. j. & dixit Pla. cum non gerere honorem, quia non dormit de nocte.

XLI. *De officio ciuiliū iudicum.*

*Honora-
ry aduo-
cati.* Erant quidam qui dicebantur Honorarij aduocati, qui habebant dignitatem talem, vt semper eis pateret aditus ingrediendi consistorium principis, aut secretarium, id est, auditorium ciuiliū iudicum, id est, qui audiebant ciuiles causas: aut sedendi cum ipsis iudicibus, & in aduentu suo salutabantur:

tur: vt j. de off. diu. iud. l. vlti. eo tamen tempore quo ipsi conueniebantur, aut causas agebant, residendi cum iudice non habebant facultatem: vt j. eod. l. j.

XLII. *De officio præfecti annonæ.*

Annonæ, id est publicæ functiones à quolibet debent præstari: quod si quis vel priuilegio vel præscriptione prædat excusationem, præfectus annonæ de hoc ipso cognoscit: alioquin imponitur ei pœna xxx. libra. auri. infra eod. l. j. Et dicitur Annona ab anno, eo quod anni est armonia, & non solum frumentaria, sed etiam aliarum rerum. Cicero li. i. de Diuinat. Si Epicuri de voluptate corrusus esset, putarem annonam in macello carniorem fore.

Annona.

XLIII. *De officio militarium iudicum.*

Magister militum de ciuilibus vel priuatis personis non habet potestatem: vt j. eod. l. j. & ij.

XL v. *Ne comitibus rei militaris vel tribunis lauacrum præstetur.*

Ciuitates vel curiæ non debent compelli balnea succendere, id est, calefacere tribunis, vel ducibus, vel comitibus militum, id est, vicariis magistrorum militum, vel pro succendendo non debent compelli præstare aliquam adorationem, id est, æris praurationem. Illustribus autem viris, vel magistris militum induigetur priuilegium: si tamen id voluerint, vt eis prædicta balnea parentur, & succendantur: nam istud est lauacrum præstare, de quo in titulo.

*Balnea
quibus
succendenda.*

XLV. *De officio diuersorum iudicum.*

Hoc pertinet ad officium omnium iudicum diuersorum, id est, cuiuscunque diuersitatis sint, vt non compellant matremfamil. in publicum venire, cum vel per se in domo sua, vel in sacrosancta ecclesia, vel per legitimum procuratorem respondere possit. Si vero criminalis causa ei ciuiciatur, dare debet fidei iudicium, si potest, alioquin iuret iudicium sibi. Vbi autem grauissimum est crimen, in monasterium mittitur donec causa finiatur: vt j. eod. l. j. & in Auth. vt nulli iudicum, §. necessarium, de hoc aliquid in cap. mulieres, de iudi. lib. vj. Item obseruari debet à quolibet, vt honoratis, & celsioribus viris exhibeant debitum honorem & in sedendo, & in salutando. Nec in subscriptionibus nomen eos fratres. vt j. eo. l. ij.

*Mulieres
nō trahē
de foras.*

XLVI. *Vt omnes, tam ciuiles, quàm militares iudices post administrationem depositam per dies quinquaginta in ciuitatibus vel certis locis p. maneant.*

Ex hac rubrica patet, quod ille qui gessit publicū officium

Depositi
publici
off.

eo deposito, ibidem debet remanere, non priuatim in domo sua, vel alicuius potētis vel in ecclesia; sed publicē ante eorū ora quos nuper rexe. at: & respondebit super furtis suis, vel domesticorum vel manipulariorum: & in quadruplum damnatur, vt j. de aſſe. l. i. j. & ad l. Iul. repetund. leg. j. & j. eo. l. j. & sic hodiē per specialia etiam statuta, dispositum est in rectoribus vniuersitatum. de hoc etiam in Auth. vt iud. sine quoquo suffr. §. si quis, & §. necessitate, & §. illud videlicet.

XLVII. De officio eius qui vicem alicuius iudicis obrinet.

Suffecti.
Indemor
tiii.

De magistratibus ordinariis supra dictum est, nam & vicarij de quibus dictum est, erant ordinarij, cum vices ordinariorū viuentium & presentium supplerent. Nunc autem ponit de his, qui gerunt vices mortuorum & absentium: & appellatur Suffecti: decedentes autem dicebantur Indemortui. Et potuerunt huiusmodi suffecti omnia agere quæ pertinent ad iurisdictionem rectoris prouinciae, præter vltim. m. sup. l. i. cium, & membri abscissionem. j. eo. l. i. j. & in Auth. de colla. §. antequam verò. &c.

Affessor.

XLVIII. De assessoribus, & domesticis, & cancellariis iudicum.

Nunc de collateralibus iudicum, id est, assessoribus & cancellariis, &c. Assessor est, qui ab eo, cui data est iudicandi potestas rogatur, vt sibi in cognitione causæ assideat, vt eum debito sine causam decidere instruat: non autem metu terribili, & necessitate incongrua libertati, debet ad hoc compelli assessor: vt j. eo. leg. j. & est eius officium, vt ex definitione patet. De hoc ff. eod. tit. diximus Domesticici autem alij habebant deputata sibi officia in republica, quæ tamen aperte non specificantur in lege Nullus tamen præses domesticum, vel cancellarium, vel assessorē secum debet ducere, l. nullus. j. eod. Cancellarij autem introducebant petitiones & supplicationes in curiam: dicti Cancellarij, eò quod præterant cancellis, vel ostiis. Dicuntur enim Cancellarij fenestrata ostia per modum crucis: per eos enim patebat aditus & accessus. Vel dicuntur Cancellarij, quia dictata sibi ab assessoribus scribebāt, & cancellabant, id est, debebant, ad modum crucis ducta penna, secundum Azo. sic ponitur infra de sol. l. inductum, & ff. de proba. l. si chirographum.

Dome-
stici.

Cancel-
larij.

XLIX. De annonis, & capite administrantium vel assessorum, vel publicas sollicitudines gerentium: vel eorum qui aliquas consequuntur dignitates.

De maioribus & minoribus magistratibus dixit: nunc de eorum

rum solatiis, id est, salariis. Et quia ipsi percipiebant salaria in annonis, ideo ponit de annonis & capite, id est, capitacione ministrantium, & accessorum, & aliorum gerentium publicas dignitates, id est, quæ dabantur ministrantibus publicis officia. Ipsi enim præter annonas salaria fortè consequebantur in pecunia: vt infra de inoffi. test. leg. vlt. Vel dicitur de annona quæ pro capite, & persona magistratum & assessorum dabatur & hoc est quod dicitur infra de anno. mil. leg. vltim. & de ero. mil. anno. leg. fin. quod milites Romani annonas & capita singulis diebus consequebantur. Sicut enim Capitatio dicitur tributum, quia pro capite datur: ita Annona dicitur tributum, vel salarium quodcumque datur pro capite suo, remuneracionis causa: vt infra leg. j. Et ista continentur in consuetudine cuiusque prouinciae, vt in Auth. de defen. ciui. §. si verò quædam salaria.

Capita-
tio.
annoni.

I. De contractibus iudicum, vel eorum qui sunt circa eos, & inhihendis donationibus in eos faciendis: & ne administrationis tempore proprias ades adificient.

Hoc titulo distinguuntur præfides prouinciarum à magistratibus vrbis Romæ: nam magistratus tempore officij sui domus emere, vel extruere non potest: nisi speciali permissione principis, vel fortè nisi paterna vendatur. Donationes autem recipere non potest hic vrbicus magistratus, etiam princeps permittente: nisi finito officio is, qui donauit, eandem confirmauerit expressim, vel tacuerit quinquennio. Prouincialis autem magistratus donationes vel erptiones admittere non debet, nec adificationes facere, etiam princeps permittente conceduntur: vt nec expressim, nec taciturnitate quinquennij, etiam finito officio confirmantur: & quod dicitur in prouinciali magistratu, obseruatur idem in consulariis eius domesticis & assessoribus. infra eo. leg. j. ff. de contrah. emp. l. non licet, & leg. qui officij causa.

Magi-
stratus
urbis.

Magi-
stratus
prouin-
cia.

II. De modo multarum, quæ à iudicibus infliguntur.

Quia magistratibus permissum est defendere suam iurisdictionem pœnæ, vel multarum iudicio: vt ff. si quis ius dicenti non obt. l. j. ideo ponit de modo multarum. Est autē Multa, peccati animaduersio pecuniaria, iudicis arbitrio statuenda. ff. de verb. signifi. l. aliud. §. j. Pœna autem est & corporalis, & pecuniaria, & certa, prout lege statuitur. Item à pœna nō appellatur, sed à multa. Itē multa non indicitur, nisi à maioribus magi

Multa

magistratibus, id est, à Iudicibus habentibus merū imperium non aliis. ff. de iud. l. ij. §. fi. & j. l. ij. & ij. Pœna autem à quolibet, qui habet peretate in iudicandi. Item si multa imponatur vltra modum lege concessum, non tenet impositio: secus in pœna. j. quando prouoc. non est necesse. certa. & ff. de his qui no. inf. l. quid ergo. §. pœna grauior. Et quis sit modus multæ, di omnium magistratū, habetur j. eo. l. illustres. & l. eos qui. Et applicatur multa fisco. j. eo. l. multatam.

LIII. De defensoribus ciuitatum.

Nunc de minoribus Iudicibus, scilicet defensoribus ciuitatum, qui sunt minimi: quia nec merum nec mistum habent imperium, vt in Authen cod. §. nulla. in fi. col. ij. sed modicam coërtionem: vt in eo. tit. §. aud. Est autem officium Defensoris, præbere autoritatem his quæ aguntur apud eum ex voluntate partium: vt adoptio, emancipatio, manumissio testamentaria. Item donationis insinuatio. In contentiosa autem iurisdictione habet cognitionem vsque ad xxx. aureos: olim vsque ad quinquaginta: vt j. eo. l. j. In criminibus etiam leuioribus habet cognitionem, & castigationem competentem. In maioribus reum debet detruere in carcerem & mittere ad præfide: in Auth. eo. tit. §. nos igitur. & §. interim. & j. eo. l. defensores ciuitatum, & l. defensores ita.

LIII. De magistratibus municipalibus.

Defensor, & eius officium.
Nunc de magistratibus municipalium, & villarum seu burgorum aut castrorum: in quibus satis dici potest eadē seruanda, quæ in defensoribus ciuitatum dicta sunt. Sed circa eorum electionem seruari debet, vt per tres menses antè debeant eligi, quàm incipiat eorum administratio. j. eo. l. j.

LIV. De officio iuridici.

De hoc diximus ff. eo. tit. & de offi. procur. C. l. pag. 13.

LIBER II.

Tit. I. De edendo.

Contentiosa iurisdictione est in iudiciis cognoscendis & terminandis, quorum preparatio est editio actionis: idè de ea. Vel sequitur de iudiciis, quæ per magistratras exercentur, ff. de ori. i. l. ij. post originem. & primò de edendo, quod est preparatorium iudiciorum. De hoc satis ff. eodem tit. dixi, pagin. 20.

II. Dein ius vocando.

Facta editione actionis, necesse est reum in ius vocare. Et quia omne iudicium ab hoc titulo initium sumit: vt Instit. de ius. pœna. tem. litig. §. final. idè de eo dicit. de hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 16.

III. De pactis.

Meru iudiciorum peruenit ad pacta, & transactiones, idè de his. Nam meticulousa res est, ire ad iudicium: & quia non pecunia, sed etiam gratia quis à lite sæpè desistit: & decentius est per gratiam remittere actionem, quàm pecunia vendere, vt quia pacta generaliora sunt: idè prius de pactis, vt ff. de transac. l. j. resp. & §. j. De hoc ff. eod. tit. pag. 10.

IV. De transactionibus.

De hoc tit. §. prox. & ff. eod. tit. dixi, pag. 20.

V. De errore calculi.

In computatione transactionis quandoque erratur. Veteres autem cõputabant per lapillos qui Calculi dicuntur, eò quòd pedibus, non impunè famen quandoq; calcantur. Vnde Persius, Hunc Macrine diè numera meliore lapillo. Nā diem boni successus numerabant lapide albo: mali autem, lapide nigro. Quandoque autem Calculus ponitur pro cognitione caulæ, j. de iud. l. i. rem non nouam. quandoque pro sententia, j. de sent. l. si actor. quia calcatur, id est, terminatur, secundum Pla.

VI. De postulando.

Quia in iudiciis necessarij sunt aduocati, idè de his dicit. & nos ff. eod. diximus, pag. 21.

VII. De aduocatis diuersorum iudiciorum.

Suprà de postulando: nunc de personis postulantibus, scilicet de aduocatis quibusdam, qui necesse habeant coram certis Præfidiis & potestatibus aduocare, & in certo foro seu iudicio, & subicit de priuilegiis eorum.

VIII. De aduocatis diuersorum Iudicium.

Superior titulus dixit de his aduocatis, qui adhuc sunt in officio aduocationis, sed hîc loquitur de illis, qui deposuerunt officium, vt patet j. l. iubemus, §. ad hoc, & §. filios, & §. vt autem, & in l. petitionem, & l. laudabilem. Superior verò tractat de priuilegiis competentibus in ipso officio. Item superior, De postulando, complexus est tamen eos qui pro se, quàm eos qui pro aliis postulare possunt: in istis duobus complectitur tantum qui pro aliis. Vel titulus superior loquitur de illis qui erant scripti in matricula, & salaria de publico suscipiebant: hîc de aliis.

Vel, suprà de illis aduocatis, qui necessariò habebant postulare in certis iudiciis, vel in certis locis, puta in illa ciuitate, vel in illa prouincia, hinc de illis, qui necesse habebant postulare coram certis iudicibus, in quacunq[ue] essent prouincia, ciuitate vel loco.

ix. *De aduocatis fisci.*

In aduocatis fisci, quædam specialia seruantur. Nam causa priuati decisa sub prætextu absentie patroni causæ non restituitur, secus in causa fiscali: & hoc quando fiscus alij facit controuersiam status, suprà de postulando. l. velamento. & infra eod. l. vlt. & infra si aduersus fisc. l. ij. & ff. de iure fisci. leg. si fiscus. Item qui extitit aduocatus fisci, postea contra fiscum in eadem causa non aduocabit etiam si salarium non perceperit, infra eo. l. j. & ij. nisi pro his quorum est tutor, vel curator. ff. de postul. l. j. pen. & vlt. Hoc etiam iniungitur ei, ne fiscalia commoda occultet, neque calumniosè priuatos faciat conueniri. infra eo. l. pen.

x. *De errore aduocatorum, & libellos, seu preces concipientium.*

Quoniam aduocati quandoque in officiis, suis exequendis errant, idèò ponit de erroribus eorum: & ea occasione, subicit de erroribus scribentium libellos conuentionales, vel libellos precum. Exponitur ergo de errore aduocatorum, scilicet si nocerit, vel ne. Et preces scilicet Principi porrigendas concipientium, qui similes sunt in errore aduocatis. Est autem sciendum, quòd aduocatus quandoque errat in factò, quandoque in iure. Si in factò domino præsentè & non contradicente, præiudicat domino, ac si ipsemet sit confessus fuisset. Sed ipsemet suum errorem vsque ad sententiam corrigere possit. suprà, de iur. & fact. igno. l. error. & ff. de confess. l. non confitetur. Ergo & aduocati, j. e. l. j. licet Pla. aliter dixerit, non posse, scilicet errorem aduocati corrigere, nisi intra triduum. Vbi autem aduocatus errat in iure, quandoque licet mihi corrigere errorem. Errores autem scribentium libellos vel preces, me præsentè, & non contradicente præiudicant mihi, vt in aduocato dictum est: nisi probem contrarium. j. eod. l. ij.

xi. *Vt qua desunt aduocatis partium, iudex suppleat.*

Si errant aduocati, quid iuris, audisti, puta si malè, id est, per errorem aliquid in causa dicant. Nunc quando minus ab aduocato dicitur. Et certè tunc supplere debet iudex, vt patet ex gene

Generalibus verbis huius rubricæ. Debet enim iudex preferre, quæ sciat legibus & iuri publico conuenire, infra l. j. Sedendo igitur, non stando, ne officium aduocati sumat, suprà, de postul. l. quisquis. Supplebit autem ea quæ sunt iuris, non quæ facti: nisi notum sit ei vt iudici. Supplet & ante sententiam, quandoque disputando cum vtriusque partis aduocatis, quandoque opponendo, quandoque querendo, & inuestigando veritatem: porrò & post sententiam quandoque supplet in his, quæ desunt aduocatis ad consequentia priorum statutorum, vt in fructibus, & vrsuris. ff. de re iud. l. Paulus. De hoc per glo. & Doct. in c. bonæ. infra, de postulat. prælat.

xii. *Ex quibus causis infamia irrogatur.*

A Postulando, de quo multis in titulis diximus, remouentur infantes, vt diximus ff. eod. tit. vbi hanc materiam prosecuti sumus.

xiii. *De procuratoribus.*

Similes sunt in quibusdam procuratores aduocatis, ff. de var. & extraordi. cog. leg. aduocatos, licet in quibusdam differant: nam procurator colludens tenetur mandati. infra eod. le. si procurator, in fin. ff. mand. l. si procuratore, in princ. Aduocatus de prauaricatione. suprà de adu. diuic. l. j. De hac materia dixi ff. eod. tit.

xiv. *Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præstare, vel actiones in se transferre.*

Omnia mala exèpla ex bonis initiis oriuntur, & vitia virtutes imitantur, vt dixit Sal. Occasione licitæ procurationis sæpe attentantur illicitæ: idèò de ea, & de cessione actionum, quæ fit in potentiores. Et intelligitur hic Potentior, non omnis aduersarius, qui maior est eo, contra quem præstat patrocinium, sed de eo, qui terribilis est & minacem feruorem ostendere potest: vt j. quod met. cau. l. si per impressionem. Et si quacunq[ue] prædit. pot. l. j. & Si rector prou. l. j. Punitur autem hic qui sibi aduocauit patrocinium potentis in terrorem aduersarij, quia causam amittit. Actionem autè in se transferre, est cessionem, vel transfusionem actionis in se recipere. Et quando licet cedere actionem, diximus aliquid de hæred. vel actione vend. in ff. & infra. eod. tit. & per Doct. in l. pen. suprà, mand.

xv. *De his qui potentiorum nomine titulos prædij assignunt vel eorum nomina in litem prætendunt.*

Sicut quis in conueniendo alium, non debet sibi aduocare patro

patrocinium potentioris, vt §. tit. prox. dictum est: ita et si conueniatur quis ab alio de prædiis, vel de iure, id est, seruitute prædiorum quæ possidet. nõ debet in terrore agentis affigere prædiis, de quibus agit, titulos, id est, subscriptiones, vel schedulam quandam, scilicet qua continetur, hoc est prædium talis potentis. Item eius nomen non debet prætere in litem. Si autem possessor faciat contra, amittat causam, etiam si sit iusta, & damnatur in metallum: potentior verò si consenserit, infamatur, vt fama suæ prodigus & calumniarum redemptor. Item accensabitur crimine stellationatus, cum pro hoc crimine alia non sit prodita actio. ff. de crim. stello. l. j.

XVI. *Vt nemo priuatus titulus prædiis suis vel alienis imponat, vel vela regia suspendat.*

Sicut superiori titulo prohibetur quis sua dicere aliena: ita hoc titulo prohibetur quis, aliena dicere sua: & per titulos denotare hæc prædia etiam quæ possideo esse mea: hoc enim speciale priuilegium est Imperatoris, vt eius prædia titularum inscriptionibus legantur, vel velis regiiis suspensis denotentur. Qui ergo in prædiis suis id fieri procurauit, quod consuevit tantum fieri in regiis: verisimile est, quod prædia sua voluerit in Imperatorem transferre. Vbi alienis prædiis tales titulos, vel vela regia quis suspendat, si est plebeius, damnatur ad mortem: si clarissimus, vel curialis, vel miles, vel clericus, deportatur, & præscribitur. infra, eod. l. ij.

XVII. *Vt nemini liceat sine iudicis autoritate signa rebus imponere quas alius tenet.*

Imponere signa rebus.

Signa rebus quas alius tenet, hic imponere dicitur, qui aliquid generaliter præter vela regia, de quibus supra tit. prox. alienis rebus imponit: quibus denotet res ab alio detentas esse suas: & hoc locum habet ante litem contestatam: & postea, ante sententiam: vt infra, eod. l. j. & ij. Superior autem titulus loquitur, vbi per titulum, vel vexillum denotabatur rem esse possessoris: & habet locum ante litem contestatam. Et ideo si qua signa imponit post litem contestatam, non patitur pœnam superioris tituli, sed iudex eum punit pro motu suo: secundum glo. hic in rubr.

XVIII. *Nescius vel Respublica, procuracionem alicui patrocini causa in lite præstet.*

Licet generaliter prohibuerit supra patrocinium potentium in causa: nunc tamē specialiter prohibet fiscum, id est, procuratorem fisci vel Respublicam, id est, procuratorem Reipub. Nec immerito

ritò fiscus prohibetur, cum ipse sit potentissimus: & ne iniuriarum inde nascatur occasio, vnde iura sumuntur, j. vnde vi. l. meminerrit.

XIX. *De negotijs gestis.*

Quæ geruntur ex mandato, j. diximus: nunc de negotiis quæ sine mandato geruntur: de hoc ff. eo. dixi, pag. 23.

XX. *De his quæ vi, metusve causa gesta sunt.*

Seruatur antiquam intulacionem, hodie sufficeret alterum. ff. eod. l. j. de negotiis autem, quæ ab aliis gesta rata habemus: dixi: nunc de his quæ à nobis gesta infirmantur. de hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 24.

XXI. *De delo malo.*

De hoc satis ff. eod. tit. dixi, pag. 24.

XXII. *De in integrum restitutione minorum viginti quinque annis.*

Satis de hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 24.

XXIII. *De filiofamilias minore.*

De minoribus in genere dictum est: nunc specialiter ponitur de minore filiofam. cuius restitutio patri proficere videbatur, & ideo non esse dandam: quia sic maiori subueniretur, quod non fuit prætoris propositum. Sed tamen ei datur, vt hic, & ff. eod. l. ij. nam non solum patris, sed filij videtur interesse: cum & filius ex contractu suo, dum est in potestate, in solidum conueniatur: vel factus sui iuris, conueniatur in quantum facere potest.

Restitutio filij famil.

XXIV. *De fideiussoribus minorum.*

Non solum minores, sed & ob eorum gratiam aliquando maiores, id est, fideiussores minorum restituntur: vel eorum mandatores, & constitutores, & quilibet qui pro minore interuenit: vt j. eod. l. j. & ff. de mino. l. in causa.

XXV. *Si tutor vel curator interuenierit.*

Quando interuenit fideiussor in contractu dixi, nunc quando tutor vel curator: modò crederet aliquis minorem nõ esse restituendum, vbi contraxit tutore vel curatore autore. Sed tamen necessarium est, & in his quæ gesta sunt in iudiciis, & in his quæ gesta sunt extra, si sui facilitate, vel dolo aduersarij minores viginti quinque annis decepti, vel circumuenti sunt, etiam præsentibus tutoribus vel curatoribus, eis in integrum restitutionis auxilium superesse. j. eod. l. ij. Hoc tamē fallit in casibus, j. de administr. tutor. l. constitutione. & l. sancimus. & j. ad Treb. l. p. nult. in princi.

Restitutio minorum.

xxvi. Si in communi, eademque causa, in integrum restitutio postuletur.

Restitutio minorum an proferat maioribus.

Certum est ipsis minoribus subuenire per restitutionem, & quandoque eorum gratia subueniri alijs, puta eorum fideiussoribus, licet sint maiores. Item equitate rei subuenitur eorum aduersariis, vt diximus ff. de min. & infra de rep. Sed hic illud quaerebatur, an restitutio minoris proficeret maiori, cum quo minor rem vel causam habet comunem, ratione communionis, vel societatis, ad quod hic responderetur, quod minimè: vt j. eodem l. j.

xxvii. Si aduersus rem iudicatam restitutio postuletur.

Sicut in alijs, ita & in sententia lata contra minores tutorum vel curatorum auctoritate restitutio datur minoribus: si tamen sententia lata sit in minori aetate, aliàs non: nisi hoc statutum sit dolo aduersarij, vt minori facto maiore sententia feratur vt j. eo. l. j. & l. in re. & ff. de mino. l. iij. §. j.

xxviii. Si aduersus venditionem restitutio postuletur.

Restitutio contra ven. m.

Minor restituitur in integrum in venditione, si tamen venditio teneat. Si ergo vendat ea quæ seruando possent seruari sine decreto, ipso iure nõ tenet venditio, & ideo nec datur restitutio. Si autem vendat cum decreto, tenet venditio, sed restitui potest si doceat se læsum: vt j. de adm. tut. l. lex que. & de præd. m. l. si quidem. Vbi autem vendita ea quæ seruando seruari non possunt, restituitur minor propter enorme damnum vel fraudis consilium, ff. de mi. l. est sine §. j.

xxix. Si aduersus venditionem pignoris.

Cum res minoris pignori obligata distrahitur à creditore, distinguitur: cæperit pignus à minore, vel ab eius prædecessore. Si à minore, in qua obligatione etiam decretum fuit necessarium: vt §. titul. proxim. & tunc restituitur minor etiam pro modico damno, vt in alijs suis contractibus, ff. de distract. pig. l. si debitor §. vt. Si cæperit à prædecessore minoris pignus, distinguitur vt j. l. ij.

xxx. Si aduersus donationem.

Minor cum decreto, vel sine decreto donare non potest: vt j. si ma. fac. ra. l. ult. §. ult. & ideo restitutio locum non habet: ff. de min. l. in causa. Sed in casibus donat minor, puta mercedem præceptorum. Item alimenta parentibus, & cognatis, & eis solennia munera mittere: & hæ donationes fieri debent cum decreto: vt tamen si fiant immoderatè, restitutio locum habeat ff. de adm. tut. l. cum plures, §. cum tuto. & de tut. & ra. d. l. j. idem si donauerit

donauerit dotis causa, vel propter nuptias. j. de admin. tuto. l. lex que.

xxxi. Si aduersus libertatem.

Si minor contra libertatem, quæ iam competiti, velit restitui nullo modo potest nisi ex magna causa hoc à principe fuerit consecutus, tali videlicet. q. v. princeps approbauerit: vel si serui manumissio pertinet ad euersionem totius domus minoris.

xxxii. Si aduersus transactionem, vel diuisionem minor restitui velit.

Restituitur minor contra transactionem, siue sit facta cum ipse ageret contra aliũ, siue cum alius ageret contra eum Verbi gratia, facta fuit super his in quibus alienandis nõ exigitur decetum, sed tutoris vel curatoris auctoritas, vel solius adulti voluntas si nõ habeat curatorem. Si autem fiat super his, quæ possunt seruari exigitur decretum, & tutoris auctoritas, j. de ad. tut. l. lex. de præd. m. l. non solum. In diuisione autem, id est, si minor haberet rem cum alio comunem, si tunc talis est res, in qua alienanda exigitur decretum, minor non poterit prouocare focium ad diuisionem, sed focius maior poterit prouocare minorem: vt j. de præd. m. l. inter omnes, & ita per decretum ex necessaria causa præcedet diuisio, in qua si decipiatur minor, impetrabit in integrum restitutionem.

Transactio minoris.

Diuisio facta per minorem

xxxiii. Si aduersus solutionem à debitore, vel à se factam, restitutio postuletur.

De restitutione aduersus solutionem debitoris tractat lex prima: De solutione à se, id est, pupillo facta loquitur lex ij.

xxxiiii. Si aduersus dotem restitutio postuletur.

Mulier xxv. annorum, si plus promittat, quàm habeat in patrimonio: vt si habet centum, promittat ducenta, & hoc nomine dotis, vel ultra quàm valeat facultates, ipso iure nulla est promissio in eo quod est ultra, ff. de iure dot. l. siue generalis. Si verò adulta promittat ultra vires patrimonij, non detractore alieno, tenet promissio, sed restituitur, ff. de minor. l. si ex causa, §. in dotis.

xxxv. Si aduersus delictum suum restitutio postuletur.

Qualiter minoribus in contractibus subueniatur, supra diximus: nunc qualiter in delictis, siue delinquat minor ex contractu, vel quasi: siue in rebus quibus contraxit, puta commo-datũ, depositũ, venditũ, vel locatũ & similibus. Et distinguitur, an delinquat ex culpa, seu non: an ex proposito, vel ex animi conscientia: & j. l. j.

Restitutio aduersus delictum mi-

xxxv. *Si aduersus vfucapionem restitutio postuletur.*

Minor etiam in vfucapione rei suæ restituitur: pupillæ tamen ipso iure non currit vfucapio triennij, vel decennij, vel vicennij. ff. de acquir. rer. do. l. bonæ fidei emptor.

xxxvii. *Si aduersus fscum restitutio postuletur.*

Si minor contraxit cum procuratore Cæsaris, & decipiat, restituitur in integrum ac si cum priuato contraxisset, & cognoscit de ea restitutione procurator fisci. vt j. eo. l. j. Et iste dicitur procurator Reip. vt §. de mo. mulc. l. curator.

xxxviii. *Si aduersus creditorem restitutio postuletur.*

Licet crediti appellatio sit generalis. ff. si certum petatur. l. j. Hic tamen specialiter ponitur pro mutuo. Sicut autem in alijs cōtractibus restituitur minor, ita & in mutuo, & fortassis amplius: quia licet aliis minor debet probare se deceptum, vel se amisisse quod ei dicitur datum, vt suprà de minor. l. minoribus. & ff. de iureiurando. l. nam postea. §. si minor. Hic tamen creditor debet probare minorem locupletatum, infra eodem l. j.

xxxix. *Si ut ab hereditate se abstineat restitutio postuletur.*

Si minor adijt hereditatem minus lucrosam, vel agnouit bonorum poss. vel ex Treb. recipit hereditatis restitutionem, restituitur in integrum, causa tamen cognita: non tantum vtrum sit lucrosa vel non, sed etiam an interfit minoris, litib. & sumptib. non vexari. ff. de min. l. minorib. xxv. ann. Item considerato an in hereditate sint multæ res mortales, vel prædia ruinæ subiecta: vt ff. eo. l. verum. §. si locupletati.

xl. *Si ut omiffa hereditate, vel bonorum possessione, aliquid aliud exquirat.*

Ne quis putaret minoribus tunc demum, cum certant de damno vitando, & non etiam in lucris omiffis vel repudiatis, iuuari. Si ergo repudiatur hereditatem sibi delatam minor, si repudiatio teneat iure communi, restituetur minor, vt liceat ei adire hereditatem: si tamen post repudiationem hereditas nõ sit distracta vel à substituto minori, vel ab eo qui repudiante minore successit: alioquin si est distracta, repellitur minor, de hoc j. de repu. hered. l. vlt.

xli. *In quibus causis in integrum restitutio non est necessaria.*

Multæ sunt causæ in quibus restitutio non est necessaria: vt quando ipso iure deficit contractus, quia nõ interuenit

vel curator: vel quia non interuenit decretum: vel quia dolus dedit causam contractui, vel quia minor societatem contraxit donationis causa: vel si fecit minor ludibrium sui. §. ex quibus caus. infam. l. vltim. Item minor mulier, quæ filio impuberi nõ petiit tutorem. Item in omni temporali præscriptione. Item in omnibus contractibus bonæ fidei, & quibusdam quasi contractibus stricti iuris: qui cōquiparantur eis, id est, legatis, & fideicommissis.

xlii. *Qui, & aduersus quos, in integrum restitutio non postuletur.*

Causa & casus in quibus, & propter quas detur, vel non sit necessaria restitutio, profectus est imperator. Nunc incipit edocere propter quas denegetur restitutio. Et primò in hoc titulo ratione personæ, scilicet petentis in integrum restit. & personæ eius contra quem petit. &c.

xliiii. *Si minor se maiorem dixerit, vel probatum fuerit.*

Sicut ratione personarum denegatur restitutio, ita & denegatur ratione mendacij: vt quia minor asseruit se maiorem in contractu, & nunc petendo restitutionem vult vri beneficio minoris, &c.

xliiii. *Si sapius in integrum restitutio postuletur.*

Hic ponit qualiter cesset restitutio ratione beneficij læpius petiti, vel collati, vel semel denegati. Et licet sapius minor possit restitui: si tamen semel est denegata, minor non restituitur postea, præterquam ad appellationem: nisi nouis defensionibus causam instrui posse dicat, j. eo. l. j. & vlt.

xlv. *De his qui veniam ætatis impetrauerunt.*

Sicut cessat restitutio, quando minor natura est factus maior: ita & denegatur sibi, quando iure, id est, principis priuilegio, pro maiori reputatur: puta si impetrauit veniam ætatis, Impetrat autem veniam masculus maior xx. an. femina maior xvii. j. Et impetratur à solo principe, allegando, non probando, imperatori de morum honestate. Et est effectus huius veniæ, quia qui veniam meruit, postea reputatur pro maiore in contrahendis & distrahendis negotiis. j. l. j.

xlvi. *Si maior factus ratum habuerit.*

Non tantum ex supradictis causis sed etiã rati habitione denegatur restitutio: vt quia maior factus ratum habet, id quod minori ætate gessit vel per se, vel per tutorem, vel per vtrumq; impedit talis enim non potest restitutionem in integ. petere. j. eod. l. ij. rest.

XLVII. *Vbi & apud quem cognitio in integrum restitutionis agenda sit.*

Vbi restituta Causa in integrum restitutionis debet agitari in foro eius, *tra-* contra quem petitur restitutio: vt infra eod. l. ij. cognoscit *auda.* autem de ea Iudex ordinarius restituendo nedum in contractibus, & confimilibus: sed etiam contra sententiam à se latam, vel ab inferiori, sed non à superiori.

XLVIII. *De reputationibus, quæ sunt in iudicio in integrum restitutionis.*

Reputa- Quia in restitutionibus minorum locus est reputatio inibus, *rio.* id est, compensationibus secundum Pla. vel restorationibus secundum Azo. vel computationibus secundum Accurs. Nam si minor restituitur in integrum, vt liceat ei abstinere ab hereditate quam adiit, etiam alius, ad quem pertinent bona, eadem lance æquitatis restituetur, vt à minore repetat, quod in rem suam conuersum est: nec perit per imbecillitatem ætatis. Si autem perit dolo, nihilominus est restituendum, vt infra, eod. l. j. in fi. & ff. de min. l. ait prætor. §. planè.

XLIX. *Etiam per procuratorem causam in integrum restitutionis agi posse.*

Satis clara est rubrica, dummodo intelligatur de Procuratore speciali, non generali. ff. eod. leg. illud. §. si talis. & l. quod si de speciali.

L. *In integrum restitutione postulata, ne quid noui fiat.*

Pendito restituzionis causa. Postulata restitutione in integrum, omnia manere debent in suo statu, in quo erant ante principium causæ. Ergo nec res debet alienari, nec sententia executioni mandari, vel ab aliquo quid fieri in præiudicium alterius partis, donec finiatur causa restitutionis.

LI. *De restitutione militum, & eorum qui Reipublica causa absunt.*

Absens causa Reip. Dux sunt excellentiores causæ, quibus restituuntur maiores, scilicet militiæ causa, & absentia propter Remp. Militibus autem ideo subuenitur, quia discedere à signis sine periculo non possunt. ff. quibus ex caus. maio. l. vlt. Si ergo miles est in domo sua, interim non restituuntur. §. eo. l. fin. & ff. ex quib. cau. ma. l. miles. Absente autem Reipub. causa videtur: qui abest propter Rempu. Romanorum, non ciuitatis alicuius: licet ille iuuetur ex generali clausula edicti prætoris, qui abest pro ciuitate. ff. quibus ex cau. ma. l. sed & si. §. vlt. & de verb. sign. l. cum.

De uxo

LII. *De vxoribus militum, & eorum qui Reipublica causa absunt.*

Sicut ipsis militibus succurritur, ita & vxoribus eorum, infra eod. l. j.

LIII. *De temporibus in integrum restitutionis, tam minorum & aliarum personarum, qui restitui possunt, quam hæredum eorum.*

Hic tit. tractat, intra quæ tempora, & ad quanta restituuntur tam minores, & maiores, quam eorum hæredes. Pro quo notandum, quod siue minor in contractu, vel quasi, delicto, vel quasi, decipiatur, restitui non potest toto tempore minoris ætatis, & postea intra quadriennium, & hoc quadriennium incipit hodie currere, statim cum viciesimosexti anni dies illuxerit, alij autem habent vile quadriennium solum. De hoc etiam in ca. j. de in integ. rest. lib. vj. & in cle. j. eod. tit.

LIV. *Quibus ex causis maiores in integrum restituuntur.*

Explicitæ sunt duæ causæ quibus restituuntur maiores, hoc est, militiæ, & absentia Reip. causa. Nunc generaliter de omnibus etiam his, qui propter rei qualitatem restituuntur: vt in bonæ fidei iudiciis, §. eod. l. in contractibus. Item per iustum metum absente, ff. eo. l. ij. ibi de hoc satis dixi.

LV. *De alienatione iudicij mutandi causa facta.*
De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 20.

LVI. *De receptis arbitris.*
De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 26.

LVII. *De satisfando.*
De hoc dixi ff. qui satisfd. cog. pag. 18.

LVIII. *De formulis & impetratione actionum sublatis.*

Solennitas formularum actionum, quæ fiebat olim vt impetraretur à collegio pontificum ff. de orig. iur. l. ij. §. deinde, hodie sublata est: certumque est, hodie actionem proponi posse sine aliqua solemnitate verborum & secundum Pla. etiam vulgari & rusticano sermone, si ea sit apta proposito negotio. Nec est opus impetrare solemnia verba, vel actionem, nisi ea sit ad quam quis restituatur iudicis officio: vt de rescissoria dicitur, &c. De hoc in c. dilecti, de iud.

LIX. *De iureiurando propter calumniam dando.*
De satisfactionibus quæ fiunt ante ingressum iudicij supra dixi.

R

Resti. ma
sorum.

Formula
actionū.

Iuramentū calumniae.
Calumnia.

dixit. Nunc de iurcurando, quod fit statim post ingressum. Iurcurandum calumniae est; cum quis iurat fe bona fide, & non calumniandi animo agere, vel respondere, nec calumniandi animo egisse, vel respondiisse, j. yo. d. l. ij. §. j. & ff. fam. erciscua. l. iure. §. qui familiaris. Est enim calumnia, cum quis ex certa scientia iniuste agit, vel resistit, vt dixi ff. ad Turp. l. Dicitur ergo, Iurcurandum calumniae, scilicet, vitandae, vel propter calumniam vitandam: sicut dicitur, Habeat vnusquisque suam propter fornicationem, &c. Et quae sint capitula sub hoc iuramento contenta ponit gl. extra eo. tit. ca. j.

LIBER III.

Tit. i. De iudiciis.

De hoc satis ff. eod. tit. dixi, pag. 18.

II. De sportulis, & sumptibus in diuersis iudiciis faciendis, & de executoribus litium.

Sportulae.

Supra de iudiciis dixit: sed quia iudicium, & executorum laboribus, & studiis multis, siue vigiliis negotia deciduntur, æquum est cuiusque laborem digna compensatione remunerari: cum enim labor in damno est, crescit mortalis egestas, j. de allu. l. si vbi per gloss. Idem de sportulis & aliis sumptibus litium tractat. Sportulae autem, sunt sumptus gratia executorum, vel suat salaria apparitorum, vel fortè secundum Azo. isti apparitores accipiebant salarium de publico, & sportulas accipiebant non sibi, sed pro fisco: & illae reponebantur in sporta, id est, corbe, vel alio simili vase, in quo consueuerunt aliqua portari, vel exportari, vt ita sub fida custodia fisco seruarietur, & sic continens pro contento. In sportulis autem istis non erat certa quantitas definita, nisi in quibusdā personis, puta clericis, & agentibus in rebus, & similibus, vt in Authen. de sanct. epif. §. sportularum, & j. de prox. sacro. serin. l. b. xij. & de prin. agen. in re. l. vlt. praestabantur ergo secundum consuetudinem fori. de hoc aliquid, in cap. cum ab omni. de vita & ho. cle. Executor autem ille dicitur, qui executioni causae discussae sententiam mandat: vt j. de exe. rei iud. l. pen. quandoque dicitur Executor ille, qui facit partes apparere in iudicio, idemque dicitur Apparitor: idem dicitur Causam praeparans: idem dicitur Officialis: Item Catholicianus, id est, vniuersaliter deseruiens, j. de iud. l. antep. & vlt. & in Authen. de iud. §. his qui causas, & defen. ciu. §. ex prouinciali, & inf. eodem l. j. Est autem eorum officium, parere iudicibus quibus deputati sunt

*Execu-
tor.*
*Appari-
tor.*
*Causam
praeparans*
*Officia-
lis Ca-
tholica-
nus.*

sunt & offerre causas eis instructas vsque ad finem. Et iudex illustrius multare eos poterit, vsque ad sex solidos: inferior, vsque ad tres, j. eod. l. j. & ij. & in Authen. de iud. §. necessitatem. De sumptibus autem qui fiunt in iudiciis, in hoc titu. nō tractatur. Sed de sumptibus testium ponitur j. de test. l. quoniam. & de appell. l. eos §. si quis. de Sal. in l. j. §. in honorariis, ff. de var. & extraor. cog. *Sumptus iudiciorum.*

III. De pedaneis iudicibus.

De ordinariis, & maioribus dictum est iudicibus: nunc de delegatis, & minoribus. Sunt autem Pedanei, qui negotia humilia disceptant: vt j. eo. l. vlt. & à pede nomen acceperunt, quae iud. est infima pars hominis. Sic & Pedaneus iudex, est inferior alius: quia pedestria, id est, infima tractat negotia. *Pedanei iud.*

IV. Qui pro sua iurisdictione iudices dare, dari ve possunt.

Occasione sumpta à Pedaneis, qui sunt delegati: generali- Quis pos- ter de personis quae dare possunt, & dari iudices, subiungit. Ille sit dele- autem solus delegatus, qui habet iurisdictionem ordinariam: & garr. in causa quae est de iurisdictione sua ordinaria, & eum qui est de iurisdictione sua. ff. de iur. om. iud. l. extra, & de tur. & cur. da. ab his. l. ius dandi. Iudex autem delegatus, neutrum committit, nisi à principe delegatus sit, vel nisi primò lite coram se contestata alij deleget, ad similitudinem procuratoris: vt §. de iud. Auth. ad hanc, & j. eod. l. j.

V. Ne quis in sua causa iudicet, vel ius sibi dicat.

Licet in aliena causa quis possit esse iudex, non tamen in sua, vel definiendo, vel arbitrando, vel interloquendo: quia nemo potest sibi imperare, infra eo. l. j. & de arbit. l. pen.

VI. Qui legitimam personam standi habent in iudicio vel non.

Quoniam in constitutione iudicij considerandae sunt personae litigatorum, ideò apponit de his, qui habent legitimam personam standi in iudicio. Sunt quaedam personae quae prohibentur putà minor xxv. annis sine tutoris vel curatoris auctoritate, vt dixi si §. adu. rem iud.

VII. Ut nemo inuitus agere vel accusare cogatur.

Regula ponit haec rubrica, Vt nemo cogatur agere, &c. scilicet Qui co- præcisè. Sunt tamen quidam, qui si non agunt, periculum subeunt, gantur vt tutor & curator, j. arbitriū. tutel. l. nom. Item gestores sine agere. mandato. Itē procuratores, j. man. l. procuratore. Item admi-

ministratores ciuitatis. Item hæres qui non vindicat necem defuncti, accusando interfectores eius, J. ad Sylla. l. j. Item actor lite contestata, vel citato reo. Item si actor videtur calumniose vexare reum, potest iudex causa cognita id statuere, J. de iuge. manum. l. diffamari, de remiss. pig. l. i. eo.

VIII. De ordine iudiciorum.

Quia in iudiciis plerumque dabitur quæ actio vel quæstio in ordine cognoscendi vel definiendi debet præferri: ideo ponit de ordine iudiciorum, id est, actionibus vel questionibus in iudicio ordinandis, puta si concurrant duo iudicia inter eandem personas, principaliter, vel incidenter, quod præcedere, & quod sequi debeat. Sic ergo dicitur iudiciorum, id est, questionum: vel id est, de reb. de quib. possunt fieri iudicia, id est, questiones. De hac materia ponitur in ca. tuam, extra de ord. cog.

IX. De litis contestatione.

Per litis contestationem iudicium accipit exordium. Est autem litis contestatio, negotij principalis hinc inde apud iudicem facta variatio, id est, vt actor proponat intentionem suam, reus autem neget, vel exceptionem opponat, & eam probet. Et ponitur hic authentica, quæ tractat de quibusdam præcedentibus ipsam litis contestationem, & c.

X. De plus petitionibus.

Quia lite contestata petitur quandoque plus, ideo de hoc dicit in speci. scilicet quando plus petitur re: nam & aliis modis plus petitur, vt Inst. de act. §. plus autem, vbi pœna plus petentis ponitur: vnde dicitur plus petitur causa, tempore, re, loco, glo. in ca. Vno, eo tit.

XI. De dilationibus.

Iudicio inchoato quandoque dilationes petuntur gratia testium, vel instrumentorum, J. eod. l. j. vel propter alias necessarias causas, puta aduocatorum, vt J. eod. l. pen. De hoc dixi ff. de fer. pag. 19.

XII. De feriis.

Dixit de dilationibus datis à iudice: Nunc de datis à lege de quibus dixi ff. eod.

XIII. De iurisdictione omnium iudicium, & de foro cõpetent.

Iudicia ratione iurisdictionis exercentur, ideo ponit de iurisd. om. iud. id est, de iurisdictione, quæ competit singulis iudicibus: quæ quidem iurisdictione quia vnicuique iudici attribuitur per legem secundum destinationem territoriorum, apponit

apponit de foro compet. quia forum censetur secundum territorij fines. J. de verb. sig. l. pupillus, §. territorium. Quid sit iurisdictione, dixi ff. eo tit. Forum autem dici potest ipse locus, vbi consuevit reddi ius: idemque appellatur Prætorium. Item dicitur ius. ff. de iust. & iur. l. pen. Tribunal autem dicitur maior iudicium qui habent merum imperium; argumento ff. de iudiciis, lege prima, & s. Vbi & apud quem. lege vltima.

Et dicitur forum similitudinariè, quia sicut Forus vocatur locus, in quem multitudo hominum conuenit multas res inferentes & deferentes emendi, vendendi vel permittendi causa: ita & Forum dicitur, in quod multitudo hominum confluit inducentium causas, lites, & varias quæstiones, cognoscendi, & definiendi causa. Dicitur forum à Foroneo rege, vel ab afferrando. cap. forum, de verb. signific. Forus etiam dicitur bursa.

Fori autem pluralis numeri dicuntur, tabulata nauium, secundum Ser. super x. Aeneid. & de eis vt ait Pla. sedilia iudicanti conscriuntur. Sortitur autem quis forum variis ex causis, de quibus in cap. fin. extra de foro. compet. & dicitur Competens forum, id quod proprium ex lege deputatum est ipsi conueto.

XIV. Quando Imperator inter pupillos, & viduas, vel miserabiles personas cognoscit, & ne exhibeantur.

Apud iudicem suum quemque etiam inuitum esse conueniendum supra dixit. Item apud extraordinarium aliquis conuenitur ratione priuilegij, s. de dila. l. ij. Nunc ponit, qualiter istorum quilibet patiatu exceptionem. Si enim viduæ, alijq; fortunæ iniuria miserabiles, à principe postulauerunt beneficium, forè vt conueniantur sub principe tantum, nã tunc eorũ aduersarij examini principis coguntur se representare: ita licet his pupillis, & similibus reculare ordinarium iudicem, vt hic. Exponitur ergo titulus, Quando imperator inter pup. & vid. cognos. scilicet ipsis hoc impetrãtib: Et ne exhibeantur; scilicet in iure, aliis petentibus.

XV. Vbi de criminibus agi oportet.

De criminibus agitur in tribus locis, hoc est, vbi commissã sunt, ff. de acc. l. vlt. Item, vbi lis est contestata: nisi opposita fori præscriptione ab eo, qui sciebat se non esse subiectum. Item, vbi reus habet domicilium. Iure verò Authenticorum plenius & generalius de hoc traditur in Authen. vt om. obed. iud. §. j. coll. v. & signatur in Auth. qua in prouincia. co.

XVI. Vbi de possessione agi oportet.

Hoc titulo tractatur, vbi possessorio iudicio agitur, siue per

Plus peti
tiones.

Dilatio-
nes.

Foru
Tribu-
nal.

Foru

Fori

Cõpetẽs
forum.

interdicta, siue per alias actiones. Et potest agi, vbi existit ipsa possessio, id est, res quæ possidetur: vel vbi facta est violentia, ff. de vi & vi armata, l. j. §. interdum autem.

XVII. *Vbi fideicommissum peti oportet.*

Fideicommissum ibi petendum est, vbi hæreditas relicta est, id est, factum est testamentum, infra l. j. & idem in legato: fraternizant enim hodie, vt ff. de leg. j. l. j.

XVIII. *Vbi conueniatur qui certo loco promissit.*

Qui certo loco promissit se aliquid daturum tenetur cõditione certi arbitraria. Item si testator certo loco hæredem quid dare iussit, actio ex testamento est arbitraria. Item si mutuum accipiam, vt certo loco reddam, conductio certi de mutuo erit arbitraria, Instit. de act. §. præterea. Pro tali igitur debito actio institui potest secundum Pla. vbiunque inueniatur reus, ff. de iudic. l. eũ qui in prouincia. licet Azõ dixerit eum conueniendum, vbi habet domicilium, vel vbi de iure communi sortitur forum: & sic debere intelligi d. l. eum qui. vbi dicitur, vel in quocunque loco, &c. subaudit, scilicet idoneo, de hoc d. §. præterea.

XIX. *Vbi in rem actio exerceri debeat.*

In rem actio, id est, rei vindicatio, vel quælibet realis actio potest institui in locis illis, in quibus propter diuersas rationes quis sortitur forum. Sed vbi est ipsa possessio, tortiã videtur quis forum, vt infra eod. l. vii.

XX. *Vbi de hæreditate agatur: & vbi scripti hæredes in possessionem mitti, vel possulare debent.*

Si hæreditatis petitio proponatur, eo loco erit instituenta, vbi is qui possidet, habet domicilium. Sed & vbi res ipsæ sitæ sunt, proponi poterit: vt infra, in si. l. Missio autẽ in possessionem siquidem petatur per Iudicis officium, ibi consilius petetur, vbi res sunt: vt ita ratione rei quis sortiatur forum, implorato iudicis officio, ac si proponeretur realis actio. Si autem de possessione agatur personali actione vel interdicto, indubitanter etiam tunc apud Iudicem, sub quo habet domicilium reus, causa poterit exerceri: fortè & ibi, vbi sunt res. de hoc in princ. l.

XXI. *Vbi de ratiocinijs agi oportet tam priuatis, quam publicis.*

Ait Imperator, eum qui gessit ratiocinia tam priuata, quam publica, vt argentarius, & procurator, vel quocunque modo, ibi

ibi rationem oportet reddere, vbi hoc gessit, vbi potest esse instructio sufficiens.

XXII. *Vbi causa status agi debeat.*

Sicut in cæteris, ita & in causa status actor forum rei sequi debet, §. l. iij. & iij. Sed quis in hac causa videatur reus, quis actor quæritur: circa quod diligenter notanda est distinctio, quam ponit §. l. j. & de lib. ean. l. ea quæ, ff. de proba. l. si quis hominem liberum. Cognoscit autem de causa libertinitatis & seruitutis inter fiscum & priuatum procurator Cæsaris. Inter duos autem priuatos cognoscet quilibet Iudex. De ingenuitate verò & seruitute, vel de ingenuitate & libertinitate solus Princeps cognoscet: vt infra, eod. l. pen. & supra, de ped. iud. l. ij.

XXIII. *Vbi quis de curiali, vel cohortali aliquid conditione conueniatur.*

Si quis fuerit curialis, id est, officio curiæ vel iudicium obnoxius: vel si fuerit cohortalis, qui duso seruitio arctabatur: vel cuiuscunque corpori obnoxius, & aufugit ab his, quibus seruire debeat, distinguitur, vtrum se dederit armatæ militiæ; an inermi. Si armatæ, conuenietur sub magistro militum: vel si reperitur in foro alicuius Præsidis prouinciæ, Præses ille causam debet referre ad magistrum militum, vel ad Præfectum Prætoris: & hoc est quod dicitur infra, eodem l. vlt. Si autem inermi militiæ se dederit, id est, seruitio alterius curiæ, conueniri poterit apud quemlibet Iudicem, qui fuerit in locis, vbi deprehensus est: & ita videtur illud habere locum, Vbi te inuenero, ibi te iudicabo, &c.

XXIV. *Vbi senatores, vel clarissimi ciuilitate, vel criminaliter conueniantur.*

Senatores vel clarissimi si conueniantur ciuilitate, debet fieri conuentio in scriptis: & si degunt Romæ, vel in suburbijs, debent conueniri apud Prætores, vel præfectum vrbis, aut magistrum officiorum, quoties ei hoc commisit princeps. Si verò sunt in prouincijs conueniantur ibi vbi larem fouent, aut vbi maiorem partem bonorum possident, & assidue conuersantur, §. eod. l. vlt. Si verò criminaliter conueniantur, si quidem conuenienti non sunt illustres, conueniantur ibi; vbi crimina sunt admissa, non obstantẽ fori præscriptione: omnẽ enim huiusmodi honorem reatus excludit, §. l. j. Si verò sunt illustres, fit distinctio Senatorum (licet omnes sint illustres) inter patricios, prætores, præfectos vrbis, &c. infra eod. l. pen.

XXV.

*In quibus causis militantes fori præ-
scriptione uti possunt.*

Omnes etiam Principum domestici, & agentes in rebus, vel qualibet alia militia vel dignitate gaudentes, vel quamlibet negotiationem exercentes, super publicis functionibus vel publicis debitis, apud Præsides prouinciarum conueniantur, & exigantur. Excipiuntur autem armata militia præditi, & qui ad rem propriam vnius anni componendam commeatum ostenderit se accepisse, vt infra eodem l. j.

XXVI. *Vbi causæ fiscales vel diuina domus,
hominumque eius agantur.*

Si procurator fisci conueniatur à priuato, vel conueniat priuatum, cognoscit de ea causa procurator Cæsaris vnà cū Præside prouincie: vt s. Si aduer. fisc. l. ij. & j. eo. l. ad fiscum. Si autem procurator Cæsaris agit contra priuatum, vel conueniatur à priuato, procurator fisci de ea causa cognoscet. s. Si aduer. fisc. l. j. Causæ autem hominū diuinæ domus, siue sint serui, siue coloni, siue inquilini, siue agant, siue conueniantur in ciuili, vel criminali negotio, audiuntur & examinantur apud præpositum sacri cubiculi, & comitem domorum, vel procuratorem Cæsaris, infra eod. l. vlt. & l. cūm aliquid.

XXVII. *Quando licet unicuique sine Iudice se vendicare, vel publicam deuotionem.*

Licet regulariter tradatur, neminem sibi ius dicere posse, vel se vindicare, vt s. de Iudicis, l. nullus, & ff. quod met. cau. l. extat. hic tamen quidam casus ponuntur, in quibus alicui se vindicare permittitur: vt si reperiat quis nocturnum agrorum populatorem, id est, deuatorem, aut alios qui in itencibus frequentatis stant in insidiis, eos enim impunè quis occidere potest. Item publicam deuotionem permittitur vindicare, vt si quis velit desertorem militia opprimere: & si resistat desertor, præcipitur in eo velox esse supplicium, vt infra eod. l. vlti.

XXVIII. *De inofficioso testamento.*

De hoc satis ff. eod. tit. pag. 28.

XXIX. *De inofficiosi donationibus.*

Quia sæpè in fraudè legis excogitantur donationes, vt cesset querela inofficiosi testamenti, vt l. e. l. j. ideo de ea. Est autè inofficiosa donatio, quæ contra officium pietatis est facta, si quia per eam liberi vel parentes excluduntur à debito honorum subsidio, vel ex proposito donantis, vel re ipsa. Et competit ista

ista querela siue donator decedat testatus siue intestatus, vt j. eo. l. precibus. Superior autem ista querela omnibus testamento competit. Datur autem ista querela omnibus his personis, quibus & superiori nam dicit lex, vnam esse istius, & illius querelæ causam, & similem æstimandam, & idem esse ius vtriusque temporibus & moribus: vt infra l. fi.

XXX. *De inofficiosis dotibus.*

Et ista similis est donationi inofficiosa, vt j. eo l. j. Si ergo mater bona omnia, vel penè omnia in filiorum fraudem dederit in dotem pro se, vel fortè secundum Pla. pro filia, vel pro muliere alia per querelam inofficiosa dotis fiet reuocata, vt filiis conuerentibus emolumenta debita deferantur: vt infra eod. l. j. licet Azo dicat, quod vbi mulier pro alia muliere donat dotem, locum habeat querela inofficiosa donationis: quia quantum ad donantem, non dos est, sed donatio.

XXXI. *De petitione hereditatis.*

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 29.

XXXII. *De rei vindicatione.*

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 30.

XXXIII. *De usufructu, & habitatione, & ministerio seruorum.*

De hoc dixi, vt in propriis tit. pag. 31 & 32.

XXXIV. *De seruitutibus & aqua.*

Generaliter dicit de seruitutibus, de quibus & nos in proprio tit. ff. Specialiter autè quædam dicit de aqua, de qua nos in tit. de aqua plu. arc. & de aqua quot. & æsti. pag. 136. & 163.

XXXV. *De lege Aquilia.*

Dixi ff. eod. tit. pag. 38.

XXXVI. *Familia erciscunda.*

De hoc satis ff. eod. tit. dixi, pag. 39.

XXXVII. *Communi diuidundo.*

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 40.

XXXVIII. *Communia vtriusque iudicij, tam familia erciscunda quam communi diuidundo.*

Et de hoc sub proprio tit. ff. dixi, pag. 40.

XXXIX. *Fennum regundorum.*

Dixi ff. eod. tit. pag. 39.

XL. *De consortibus eiusdem litis.*

Quia cōmunè hæreditatè, vel res alias, vel etiã propter fines distinguèdos, sæpè cōtingit plures agere, & conueniri: idè dè potitè de cōsortib. eiusdem litis. In his autè olim ita erat, quòd si

vnus conueniretur sine socio suo, patiebatur exceptionem ne ageret sine eo. Hodie omni submota exceptione, & agere & conueniri quilibet sociorum potest: sed & pro loci potest agere post litem contest. contra omnes etiam si constat eum non habere mandatum, dum tamen caueat de rato. Ante litem vero contest. repellere, si certum esset eum non habere mandatum, licet caueret de rato, infra, eod. l. j. & ij.

XL I. De noxalibus actionibus.

De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 38.

XL II. Ad exhibendum.

De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 40.

XL III. De religiosis, & sumptibus funerum, & aleatoribus.

De prima parte diximus ff. cod. tit. pag. 43. De Aleatoribus autem sub proprio titulo, pag. eadem. & hic ponitur vna noua constitutio Græca, quam vide.

LIBER IV.

Tit. I. De rebus creditis, & iureiurando.

CAue tibi, quia in hoc titu. non tractat de primâ parte, sed tantum de iureiurando: sicut & ff. quod cum eo qui. nam non tractat ibi de his, de quibus in rubrica: sed inferiori lib. De materia huius tituli diximus, ff. sub propriis tit. satis.

II. Si curum petatur.

De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 44.

III. De suffragio.

Suffragium.

Quia suffragium petitur per certi conditionem, vt infra, eod. l. j. de qua dicere cœpit, ideo de hoc. Et dicitur propriè Suffragium ipsum patrocinium quod præstat aduocatus. Nam fragor, id est, sonus arborum, inde suffragium sonus ille, qui fit, vt per eum subueniatur alicui: hic autem ponitur improprè, pro eo quod datur pro hoc patrocinio. Tractatur enim hic de salario, quod præstat aduocatis, quando, & per quam actionem peti possit.

IV. De prohibita sequestratione pecuniæ.

Ne quis eroderet debitore qui ex quolibet contractu conuenitur condicione ad pecuniam soluendam, compellendum vt faciat sequestrationem pecuniæ quæ est in lite: ponit de prohibita sequestratione pecuniæ: vt nomē pecuniæ ponatur pro specie vel quantitate quæ est in obligatione: vt ff. de const. pec. Est autē Sequester ille, apud quem plures sãt, de qua controuersia est

Seque-
ster.

est, de posuerunt, dictus ab eo quod occurreret, & quasi sequenti eos committitur res, vt ff. de verb. signifi. l. sequester. Sequestratio autē dicitur ipsa separatio rei, vel possessionis. Interim enim cum res apud sequestrum est, nec possidet actor, nec possidet reus: nisi hoc actum esset in sequestratione, vt custodiatur causa tantum fiat depositio. ff. de po. l. licet. j. resp. & §. j. Si ergo ex quolibet contractu pecunia postulatur, sequestrationis necessitas conuenit. Oportet enim debitorem primo conueniri, & sic ad solutionem pulsari. Ex voluntate autem partiū fieri potest, nisi in quatuor casibus, quibus ex necessitate fit sequestratio: de quibus per gl. in l. j. eo.

Seque-
stratio.

V. De conditione indebiti.

De hoc ff. eodem tit. dixi, pag. 47.

VI. De conditione ob causam datorum.

Hæc conditio congruit cum superiori: vtrobique enim intuitu causæ rem in alium emitto, neque res emissa extinguitur: sed hæc futuram causam, illa præteritam respicit. Inde est, quod in illa statim post solutionem nascitur conditio: in hæc demum, cum fuerit cessatur, nisi pœnitet. De hoc dixi ff. cod. tit. pag. ead.

VII. De conditione ob turpem causam.

De hoc ff. eodem tit. dixi, pag. 48.

VIII. De conditione furtiua.

De hoc ff. eodem tit. dixi, pag. 48.

IX. De conditione ex lege, & sine causa, vel iniusta causa.

Duas generales condiciones ponit, de quibus nos ff. sub propriis tit. diximus, pag. 48.

X. De actionibus & obligationibus.

De hoc ff. eodem tit. pag. 53, 54.

XI. Vt actiones ab hæredibus, & contra hæredes incipiant.

Olim tradebatur talis regula, Quod post mortem hæredis aut legatarij legatum relinqui non posset. Sicut non poterat aliquis stipulari, post mortem suam sibi dari: sic non poterat quis promittere, dare post mortem suam: Vnæ & tradebatur regula, Vt ab hæredibus, & contra hæredes actio non incipiat. Hodie autem regula ista emendata est per hanc l. j. eo. l. j. & Inst. de leg. §. post mortem. Et caue tibi, quia aliter dicitur post mortem incipere actio in stipulatione, & aliter in legato: vt in prædictis alleg. videre poteris.

XII. *Ne uxor pro marito, vel maritus pro uxore, vel mater pro filio conueniatur.*

Licet hæres iure successiõnis pro defuncto conueniatur, vt §. tit. prox. non tamen hic et in aliis etiam qui valde coniuncti videntur, vt in hoc tit. & seq. Uxor enim non conuenitur pro marito, etiam si pro eo intercesserit: nisi intercesserit in rem suam, j. eod. l. j. & ff. ad Vel. l. ij. §. vlt. Speciale tamen est in principalari sarcina, quam subiuit maritus: vt j. in quib. caus. pig. tac. contra. l. satis. Item maritus pro vxore non conuenitur, nisi solitis modis, si pro ea fideiussert, vel ei successerit. Item mater pro filio, vel econtra, non conuenitur. Vnde & traditur regula certissima, Ex alterius contractu neminem obligari: vt j. eod. l. vlt.

XIII. *Ne filius pro patre, vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono, vel seruus pro domino conueniatur.*

Putabatur ratione filiationis, vel paternitatis, vel seruitutis aliquem conueniri debere: dicitur tamen in hoc titulo contrarium.

XIV. *An seruus ex suo facto post manumissionem teneatur.*

Seruus liber factus alius homo videtur, ff. de sol. l. qui res, §. arcam. Ideo dubitabatur, an posset conueniri de eo quod in seruitute fecit: iuxta quod distinguitur, an contraxit, vel quasi contraxit in seruitute, deliquit, vel quasi: quod prosequere, vt infra eod. per totum.

XV. *Quando fiscus, vel priuatus debitorem sui debitoris exigere potest, vel conuenire.*

Regulariter prohibuit supra, alium ex contractu alterius conueniri: nunc ponit quasdam exceptiones & in fisco, & in priuato. Fiscus autè ratione speciali cõuenit debitorem sui debitoris: si debitor principalis non sit soluendo: vel ex ratione fisci necessario facto liquido prohibètur: vel ex contractu fiscalij debitores conueniantur, ff. de iure fisci. l. iij. §. multa, & supra de cond. ex lege. l. j. de con. fisci. debi. l. j.

XVI. *De actionibus hereditariis: aliis, de hered. act.*

Superiori tit. dixit, alterum pro altero conueniri in casu, hic ponit & alterum casum. Et ponit hic diuisionè actionum, quia actionum aliarum sunt hereditariae, aliarum nõ. Sunt autem hereditariae, quae transeunt ad hæredes, vel contra hæredes. Item quae ab hæredibus incipiunt, vel contra hæredes, ff. de act. & ob. l. hereditarium. Abusiuè tamen dicitur Hereditarius debitor, non

Actiones hereditariae. Hereditarius de sentor.

non qui debet hæredi, vel hereditati, sed ipse hæres, qui ideo debet, quod ipse est hæres: vt infra eod. l. sub prætextu.

XVII. *Ex delictis defunctorum in quantum hæredes conueniantur.*

In quantum hæredes ex contractibus defunctorum, vel quasi teneantur, dixit: nunc in quantum ex delictis, de hoc Instit. de perpe. & temp. §. si. & in ca. si. de sepul.

XVIII. *De constituta pecunia.*

De hoc satis ff. eo. tit. dixi, pag. 49.

XIX. *De probationibus.*

De hoc dixi ff. eodem tit. pag. 75.

XX. *De testibus.*

Ista est viua probatio, & ideo tanquam potior proponitur de hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 77.

XXI. *De fide instrumentorum & amissione eorũ: & de apochis, & antapochis faciendis: & de his quae sine scriptura fieri possunt.*

Sequitur nunc de probatione mortuae vocis, id est, per scripturam. Et de prima parte rubri dixi ff. eod. tit. De amissione autem instrumentorum, talis traditur regula. Quicumque contractus, etiam sine scriptis fieri potest, in eodem casu si scriptura interueniat & postea amissa sit, nihilominus suam obtinet firmitatem. infra eod. l. j. & l. sic ut, & l. statutum, & l. si solennibus, & l. ministris, & ff. eod. l. iure, & de pign. l. contrahitur. Antapocha autem est chirographum, quod facit debitor creditori, in quo confitetur se soluisse tantum. Et non dicitur ab eõ, quod est contra: sed ab ante, quia fit ante apocham, & est inducta ad securitatem creditoris. Qui enim nomine alieno possedit, & pensionem soluit, vel creditori suo vsuras repræsentauit, ille vitur antapocha: vt infra eod. l. plures apochas. Vbi gl. exponit quid sint Apochæ & Antapochæ, & habebitur j. in proprio tit. Est etiam sciendum, quod omnis contractus sine scriptura fieri potest: nisi in quo casu exigitur specialiter scriptura, j. eod. l. contractus, & qui sint casus requirentes scripturam, ponit gl. in c. j. extra de cens. lib. vj.

Instrumentorum amissio.

Antapocha.

Nota.

XXII. *Plus valere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur.*

Quia per scripturam sæpe aliud fingitur, & simulatè scribitur quam verè agitur, sicque fraudes sæpe committuntur, consterque plus valere veritatem, quàm simulatè gestũ: ideo ponit hanc rubricam, quæ in verbis suis satis plana est. Quib. autem modis

Simulatio fit fraudis le-

modis fit fraus legi, ponit gl. ff. de le. & senatuscon. l. fraus.

XXI II. De commodato.

De hoc ff. eodem tit. dixi, pag. 50.

XXIV. De pignoratitia actione.

De hoc ff. eodem tit. dixi, pag. 50.

XXV. De exercitoria, & in scriptoria actione.

De duobus generibus contractuum præmittit, ex quibus in solidum tenemur ex alienis contractibus. De his dixi ff. eo. sub propriis titulis, pag. 51.

XXVI. Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur: vel de peculio, seu quod iussu, vel de in rem verso.

Prima pars rubricæ est generalis, sequentes tres speciales & dantur in solidum hæ actiones: sed quatenus est in peculio, & quatenus est iussum, & in rem verso. De hoc dixi ff. sub propriis tit. pag. 55.

XXVII. Per quas personas nobis acquiritur.

Acquiritur nobis per nosmetipsos, & de hoc nulla est hæsitatio: licet per filios in potestate nostra positos, vel constitutos; Item per seruos nostros: Itè per alienos quos bona fide possidemus, vel in quibus habemus vsum fructum, vel vsum; De hoc latè Instit. eo. tit. per totum.

XXVIII. Ad senatusconsultum Macedonianum.

Qualiter conueniatur pater ex filij contractu, dixi: nunc qualiter pater non tenetur cum effectu, propter exceptionem Macedonianam beneficij. De hoc dixi ff. eo. tit. pag. 54.

XXIX. Ad senatusconsultum Velleianum.

Sicut filius, & pater habent exceptionem ex superiori senatusconsulto: ita & mulier ex hoc senatusconsulto Velleiano. De hoc dixi ff. eo. tit. pag. 57.

XXX. De non numerata pecunia.

Superioribus senatusconsultis subuenitur ciuilitè & naturaliter obligatis ratione specialis: hic ciuilitè tantum obligatis succurritur ratione naturali: iure communi considerato propter pecuniam non numeratam. Dicitur tamen duobus modis pecunia non numerata, vel respectu creditoris, qui propriè dicitur pecuniam numerare debitori, vt sibi illa reddatur: vel respectu debitoris, qui propriè dicitur soluere creditori, & impropriè dicitur numerare, cum soluit quod debet. Pecunia autem largissimè ponitur pro omni re, quam quis numerat, vel non soluit, ff. de verborum significatione. l. pecuniæ verbum

Pecunia non numerata.

Pecunia.

Verbum. Tale est ergo, ac si diceret, de pecunia, vel re non credita, vel non reddita, &c. De hoc plenius Inst. de except. §. idem iuris est.

XXII. De compensationibus.

De hoc satis ff. eodem tit. dixi, pag. 57.

XXXII. De vsuris.

Qualiter actio perimatur, vel minuatur per exceptionem, supra dixi, nunc qualiter augetur: & hoc fit per viuras, de quibus satis ff. cod. tit. dixi, pag. 74.

XXXIII. De nautico fœnore.

De hoc ff. eodem tit. dixi, pag. 75.

XXXIV. Depositi.

De hoc ff. eodem tit. pag. 58.

XXXV. Mandati.

De hoc dixi ff. eodem tit. pag. 59.

XXXVI. Si seruus extero se emi mandauerit.

Speciale casum mandati continet, scilicet cum seruus mandat extero se emi. Et quatuor dicit hæc lex, scilicet, an fuerit vtile mandatum. Item an actio detur domino ex venditione, licet mandatum sit inutile. Item an solutio numerorū peculiarium liberet emptorem. Item an agat de ancilla & de pretio. In primo, dicit nullum esse mandatum. In secundo, domino dari actionem ex venditione. In tertio, quod emptor non liberetur: In quarto, de vtroque agi non posse.

Mandat-
tum de
emendo.
seruo.

XXXVII. Pro socio.

Quoniam socius quasi procurator est pro parte, idè post actionem mandati ponit de societate. De hoc satis ff. eodem tit. dixi, pag. 59.

XXXVIII. De contrahenda emptione, & venditione.

Sicut societas solo consensu contrahitur, ita & emptio. De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 60.

XXXIX. De hereditate, vel actione vendita.

Nunc de venditione rerum incorporalium: De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 61.

XL. Quæ res vendi non possunt: & qui vendere, vel emere vetantur.

Nunc specialiter tractat de quibusdam rebus quæ vendi non possunt vel etiam si possunt, venduntur tamen certis personis: vt est frumentum, quod exercitui mittitur prohibetur vendendi, j. co. l. pen. & vlt. Sericum non debet quis emere à barbaris, præ

Sericum
emere.

LIII. *Rem alienam gerentibus non interdici re-
rum suarum alienationem.*

Qui gerit rem alienam tanquam tutor, vel curator, vel etiam tanquam procurator, siue publicum, siue priuatum officium, res suas proprias alienare vel pignori obligare potest, vel fisco vel priuato,

LIV. *De pactis inter emptorem & venditorem.*

*Pactum
diuisio.*

Quia in venditionibus varia apponuntur pacta, ideò de his. Sunt autem pactorum, quæ fiunt inter emptorem, & venditorem, quædam de substantia contractus, vt de augendo vel diminuendo pretio: quædam sunt accidentalialia, siue extranea, vt de dando libro exemplaris loco, vel aliquo simili non attingenti venditioni: puta vt si venditor restituat emptori pretium intra certum diem, reddatur ei res: vel emptor præstet ei vsuram pretij tardius soluti: vel, vt emptor non faciat monumentum vel Ecclesiam in fundo vendito: vt infra l. ij. & l. in initio. & l. vlt. Item pactorum quædam fiunt incontinenti: quædam ex interuallo. Item quædam sunt certa, alia sunt obscura, vel ambigua. Item fiunt pacta vt seruus exportetur, vel non: item manumittatur, vel non. Item ne prostituatur, de quibus infra speciales rubricæ. De pacto legis commissoria, & de in diem additione dixi, ff. in propriis titulis. Alia enim pacta accidentalialia nomine carent, sed pro motu contrahentium excogitantur.

LV. *Si seruus exportandus veniat.*

Istud est speciale pactum quod in venditione apponitur: vt §. dixi. De hoc etiam ff. eo. pag. 64.

LVI. *Si mancipium ita venierit ne
prostituatur.*

Sicut superius pactum gratia venditoris apponitur, sic & istud gratia serui. Vnde superius potest venditor remittere, vt §. eo. l. ij. in si. hic non potest. Et de hoc ff. de in ius voc. l. sed & l. §. prostituta & ff. de contrah. emptio. l. si quis. Edictum verò diu. Vespasiani locum habet, cum ancillam emptam ne prostituatur alteri vendo, siue simili lege, vt ff. de iur. patr. l. diuus.

*Edictum
Vespasian-
ni.*

LVII. *Si mancipium ita fuerit alienatum, ut ma-
numittatur, vel e contra.*

*Constitu-
tio diui
Marci.*

Pro libertatibus representandis vel manumissionibus faciendis, locum habent multæ constitutiones, vt est constitutio diui Marci, & Commodi, missa ad Offitium Victorinum: si duo vel

vel vendo seruum vt manumittas, vel si pretium do, non pecuniam in specie, vt manumittas seruum tuum: vt §. eod. l. ij. & l. si is qui. & ff. de cond. caus. da. l. dedi. §. sed & si tibi. & l. si pecuniam. §. j. Item constitutio diui Marci, & Commodi in Semestribus locum habet, cum trado tibi seruum, vt post tempus sit liber: nec comprehendi factum manumittedi: vt §. eod. lege iij. & de ser. ex por. l. vlt. Item constitutio diui Seueri, & Antonini ad Urbium Maximum locum habet, cum alienus seruus mandat mihi vt cum redimam à domino suo nummis suis, id est, peculiaribus: vel fortè meis, sed hoc pacto, vt ipse restituat mihi. ff. de iud. l. non distinguo.

*Constitu-
tio Seue-
ri, & An-
tonini.*

LVIII. *De aditijs actionibus.*

De actionibus contra venditores iure ciuili proditis, dixit: nunc sequitur de prætoris, quæ sunt prædictarum pedissequæ. supra de vet. iure enucl. l. ij. §. quarrus. De hoc dixi, ff. eod. tit. pag. 72.

LIX. *De monopolis, & conuentu negotiatorum illi-
cito: vel artificum ergolaborum, nec non bal-
neatorum prohibitis, illicitisque
pactionibus.*

Quia venditores illicitas inueniunt inter se pactiones, sicut & artifices, & negotiatores, siue ergolabi: ideò de eis ponit. Dicitur autem Monopolis, id est, singularis negotiatio in ciuitate: à *μῆνος*, quod est, vnum, & *πῶλις* quod est venditor, vel polin, quod est venditio secundum gl. nostram hic: quasi vno vel certo modo facta negotiatio, vel venditio. Inde dicitur Bibliopola, id est, venditor librorum, quem Librarium dicimus. Placent autem denominauit monopolium, à *μονος*, & *πολις*, quod est ciuitas: inde Monopolium, id est, vnica negotiatio in ciuitate: quod accidit, cum inter se paciscuntur, ne aliquem instruant in arte sua, nisi filios, vel nepotes: vel cum aliquo modo per pactum id facere nitantur, vt soli commodum alicuius artis vel negotiationis faciant. Idem in balneatoribus, si conueniat ne aliter balneent, quam ea mercede quam ipsi constituerunt. Idem in locatoribus rerum, vel operarum suarum: maxime scriptoribus, si paciscantur, ne opus ab altero inchoatum alius perficiat. Ergolabi dicuntur quidam operarij laborantes in stationibus suis, ab *εργα* quod est opera, vt dicit Ser. in prin. Geor. & labor.

*Monopo-
lis.*

Ergolabi

LX. *De nundinis & mercatoribus.*
De hoc, ff. eod. tit. dixi, pag. 120.

LXI. De uetigalibus & commissis.

De hoc dixi ff. de pub. & vect. pag. 136.

LXII. Uetigalia noua institui non posse.

Satis clarus est: & ego aliàs dixi ff. de pub. & vect. pag. 136.

LXIII. De commercijs, & mercatoribus.

Mercato
res.
Negotia-
tores.

In hoc titulo quadam specialia ponit circa negotiatores pertinentes ad domum principis: ut scilicet numerus eorum non extendatur ultra quingentos. l. iij. vt infra eod. l. penult. Et quædam generalia omnium mercatorum; quale est illud, ne pro mancipiis vel quibuscumque speciebus barbaris præbeant aurum. Item nobiliores natalibus, & honore & patrimonio ditiores, perniciosum mercimonium exercere prohibentur: vt inter plebeios & negotiatores facilius sit emendi, vendendiq; commercium: vt j. eod. l. iij.

LXIII. De rerum permutatione, & præscriptis verbis actione.

Sequitur de contractibus innominatis, inter quos præcipuus est permutatio: & postea de præscriptis verbis. De his diximus ff. in propriis tit. pag. 66.

LXV. De locato & conducto.

De hoc satis ff. eod. tit. dixi pag. 64.

LXVI. De iure emphyteutico.

Emphy-
teusis.

Emphyteusis Latine dicitur melioratio. Ab initio enim sterilia tantum huius contractus specie cõcedebantur, vt is qui acciperet rem, in meliorem conditionem & statum deduceret, & fertilem redderet: postea tamen ad id denentum est, vt etiam fertilia, & fructuosissima valeat emphyteutican. Et dicitur iste contractus emphyteusis, vel emphyteuticus, id est, meliorationis. Et consistit in rebus soli tantum. De hoc C. de sacrosan. eccle. authen. perpetua. Celebratur scriptura interueniente, & non aliter. j. eod. leg. j. de hoc latè Inft. de locat. §. adeo.

LIBER V.

Tit. De sponsalibus & arras sponsalitijs, & proxenetico.

DE contractibus rerum supra dixi: nunc de contractibus personarum. Vel, Suprà de societate quæ contrahitur propter pecuniam querendam: nunc de societate coniugali, quæ propter prolem lucrandam celebratur: & quia hoc fit per nuptias, quas sponsalia præcedunt. De sponsalibus dixi ff. eod. tit. Arras autem si interuenierint, non possunt sponsalia impunè solui

solui, sed si quidē soluerit sponsalia ille qui dedit arras, amittit eas: si verò ille qui acceperit arras, restituat eas: & illud tantumdem de suo, & non plus: nisi specialiter placuerit partibus, vt pænā arrarum extendant in quadruplum: tunc enim eò quod extēdetur, & non ultra, j. eod. l. mulier j. responsio. & §. quadrupli De hoc in ca. gemma, extra de sponsalib. Proxenetica autem dicitur, qui explorat voluntates contrahere volentium. De hoc dixi ff. de proxene.

Proxene-
ta.

II. Si rector prouincia vel ad eum pertinentes, sponsalitijs dederint arras.

Nunc ponit in specie desponsalitijs arras. Si rector prouincie vel ad eum pertinentes sponsalia dederint, id est, sponsalitijs arras: sic enim verbum istud exponitur infra si nup. ex re. pe. l. j. Ad eum autem pertinere intelliguntur non quilibet subiecti, sed filij, nepotes, propinqui, participes, id est, consiliarij, & domestici: hi ergo omnes nuptias contrahere non possunt cum ea muliere, quæ est oriunda de prouincia, vel aliàs habeat ibi domicilium. Sponsalia tamen possunt contrahere. ff. de rit. nup. l. si quis. Vtrum titulus iste hodie habeat locum ponitur per Doct. in cap. ij. de secund. nup.

Sponsali-
tia arras.

III. De donationibus ante nuptias, vel propter nuptias, & de sponsalitijs.

Dixi de præambulis nuptiarum duob; prox. tit. sequitur vt dicere de nuptiis: quas quia donationes præcedunt, de eis præmittit. Et dicitur ante nuptias, & propter nuptias idem. j. eod. l. fin. & fit in recompensationem dotis. Sponsalia verò est simplex donatio, quam sponsus facit sponsæ, & econtrà: vt j. eod. lege cum te, & alijs pluribus. & de hac in Authen. vt sponsal. larg. collat. viij.

Sponsalia.

III. De nuptijs.

De hoc dixi ff. de ritu nup. pag. 79.

V. De incestis & inutilibus nuptijs.

Contrahentes nuptias sibi vetitas, puniuntur in periculo dotis, & donationis propter nuptias, hæc enim conficiuntur. j. Sponsal. eo. l. qui contrà legem. Sed nec filij sunt legitimi, vel in potestate parentis. Item de bonis fili restari non possunt in extraneis. Et dicuntur largè omnes nuptiæ prohibendæ Inuitiles. Sed Nephariæ proprie inter ascendentes, & descendentes. Incesta inter collaterales vel affines: vt Inft. eo. §. ergo non omnes & ff. eo. l. qui etiam & l. si. & de adul. l. si adulterium. Aliæ quæ alijs rationib; prohibentur, simpliciter inuitiles dicuntur, quod multis

Inuitiles
nuptia.
Nepha-
ria.

modis contingit, vt not. gloss. i. §. sunt & alia.

v. De interdito matrimonio inter pupillam & tutorem, seu curatorem, liberòque eorum.

Tutor dicens pupillam.

Qualiter ratione sanguinis prohibentur nuptiæ, dixit: nunc qualiter ratione officij: & est ista prohibitio iuris ciuilibus, ne circumferibatur pupilla, vel adulta in re familiari: vt ff. de rit. nupt. l. libertus. §. Senatus. Sed nec ista prohibitio hodie tenet propter c. ij. de nupt. & ibi not.

vii. Si quacunq; præditi potestate, vel ad eum pertinetes, ad suppositarum iurisdictioni sua aspirare tauerint nuptias

Frases contra-hens cū subiect. Pactio.

Qualiter ratione priuati officij prohibeantur nuptiæ, supra dictum est: nunc qualiter ratione publici officij autoritate, & utilitate. Nā superior tit. si rector prouinc. loquitur de sponsalibus: hic loquitur de nuptiis eorum qui prouincias regunt, seu alia quacunq; potestate præditi, cum sibi subiectis nuptias contrahere intendunt, & hæc prohibitio hodie locum non habet vt in c. ij. de secundis nupt.

viii. Si nuptia ex rescripto petantur.

Petuntur ex rescripto nuptiæ quandoque iure vetitæ, quādoque permixtæ: & quidem si sint vetitæ, vel iure naturali vel gentium, vel ciuili etiam propter affinitatem, vel cognationem, indultæ non valent. Nam rei cuiuslibet cuius est denegata petitio, nō proficit indultum. j. c. l. vlt. & s. de inces. nupt. l. si. & imponitur pœna: vt j. cod. l. j. Si verò sint vetitæ de iure ciuili propter pecuniarium damnum vitandum, tenet indultum: vt s. tit. iij. l. si tutor. Si verò nuptiæ permixtæ sunt, siquidem impetrantur ad remissionem infamiz, quia mulier nimis citò festinauit nubere, putā intra tempus luctus tenet rescriptum, vt j. ad Tertul. l. si qui. Idem si impetret nuptias ad retentionem prioris dignitatis. ff. de secun. nupt. l. nupt. aliās ad alia superuacuum est rescriptum ad quæ iure communi competunt l. j. de thesaur. li. x.

ix. De secundis nuptijs.

Dixit de primis, nunc de secundis nuptiis: & dicuntur Secundæ omnes vltiores post primas. Et dic quod contrahuntur eodem modo: sed multa conceduntur primis, quæ non secundò contrahentibus dantur. Nā puniuntur secundò nubentes propter duo: primò, propter nimiam festinationem quæ in vxoribus tantum punitur nubentibus intra annum continuum à morte mariti computandum: ad cuius luctum remissio triori

fiori habitu annus est statutus. ff. de his qui not. infra. l. genero. & respon. & §. sed cum tempus. & s. de his qui no. infam. l. decreto. Et punitur hæc festinantia propter duo, s. propter turbationem sanguinis. ff. de his qui no. infra. l. liberorum. §. si talis, in si. vel ne de prole dubitetur: vt j. de repud. l. consensu §. quod si præter. Item ne quam præter malignæ suspicionis causam etiam ad virum secundum, eò quod velociter ad nuptias festinauit: vt in Auth. de restit. & ea quæ par. §. vnum. Secundò punitur secundò nubens propter non seruatum filiorum affectionem. l. hac edictali. j. cod.

x. Si secundò nupsit mulier, cui maritus vsumfructum reliquerit.

De pœnis secundò nubentium dixi generaliter: nunc specialiter in vno casu, qualiter puniatur secundò nubens circa vsumfructum à mortente coniuge sibi relictum: qui secundum iura C. illicè amittit vsum fructum si liberos habet Sed per authenticam non amittit: nisi legem eam acceperit, vt ex secundis nuptiis interiret. in Authen. de nupt. §. de augmentis. & §. sed hæc quidem.

xi. De dotis promissione: vel nuda pollicitatione.

Quia nuptiarum gratia vel primarum vel secundarū & propter matrimoniorum onera graua, sapissimè dos tribuitur: sed dos incipit quandoq; à pactione, & pactio fit aliàs per promissionem, aliàs per nudam pollicitationem: sic autem promissio per stipulationem, quandoq; etiam sine præcedenti interrogatione. Sed Pollicitatio nihil aliud est, quàm solius offerentis promissio: vt ff. de ed. l. edict. l. faciendum.

xii. De iure dotium.

De hoc dixi ff. cod. titu. pag. 79.

xiii. De rei vxoria actione ex stipulatu in actionem transfusa & de natura dotibus præstita.

Sicut in quouis alio contractu tria considerantur principaliter, scilicet Conuentio, Obligatio, & Actio: vt not. Instit. de act. super rubr. sic in dote. Ideòq; primò cõuentionem, in tit. de dotis promiss. Secundò obligationem, s. titu. j. oune ponit actionem: sic enim naturaliter debet disponi. Et dabantur olim duæ actiones tã viro pro petenda, quàm vxori pro repetenda dote, s. ex stipulatu, & rei vxoria. Sed secunda hîc tollitur, & datur omne quod in ea vtile erat actioni ex stipulatu, quàm Imperator

Pactio.
Promissio.
Pollicitatio.

ator referuat : vt dicit gloss. hic super rubr. de hoc Instit. de act. §. fuerat.

xiv. *De pactis consentis tam super dote, quam super donatione propter nuptias, & paraphernis.*

PARAPHERNIA.

Quia pacta certa super dote & donatione propter nuptias apponuntur, ideo de his dicitur. Et de Paraphernis: quod dicitur à παρὰ, quod est iuxta, & ἑρμη, id est, dos: quasi iuxta dotem, quod scilicet vxor prater dotem secum ducit: vt & ff. de iure dot. l. si ego. §. dotis, & supra de donat. ant. nupt. l. si. in princ. de hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 80.

xv. *De dote cauta non numerata.*

Quandoque inuenitur dos cauta à marito, qui confessus est eam sibi numeratam, vel traditam, cum non sit numerata, scilicet ab vxore. Vel dic, de dote cauta à muliere, vel eius patre in instrumento dotali: & non numerata, id est, nõ soluta. Vel tertio dic, quodd ante confessionem dotalis instrumenti confessus fuit sibi solutum, exceptis intra xxx. dies. Si autem post, nullo tempore excipit, supra de non num. pec. l. in contractibus. §. j. Sed hodie seruatur Authent. quod locum, infra eod.

xvi. *De donationibus inter virum & uxorem: & à parentibus in liberos factis, & ratihabitione.*

De donationibus propter nuptias dicitur: nunc de simplicibus quæ in matrimonio non valent, nisi fiant ratæ per confirmationem mortis, vel aliam: de hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 80.

xvii. *De repudiis, & iudicio de moribus sublato.*

Iudicium de moribus.

Omne quod ligatur, solubile est, in Authen. de nupt. §. de iudicij cepis. & sic post ligamina matrimoniorum in dissolutione dicitur: de hoc diximus ff. de diuort. Sed de iudicio de moribus non restat tractare, quia sublato est: vt infra, eod. leg. vlt. Et erat secundam Azo. tale, quodd licet maritus vxori, vel e contra propter vnum malum morem non posset mittere repudiũ: tamen pluribus coadunatis & coniunctis poterat soluere matrimonium: puta si singulis diebus erat ebria. Item in lecto erat solita stertere, sæpè que catabat: vel his similia faciebat.

xviii. *Solutio matrim. quemadmodum dos petatur.*

De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 83.

xix. *Si dos constante matrimonio soluta fuerit.*

Quia non solum soluto matrimonio redditur dos, vt supra tit.

tit. prox. sed etiam durante quandoque: quod aliquando fit ex causa necessaria, vt si maritus sit non soluendo, vel vergat ad inopiam, vel cum maritus deportatur & vxor seruat affectio nem: vt supra de rep. l. j. Quandoque ex causa probabili vt casibus ff. de iure do. l. mutus §. manente. & ff. sol. mar. l. quamuis. & in fe. Quandoque sine causa, vt in hoc titulo. & tunc quia donatio præsumitur, redditur viro, imò maritus quod soluit repetit in quantum mulier est locupletata. Sed & ipse ad totius dotis solutionem tenetur.

Dos redditur.

xx. *Ne fideiussores, vel mandatores, dationem dentur.*

Pro dote agitur contra virum & eius hæredes. supra tit. ij. Fideiussores dotis. non contra fideiussores vel mandatores, qui fortè interuenerunt, quia illi non tenentur: prohibetur ergo maritus ne det, & vxor ne petat: ne causa perfidie generetur inter eos. Sicut in donatione aliàs inter eos facta dicitur. ff. de don. inter vir. & vxor. l. j.

xxi. *Rerum amotarum.*

De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 85.

xxii. *Ne pro dote mulieris bona mariti addicantur.*

Mulieri bona mariti mortui iure dominij addici non possunt. Sanè si nullo hærede relicto decessit vir, maxime non idoneus ad soluendum, secundum iuris formam consulitur mulieris indemnitati, quatenus successione patitur modus, infra eodem. leg. j. scilicet vt postulet se mitti in possessionem bonorum hereditariorum, sicut & faceret quilibet creditor, &c.

xxiii. *De fundo dotali.*

Specialiter de re inæstimata in dotem tradita dicitur: de hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 80.

xxiv. *Diuortio facto, apud quem liberi morari vel educari debeant.*

De hoc dixi ff. vbi pupillus educ. deb. pag. 93.

xxv. *De alendis liberis ac parentibus.*

De hoc dixi ff. de lib. agnos. pag. 85.

xxvi. *De concubinis.*

XXVII. *De naturalibus liberis, & matribus eorum:
& ex quibus causis iusti efficiantur.*

*Natura-
los liberi.*

Ex concubinis naturales filij nascuntur: ideo de eis, & eorum matribus, scilicet qui dicantur naturales, & quantum possit eis relinqui vel inter viuos, vel in vltima voluntate, aut quoquo titulo dari. Et ex quibus causis naturales efficiantur sui, id est, redigantur in potestatem: est de hoc propria Aut. quibus mod. nat. effi. sui. col. vij. vel fiant legitimi successores patris, et si non redigantur in potestatem suam eo viuente: & de hoc tractatur in alia Authen. quibus mod. nat. effi. legit. col. vj.

XVIII. *De testamentaria tutela.*

Dixit de contractibus, nunc de quasi: vel, Dixit qualiter viuens pater consulat filio in alendo: nunc qualiter moriens in tutela. de hoc ff. eod. tit. pag. 89.

XXIX. *De confirmando tutore.*

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 89.

XXX. *De legitima tutela.*

De hoc ff. de legitimis tutoribus dixi, pag. 89.

XXXI. *Qui petant tutores, vel curatores.*

De hoc ff. eod. tit. pag. 90.

XXXII. *Qui petantur tutores, vel curatores.*

Et de hoc in superiori titulo, qui pet. tutor. vel curator. ff. dixi, pag. 90.

XXXIII. *De tutoribus & curatoribus illustrium, vel clarissimarum personarum.*

In illustribus & clarissimis pupillis specialia quædam seruantur: scilicet adhibita quadam solemnitate, de qua in leg. ij. & ij. infra eod.

XXXIV. *Qui dare tutores vel curatores possunt
& qui possunt dari, vel non.*

*Datiua
tutela.* Ista est tutela datiua, id est, de tutoribus per iudices constituendis: de quibus dixi ff. de tut. & curat. da. ab his, pag. 90.

XXXV. *Quando mulier officio tutela
fungatur.*

*Mulier
tutrix.* Regulariter mulier non potest esse tutrix, quia hoc officium virile est, ff. de reg. iur. l. ij. §. eod. l. j. nisi à Principe impetrauerit filiorum tutelam. ff. de tut. l. vlt. per codicem tamè impetrare potest à iudice tutelam filiorum legitimorum, & naturalium: vel naturalium tantum, si mater fuerit maior, & impuberi non sit tutor testamentarius vel legitimus: vel etià sit, sed excusetur, vel

ut suspectus remoueatur. Sed oportet mulierem iurare & renunciare Velleiano & secundis nupt. omnique alio legitimo auxilio: & suam substantiam filijs supponere: vt infra eo. l. pe. & vlt. Hodie autem præfertur omnibus tutoribus legitimis & datiuis, sed non testamentariis: de hoc in Authen. vt sine prohi. ma. de coll. vij. & in Authen. matri. infra eod. quæ est de here. ab inte. §. ex his. coll. ix.

XXXVI. *In quibus causis tutorem habenti tutor,
vel curator dari possit.*

Tutor non potest dari habenti tutorem, ista regula fallit certis casibus. hic not. quos ponit gl. Inst. de curat. §. interdum.

XXXVII. *De administratione tutorum vel curatorum:
& de pecunia pupillari serueturanda, vel
deponenda.*

De prima parte tituli dixi ff. eo. ti. Debet autem tutor pecuniam pupillarem serueturare idoneis hominibus. quod si non faciat cum possit nouiter creatus tutor, tenetur ad vsuras post sex menses. ff. eo. l. tutor constitutus. non nouiter creatus tenetur ad vsuras post duos menses: quod spacium, vel laxamentum, non tribuitur his, qui nummos impuberum vel adolescentium in vsus suos clam conuertunt: hi enim statim tenentur ad vsuram centesimam: Si autem palam faciunt, tenentur ad pupillarem. ff. eo. l. tutor qui reper. §. vsuræ. & l. non existimo. de hoc lege hic Aut. nouissime, quæ ponitur hic in princ. tit.

XXXVIII. *De periculo tutorum vel curatorum.*

Quando incipiat ad tutorem vel curatorem pertinere periculum dixi, ff. de administ. tutor. & habetur Inst. de factis. tu. & curat. §. j. Amplius etiam illi qui dati sunt notitia causa sustinent periculum. infra eod. l. j.

XXXIX. *Quando ex facto tutoris, vel curatoris, minores
agere vel conueniri possunt.*

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 92.

XI. *Si ex pluribus tutoribus vel curatoribus omnes, vel
vnus agere pro minore, vel conueniri possunt.*

Si plures sunt tutores etiam vnus solus agit, & conuenitur nomine pupilli, nisi sit diuisa administratio: vt dicemus infra de diu. tu. & dicitur infra eodem l. j. & ij. Quandoque tamen necesse est omnes tutores consentire, vt cum pupillus datur in adoptionem: vt infra de act. emp. l. vlt.

XLI. *Ne tutor vel curator vestigalia prædij conducat.*

Tutor constitutus prohibetur vestigalia prædij conducere

ca ratione, quia omnia bona conducentis à fisco sunt obligata ei, infra in quibus cau. pign. tac. con. l. j. & prius erant obligata pupillo, §. de adm. tutor. l. pro officio. sicque incurrit tutor crimen stellionatus. ff. de pign. act. l. tutor. §. contrariam. Item incurrit crimen falsi. ff. ad leg. Cor. l. j. §. tutores. & j. co. l. j. & est hic titulus exceptio ab illo tit. qui est, rem al. gerent. nō inter. verum, &c.

XLII. *De tutore, & curatore, qui satis non dedit.*

Minoribus cauetur, nedum per administrationem & obligationem tutorum & curatorum, sed etiam per satisfactionem ipsorum, de qua dixi ff. de adm. tut. habita tamen distinctione inter testamentarium, & datum ex inquisitione & inter legitimum ut ibi: & haberur Instit. de satisf. tut.

XLIII. *De suspensis tutoribus, vel curatoribus.*

De hoc dixi ff. eodem tit. pag. 92.

XLIV. *De in litem dando tutore vel curatore.*

Olim tutor dabatur, hodie curator: vt Inst. de aut. tut. §. si. & ideo de utroque dicit. Vel dic correctiue legi: vt curator datur qui & tutor à tuendo dicitur: non autē sit verē tutor, cum certa rei tutor non datur. Inst. qui test. tut. dz. poss. §. certā. nisi in casu. ff. de tutor. & curat. dz. ab his. l. impuberi. de hoc in d. §. ff. Inst. de aut. tut. & j. cod. l. penult. & vt.

XLV. *De eo qui pro tutore negotia gessit.*

De hoc dixi ff. eodem tit. pag. 91.

XLVI. *Si mater indemnitatem promiserit.*

Quoniam matres pupillorum sæpè indemnitatem promittunt pupillo, de eo quod sibi debent, vel debebunt tutores: & tunc est intercessio, & iuuatur mulier per Velleianum: sicut dicitur per totum titulum C. & ff. ad Vell. Si verò indemnitatem promittat de eo, quod pupillus debet tutori, non est intercessio: quia pro eo apud eundem nemo fideiubere potest. ff. de fideiuf. l. veteranus. Idēque est & si promittat indemnitatem tutoribus de eo quod debet, vel debebunt pupillis. ff. ad Vell. l. quamuis. §. si mulier. Sed nec mater, nec qualibet alia mulier iuuatur, si promittat indemnitatem de eo quod ipsa administrauerit. j. cod. l. quaedam.

XLVII. *Si contra matris voluntatem tutor datus sit.*

Datur quandoque in testamento, quandoque à iudice tutor contra vltimam matris pupilli voluntatem: in quibus casibus potius arbitrio matris, vel iudicis, quam etiam patris statuitur:

Quia

Quia hic, sicut & alijs, potior est conditio prohibentis. ff. eod. d. l. Sabinus. Datus autem tutor contra voluntatem matris sine infamia remouetur: nisi causa præcesserit, quare debet infamari: vt j. cod. l. j.

XLVIII. *Vt causa post pubertatem ad sit tutor.*

Licet tutela pubertate finiatur, vt Inst. quibus modis tut. fit in princip. tamen ratione contiguitatis & conjunctionis post pubertatem, quæ ante erant inchoata, tenetur conformare tutor, putā prouocationem exercere. Si tamen in curatore non sit translata gestio: vt infra eod. l. j. & ff. de appell. l. tutor si. Sed admonere debet adultum, vt sibi curatorem petat. ff. de adm. tut. l. ita.

XLIX. *Vbi pupilli educuntur.*

Plana est differentia inter hunc tit. & illum scilicet, Diuortio factō vbi pup. quia ibi diuortio solutum erat matrimonium, hic morte patris: de hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 93.

L. *De alimentis pupillo præstandis.*

De hoc dixi ff. vbi pupil. edu. pag. 92.

LI. *Arbitrium tutela.*

Arbitrium tutelæ, id est, actio tutelæ, qualis scilicet sit, quæ arbitraria dicitur: quia arbitrium iudicis habet locum, cū bonæ fidei sit, & tractatur hic de directa actione tutelæ: nam de contrario loquitur infra de contrario iudicio. Et contra solutum morem imponitur hæc rubrica, non per genitium, nec per ablatium, sed per accusatium. Et dicitur arbitrium tutelæ, subintelligendo, quale sit. De hoc dixi ff. de tut. & ra. dist. Et de contra. & vul. pag. 94.

LII. *De diuidentia tutelæ, & pro qua parte quisque tutorum conueniatur.*

Tutelæ administratio aliquādo diuiditur inter tutores ab ipsis tutoribus, quandoque à præside, quandoque à defuncto: vt Inst. de satisf. tut. per totum, & quomodo quisque teneatur. De hoc dixi ff. de magi. con. pag. 96.

LIII. *De in litem iurando.*

Quia in actione tutelæ ob culpam specialiter iuratur in litem: vt infra eodem. l. alio. quod alijs non est: vt ff. co. l. siue. & l. videamus. §. fin. & in litem actione. §. j. de hoc iuramento dixi, ff. eodem tit. pag. 46.

LIV. *De heredibus tutorum.*

Heredes tutorum non sunt tutores: tenentur tamen in quibusdam quasi tutores, putā in inchoatis per defunctum. De hoc

hoc dixi ff. de fide. & no. & hære. tu. pag. 96.

LIV.

Si tutor non gesserit.

Tutor datus qui non gessit, si quidem inutiliter fuit datus, non tenetur: vt s. qui da. tu. l. neque. Si verò datus fuit vtiliter, tenetur quidē vtili actione tutelæ: si nō gessit, nō directæ: vt ff. rem pup. lal. fo. l. non quasi. §. illud. & de administ. tu. l. qui post. §. in eum. & j. eod. l. j. ordo tamen considerandus est: de quo dixi ff. de magi. conu. pag. 96.

LVI.

De usuris pupillaribus.

Pupillares vsuræ dicuntur, quas pro conditione suæ personæ potest pupillus stipulari secundum modum, qui est s. de vsur. l. eos.

LVII. *De fideiussores tutorum, seu curatorum.*

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 96.

LVIII. *De contrario indicio tutela.*

De hoc dixi ff. de contra. & vtili act. tut. pag. 94.

LIX. *De auctoritate prestanda.*

De hoc dixi ff. de aucto. & consen. tu. pag. 91.

LX.

Quando tutores vel curatores esse desinant.

Tutela finitur pubertate pupillorum: omni capitis diminutione: itē morte tutoris, vel capitis diminutione eius maxima vel media: item existente conditione vel tempore, sub qua, vel ad quod datus est: item ob hoc, quod tutor remouetur vt susceptor. Cura autem finitur adultis factis maioribus xxv. ann. Cura enim pupillorum eodem tempore terminatur, quo tutela pupillorum. j. eo. l. j. Item finitur cura adutorum finito negotio, vel finita causa, ad quam dati sunt. Instituit. de aucto. tut. §. vlt. de hoc Inst. quib. mod. tut. fin.

LXI. *De actore à tutore seu curatore dando.*

Sæpe contingit tutorem vel curatorem impediri gerere minorum negotia: & æquum est interim providere minoribus. Est ergo actor ordinandus à tutore vel curatore, & idem dicitur Aditor. Et constituitur ad gerenda negotia, & ad litem. Insti. de cur. §. quod si. & j. de appell. l. si actor.

Aditor.

LXII. *De excusationibus tutorum & curatorum, & temporibus earum.*

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 93.

LXIII. *Si ex falsis allegationibus tutor vel curator excusatus sit.*

Si vera excusatione quis excusatur à tutela, licet iniusta, nō tamen

tamen postea conuenitur: Si verò sit excusatio falsa, non prodest: sicut & aliàs lata sententia ex falsis instrumentis vel testimoniis rescindenda est: vt infra eod. l. j. & infra, si ex fal. instrument.

LXIV.

Si tutor Reipublica causa abesse cœperit.

Si tutor vel curator Reipublicæ causa est abfuturus, debet se excusare à tutela ad tempus: alioquin medij temporis periculo obstringitur. Item oportet eum postulare interim curatorem. ff. de admini. tut. l. tutores. §. qui se. & infra eod. l. j. & Inst. de excus. tut. §. item qui Reip.

LXV.

De excusatione veteranorum.

Sicut in aliis, ita & in tutelæ excusatione subuenitur veterano, cum distinctione, de qua ff. de excu. tut. l. sed & milites §. j. & ij. & Insti. eod. §. item hic.

LXVI.

Qui numero liberorum se excusant.

De hoc dixi ff. de excu. tut. pag. 93.

LXVII.

Qui morbo se excusant.

Etiā ratione morborum excusantur tutores, vt surdi, muti, furiosi, perpetua valetudine laborantes, dixi ff. de excu. tut. pag. 93.

LXVIII.

Qui ætate se excusant.

Maiores lxx. annis excusantur à tutela, vel cura. vt j. eodem l. j. Sed in personali publico munere videtur statui tempus lv. ann. vt intra, qui ætate. l. vlt. lib. x.

LXIX.

Qui numero tutelarum se excusant.

Tria onera tutelæ non affectatæ diuerforum patrimoniorum eouque præstant excusationem quatenus durant. Insti. de excu. tut. §. item tria. dixi ff. eod.

LXX.

De curatore furiosi, vel prodigi.

De hoc dixi ff. de cur. fu. & aliis dand. pag. 97.

LXXI.

De prædiis, & aliis rebus minorum, sine decreto non alienandis vel obligandis.

De hoc dixi ff. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt. pag. 97.

LXXII.

Quando decreto opus non est.

Et de hoc in eodem titulo. ff. de reb. eor. qui sub tut. dixi, pag. 97.

LXXIII.

Si quis ignorans rem minoris esse, sine decreto comparauerit.

Emptor huius rei pupillaris sine decreto alienatæ, etsi ignorauerit in comparatione: tamen vsucapere interim, id est, in minore ætate minoris non poterit: scilicet propter orationem diui.

diui Seueri, quæ prohibuit alienationem: ergo & per consequentiam, vsucapionem: vt ff. de verb. sign. l. alienationi. non prodest ergo bona fides. ff. de vsuc. l. vbi ad hoc. §. de administ. tuto. l. lex quæ. Item Iustinianus prohibet omnes temporales præscriptiones currere minoribus: vt §. in quib. caus. in integ. rest. nou est necesse. l. vlt. licet olim secus dicebatur: vt ff. de acquir. re. do. l. bonæ fidei. post minorem verò ætatem curret statim: vt j. eo. l. j. §. vlt. l. fi.

LXXIV. *Si maior factus alienationem ratam habuerit.*

Si adules maior factus ratam habeat expressè venditionem prædij sine decreto in minori ætate venditi, confirmatur venditio: nisi nesciret se esse deceptum vltra dimidium iusti pretij, infra eod. l. j.

LXXV. *De magistratibus conueniendis.*

De hoc ff. eod. titu. dixi, pag. 96.

LIBER VI.

Tit. I. *De fugitiuis seruis, & libertis, mancipiisque ciuitatum: & artificibus ad diuersa opera deputatis, & ad rem priuatam, & dominicam pertinentibus.*

Nunc de actionibus quæ ex maleficio nascuntur, putà de furtis, inter quæ peius est domesticum: nulla enim efficacior pestis est ad nocendum, quàm familiaris inimicus: vt dicit gl. in l. j. ff. ad syll. Fugitiuus est qui ea mente recedit à domino, ne postea reuertatur ad eum: licet mutato consilio redeat. Erro est qui temporibus consumpris in rebus nugatoris: tandem, licet serò, rediit ad dominum. ff. de ædil. edict. l. quid sit fugitiuus. j. respon. & §. erroneum. hic tamen quod non in vno dicitur, id in altero suppletur, & exauditur. ff. eod. l. j. §. vlt. & pen. & ibi dixi. Dicit etiam hic de libertis & mancipiis ciuitatum fugitiuis, nec curatur sit Romanæ, vel alterius ciuitatis, infra eod. l. mancipia. & l. penult. Et de artificibus scilicet ciuitatum, licet non sint serui: vt infra eo. l. fi. Et pertinentibus ad rem priuatam, id est, ad singulorum vtilitatem de populo. Et ad rem dominicam, scilicet Imperatoris.

LI. *De furtis, & seruo corrupto.*
De hoc dixi ff. sub propriis titulis, pag. 41. & 181.

LI. *De operibus libertorum.*
De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 118.

IV. *De bonis libertorum, & de iure patronatus.*
De hoc dixi ff. eod. tit. & de iure patrona. pag. 128.

V. *Si in fraudem patroni à libertis alienatio sit facta.*

De hoc dixi ff. si quid in frau. pat. pag. 122.

VI. *De obsequiis patrono præstandis.*

De hoc dixi ff. de iure patrona. & in tit. de obseq. à lib. & libert. pag. 127.

VII. *De libertis, & eorum liberis.*

Qui puniantur, & qualiter, ob non præstita obsequia, hoc titulo tractatur.

VIII. *De iure aureorum annulorum: & de natalibus restituendis.*

Iura patronorum perduntur per restitutionem natalium, & per impetrationem annulorum. De hoc dixi, ff. sub propriis titulis, pag. 140. & seq.

IX. *Qui admitti ad bonorum possessionem possunt: & intra quod tempus.*

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 121.

X. *Quando non petentium partes petentibus accrescant.*

Quia vnus ex his, quibus bonorum possessio defertur, quandoque excluditur, & accrescit aliis: ideo de hoc dixi ff. eod. tit. pag. 119.

XI. *De bonorum possessione secundum tabulas.*
De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 125.

XII. *De bonorum possessione contra tabul. quam prætor liberis pollicetur.*

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 121.

XIII. *De bonorum possessione contra tabulas liberti, qua patronis libi visque eorum datur.*

De materia huius tituli diximus satis ff. de bo. lib. pag. 128.

XIV. *Vnde liberi.*

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 129.

XV. *Vnde legitimi, & vnde cognati.*

De hoc ff. eod. tit. & vnde cog. dixi, pag. 130. & dicitur infra, De legit. hæred.

XVI. *De successorio edito.*

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 131.

XVII. *De Carboniano edito.*

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 124.

XVIII. *Vnde vir, & uxor.*

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 132.

XIX. *De repudianda bonorum possessione.*

Illi cui delata est bonorum possessio, si maior est xxv. an. poterit repudiare: minor autem non, nisi tutore autore. ff. de succ. edi. l. j. §. vnusquisque & §. tutor. & de bono. poss. l. tutor. Et poterit repudiari tunc demum bonorum possessio, quando non est decreta, vel agnita. Nam nec hæreditas repudiatur postea quàm agnita est, vt infra de repu. hære. l. sicut. & ff. de suc. edi. l. j. §. decretalis. Vno tamen capite repudiato, postea succedere per aliud potest: vt de succ. edi. dixi, pag. 131.

XX. *De collationibus.*

De hoc dixi ff. de colla. bo. pag. 122.

XXI. *De testamento militis.*

Post successiones prætorias ponit ciuiles: & primo digniores, scilicet ex testamento militis. De hoc dixi ff. de mili. testa. pag. 103.

XXII. *Qui testamenta facere possunt, vel non.*

De hoc dixi ff. de testa. pag. 98. & Inst. quib. non est permitt. fac. testa.

XXIII. *De testamentis, & quemadmodum testamenta ordinantur.*

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 98.

XXIV. *De hæredibus instituendis, & qua persona institui non possunt.*

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 100.

XXV. *De institutionibus, & substitutionibus, & restitutionibus sub conditione factis.*

Nunc de Institutione conditionali, & de conditione in restitutione fideicommissaria, & in substitutione apposita. De hoc dixi ff. de cond. inst. pag. 100. & de cond. & demon. pag. 115.

XXVI. *De impuberum, & alius substitutionibus.*

De hoc dixi ff. de vulg. & pupil. subst. pag. 101.

XXVII. *De necessariis seruis hæredibus instituendis, vel substituendis.*

Necessarius hæres seruus à domino institutus, qui idco sic appellatur, quia siue velit, siue nolit, omnino post mortem testatoris proinus liber, & necessarius hæres est, etiam ignorans:

vt

vt Inst. de hære. inst. in princ. Fit autem hæres necessarius domino. Item & filio impuberi, cui pupillariter substitutus est. ff. de vulg. subst. l. sed & si plures. §. quos. siue in vno gradu libertas: & hæreditas, siue in vno libertas, & in alio hereditas relinquitur: vel in vno testamento, vel codicillis libertas, & in alio hereditas: vt j. eod. l. iij. & v.

XXVIII. *De liberis præteritis, & exhereditis.*

Præterire, est omittere aliquem eo nõ instituto, vel exhereditato: vt Inst. eod. in princ. dixi ff. de liber. & posthu. Exhereditare est filium constimere alienum à substantia vel hereditate sua: siue dicat exhæres, siue dicat alienus à mea substantia esto: vt j. eod. l. si quis.

Exhereditare.

XXIX. *De posthumis hæredibus instituendis, vel exheredandis, vel præteritis.*

De hoc dixi ff. de liber. & posthu. Fit autem posthumus quinque modis, vt dicit gl. hic super rubr.

XXX. *De iure deliberandi, & adeunda vel acquirenda hereditate.*

De iure deliberandi dicit lex, quod cum antiquioribus. & l. si. & de adeunda hereditate, scilicet ab extraneo. Sui dicuntur se immiscere. Inst. de hære. qua. & diff. §. extraneis. Et de acquirenda à quocunque, scilicet vel suo vel extraneo: de hoc dixi, ff. eo. & de acquir. hæred.

Sui.

XXXI. *De repudianda, vel abstinenda hereditate.*

Repudiare hereditatem, est nolle eam habere: sicut Adire, est velle eam habere. Hinc est quod ille demum repudiat, qui potest eam adire. ff. de reg. iur. l. eius est nolle. & ff. eod. l. ij. & l. is qui hæres & ibi dixi de hoc.

XXXII. *Quemadmodum testamenta aperiuntur, inspiciantur & describantur.*

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 105.

XXXIII. *De edito diui Adriani tollendo, & quemadmodum scripti hæredes in possessionem mittantur.*

Adita hereditate, restat vt hæres mittatur in possessionem rerum hereditariarum. Et super tali missione tractabat editum diui Adriani, iniquè tamè: vnde ponit hoc, non de seruado, sed tollendo. Dicebat enim, si scriptus hæres postulare se mitti in possessionem: non aliter fieret missio, nisi Reip. daretur tricesima pars hereditatis: & multa erant interpretationes, & distinctiones

Edictum diui Adriani.

circa edictū facta: hodie ergo sublato edicto fit missio in pō-
terum hæreditariarum: sub distinctione tamen. l. fi. j. cod. titu.

xxxiv. *Si quis aliquem testari prohibuerit aut coegerit.*

De hoc dixi ff. cod. tit. pag. 106.

xxxv. *De his quibus ut indignis auferantur hæditates:*

Et ad senatusconsultum Syllanianum.

De hoc dixi ff. in propriis tit. pag. 106.

xxxvi. *De codicillis.*

De hoc dixi ff. de iure codicil. pag. 107.

xxxvii. *De legatis.*

De hoc dixi in ff. in tribus lib. cod. tit. pag. 107.

xxxviii. *De verborum, et rerum significatione.*

De hoc satis ff. cod. tit. dixi, pag. 223, hic autem specialiter
interpretationes quarundam rerum ad legata pertinentium
exponuntur, de quibus infra.

xxxix. *Si omisa causa testamenti.*

De hoc dixi ff. si quis omis. caus. testa. pag. 105.

xl. *De indicta viduitate, et lege Julia*

Miscella tollenda.

In legando sæpè viduitas indicebatur: putà mulieri, vel mas-
culo lego x. ne nubat, nisi arbitrato illius. Et de hac loqueba-
tur lex Julia Miscella, idè de ea ponit non corroboranda, sed
tollenda: quia iniquitatem continebat: & hodie remittitur cō-
ditio, ut pote publicæ utilitati contraria: ut ff. de cond. & de-
monst. l. non adiecta. Et dicitur Miscella fortè, quia Miscellio-
nes appellantur, quæ non sunt certæ sententiæ, sed variorum
mistorumque iudiciorum sunt, secundum Festum. Hinc lex
Miscella, quæ in nubendo propriam sententiam & iudicium
denegavit: & incertam, aut variam, seu mistam alterius vo-
luntatem sequi debere voluit. de hoc in l. ambiguitates, in-
fra eod.

xli. *De his qua pœna nomine in testamento, vel
codicillis relinquuntur.*

De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 114.

xlii. *De fideicommissis.*

Secundum antiqua iura in multis differebant fideicommissa
à legatis: idè separatim de hoc dixi ff. de leg. iij. pag. 108. &
ff. ad Trebel. pag. 117.

xliii. *Communia de legatis et fideicommissis, et
de in rem missione tollenda.*

Hodie fraternant legata & fideicommissa, ut dixi ff. de le-
g. iij. de

ij. de in rem missione, & de eius multiplice tractatu superua-
tancum est dicere, cum sublato sit omnino. Nam is cui re-
lictum est purè & in specie, si fuerit res testatoris, ab adita hæ-
reditate rem poterit vendicare: si fuerit res aliena, per se nali-
ter poterit agere.

*Legata.
Fideicom-
missa.*

xlii. *Si falsa causa adiecta in legato, et fidei-
commissio fuerit.*

De hoc dixi ff. de cond. & demonstrat. pag. 115.

xlv. *De his qua sub modo legata, vel fideicommissa
relinquuntur.*

Modus ascriptus in legatis vel fideicom. pro conditione ha-
betur: quia utroque non impleto priuatur legatarius legato: ut
j. cod. l. j. de hoc ff. de cond. & demon. dixi, pag. 115.

xlvi. *De conditionibus incertis tam in legatis, quam
fideicommissis, et libertatibus.*

De hoc dixi ff. de cond. & demonst. pag. 115.

xlvii. *De usuris et fructibus legatorum, et fidei-
commissorum.*

De reb. legatis principaliter dixit, nunc de accessoriis ea-
rum. Licet autem aliàs in actione, quæ stricti iuris est, usuræ
non veniunt, s. de cond. indebl. l. j. In actione tamen ex testa-
mento, & fructus, & etiam usuræ veniunt: cōparatur enim iu-
diciis bonæ fidei: ut s. quibus ex cau. in integ. rest. non est no. l.
minorum. Vnde sicut in illis ex qualibet mora veniunt usuræ,
ita & in hac: hoc est, ex tempore interpellationis, cum hæres
nullam iustam causam prætendat non faciendæ solutionis: ut
j. cod. l. j.

*Actio ex
testamē-
to.*

xlviii. *Ad senatusconsultum Trebellianum, et de in-
certis personis.*

De prima parte dixi ff. cod. tit. pag. 117. De incertis autem
personis dicitur Inst. de lega. §. incertis. gl. in l. j. C. de sacro-
sanct. eccl. Cyn. & Doct. in l. id quod pauperibus, C. de episc. &
cl. ubi habes quæ dicantur incertæ personæ.

xlix. *Ad legem Falcidiam.*

De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 116.

l. *De caducis tollendis.*

Olim sæpè legata non solum defalcabantur, id est, diminue-
bantur, sed etiam quandoque fiebant caduca, id est, omnino
inutilia. Et dicitur Caducum, quod deficit post mortem testa-
toris quacunque ratione: ut j. co. l. j. §. & cum triplici. olim ta-
men deficiebat quibusdam rationibus: quibus hodie deficit:

Caducis.

nā si hereditas vel legatū. Nec enim cedebat dies legati, vel hereditatis nisi ab apertura tabularū: nec ante poterat adiri hereditas, nisi quā esset suus heres, vel institutus in solidū: vt s. de iure do. l. si fratris. & ff. de iure & fact. ign. l. j. §. vlt. Hodie verō quādocūq; post mortē adiri potest hereditas, sint vel nō sint apertæ tabulæ: vnde & dies legatorū cedit à morte testatoris, nō ab adita hereditate: vt ff. eo. l. j. §. cum igitur. Aliquando legatum à principio est pro non scripto, vel postea est in causa caduci in vita testatoris: vel post mortem in aliqua ratione deficiebat: & id postremum aperta voce dicebatur Caducum, vt suprā dixi. Pro non scripto est, quod relinquitur ei, qui non est in rerum natura tempore testamenti. In causa caduci est quod relinquitur ei, qui est in rerum natura tempore testamenti: sed postea decedit viuente testatore: vel deficit legati conditio viuente testatore. Et de his tribus modis caduci tractat hic titulus.

Pro non scripta.

In causa caduci.

LI. De his qui ante apertas tabulas hereditatem transmittunt.

Ponit quasdam personas, in quibus relicta non sunt caduca: scilicet in personis liberorum. Tales enim etiam si ante apertas tabulas, vel ante aditam hereditatem decedant, nihilominus transmittunt ad successores: vt s. tit. prox. §. in nouissimo. Hinc Iuuenalis de quodam qui filios obtrunxit: Legatum omne capis, (inquit) nec non & dulce caducum.

LII. Quando dies legati, vel fideicommissi cedit.

De duplici cessione hic dicit, scilicet quando peti possit: vt infrā eo. l. j. & ex quo tempore transmittitur. De hoc suprā, de caduc. col. dixi, ff. eo tit. pag. 118.

LIII. Vt in possessionem legatorum vel fideicommissorum seruandorum causa mittatur, & quando satisfari debeat.

De hoc dixi ff. eodem tit. & in tit. vt legat. & fide. no. cau. pag. 119.

LIV. De suis & legitimis liberis, & ex filia nepotibus ab intestato venientibus.

De hoc dixi ff. eodem tit. pag. 134.

LV. Ad Senatusconsultum Tertullianum.

De hoc ff. cod. tit. dixi pag. 134.

LVI. Ad Senatusconsultum Orficianum.

De hoc dixi ff. ad Tertul. pag. 134.

De

LVII. De legitimis heredibus.

Nunc de collateralibus, siue ex latere descendentibus, de hoc dixi ff. vnde agnat. pag. 130.

LVIII. Communia de successioneibus.

Post successionem ab intestato & ex testamento succedentium, ponit quasdam communia earum successioneum, que sunt ab intestato: qualis est illa j. cod. l. Seruius successores habere non potest. Item illa, Affinitatis iurē nulla successio permittitur. Vnde vitricus non succedit priuigno, nec econtra j. cod. l. vitricus. & l. affinitatis. Item illa, Antequam scriptus heres repudiet hereditatem, vel aliqua ratione amittat facultatem querendi eam in testamento, nemo succedit. ff. de reg. iur. l. quando. & infrā eodem. l. antequam. Item illa infrā eodem. Nutritoribus hoc nomine nec civili nec honorario iurē defertur hereditas. Item illa. Quæ prior est in gradu, prior est in successione. infrā. cod. l. auunculo. de qua Instit. de serui cog. §. repetitis.

LIX. De bonis maternis.

Incipit tractate quid iuris nobis competat in bonis viuentium: vel qua specialia quasdam seruantur in successione delata filiis à linea materna: ideò de ea successione specialiter dicit. Nam non quaritur patri sicut alia successiones ei delatæ secundum hæc tempora ante Iustinianum: vt dicit hic gl.

Bona materna.

LX. De bonis qua liberis in potestate constitutis ex matris, vel aliter acquiruntur, & eorum administratione.

Generalior est iste titulus quàm superior de delatis à linea materna: hic generaliter de delatis vadeūque veniant vel ex quacunque causa obuentionia: & de administratione, partim in talibus competente. de hoc Instit. per quas personas nob. acquir. §. j. & ff. de vsu. l. cum fideicommissi. §. cum Pollidius. Nam distinguitur inter castrense, & quau. De hoc dixi suprā de castrensi pec.

LXI. De hereditatibus decurionum, nauticulariorum, cohortalium, militum, & fabricensium.

Licet iure communi deficiente omni cognatione primū coniunx, deinde fiscus succedat: nisi in casu, vt suprā, vnde vir & vxor. l. j. & de secun. nupt. l. j. hic tamen post coniugem non venit fiscus: sed hi, de quorum corpore, vel collegio fuerat is, qui deceffit: siue erat Nauticularius: vt j. eo l. j. Et dicitur Nauticularij qui habent societate in nauib. faciendis, & reparandis, vel

Nauticularius.

*Cohortalis.
Fabri-
sis.*

qui in nauibus blada ducunt, qui priuilegia habent multa. ff. de iur. immu. l. semper. §. negotiatores. Siue erat Cohortalis, siue Curialis: vt j. eo. l. iij. Siue erat Fabricensis, qui erant deputati armis faciendis, & reparandis, & vendendis: & isti etiam deputati dicebantur: vt in Authen. de arb. Et habet ista locum quando inter filium & Corpus erant controuerfiæ: puta quia vxor non supererat, vel repudauerat: sitamen superesset vxor, omnibus præferretur, infra de bon. vac. l. j.

LIBER VII.

Tit. 1. De vindicta libertate, & apud conciliuum manumissione.

Coniuñtio Et, in hoc titulo ponitur expositiuè pro, id est. De hoc dixi ff. de manumif. vind. pag. 138.

II. De testamentaria manumissione.

De hoc dixi ff. cod. pag. 139.

III. De lege Fusia Canina tollenda.

Ista lex impedebat liberatas: quia ea cautum erat neminem in testamento suo totam familiam, vel ultra certum numerum manumittere posse: sed inter viuos bene poterat manumittere omnes seruos, hodie quod conceditur, inter viuos conceditur, multò magis in vltima voluntate, infra eodem, & Institutur, eodem.

IV. De fideicommissariis libertatibus.

De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 139.

V. De dedititia libertate tollenda.

*Dedititia.
ij.*

Dedititij erant, qui sine conditione dedebant se Romanis: & quandiu viuebant, serui erant: post mortem verò, in libertatem eripiebantur: vt Institut. de lib. §. si. Et ideo non dicebantur serui: quia successionem habent, & omnino libertatem superabant: vel verius liberi erant, sed seruire tenebantur. Sicut & alias infra, com. de manum. l. j. §. sin autem.

VI. De Latina libertate tollenda, & per certos modos in ciuitatem Romanam transfusa.

Latini.

Et hæc Latina libertas tollitur. Et dicuntur Latini, qui toto tempore vitæ suæ erant liberi, sed in morte eripiebantur in seruitutem: & sic non habent hæredem, vt Institut. de success. l. j. §. si. Et sunt hic xij. vel xiiij. casus in quibus olim fiebant Latini: hodie autem per legem istam sunt ciues Romani & verè liberi.

beri. In omnibus autem exceptis tribus seruatur ius patronatus illæsum.

VII. De seruo communi manumisso.

Olim non poserat vnus ex dominis seruum manumittere, imò pars manumittentis accrescebat socio: vt Institut. de don. §. erat. Hodie autè licet vni dominorum manumittere seruum communem, & inter viuos, & in vltima voluntate: vt j. eo. l. j. j. respon.

*Comunis
seruus
manu-
missus.*

VIII. De seruo pignori dato manumisso.

Seruus pignori datus, si est obligatus generaliter, puta obligauit omnia bona sua, siue expressim sit obligatus, siue tacite, potest manumitti: nisi sit à creditore præclusus loco pignoris: vel si is debitor manumittat in fraudem creditoris, cum sciat se non esse soluendo: vt j. eo. l. ij. & iij. ff. ex quibus caus. pig. ta. cont. l. pen. Si seruus est specialiter obligatus, non potest manumitti, nisi volente creditore: sed tamen ipse manumissor reuocare manumissionem non potest, infra l. iij. & iij.

*Seruus
pignori
datus.*

IX. De seruis Reipub. manumittendis.

Seruus Reipub. Romanorum, vel cuiuscunque ciuitatis aut vniuersitatis potest manumitti, dummodo alium seruum vice vel loco sui det Reipu. Et talis manumissio non mutatur: licet is fugerit quem pro se dederat: nisi aliquis titulus interuenierit iure communi, id est, causa propter quam reuocetur in seruitutem solitis modis, infra eod. l. j. ij. & iij.

*Serui
Reipu.*

X. De his qui à non domino manumissi sunt.

Qui non est dominus, nullatenus potest manumittere: ad eò nec tutor, vel curator, vel etiam pater eius, qui dominus est serui, manumittere possunt. ff. de manum. l. seruus, & j. eod. l. si pater. Ita nec procurator domini manumittit, nisi in casu infra. com. de manum. l. j. §. vlti.

*Nò domi-
ni nò ma-
numit-
tunt.*

XI. Qui manumittere non possunt: & ne in fraudem creditorum.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 140.

XII. Qui non possunt ad libertatem peruenire.

De hoc dixi ff. eod. quib. ad libert. procla. non licet, pa. 142.

XIII. Ex quibus causis serui pro præmis libertatem accipiunt.

Serui quandoq; fiunt liberi per beneficium legis, & iudicis sententiæ, & suam strenuitatè: vt sunt serui qui detulerunt virginum raptores, monetæ falsatores, militiæ desertores, dominorum propriorum interfectores. His enim quatuor casibus per sententiâ Præsidis libertate donandi sunt: vt tamen istorum

seruorum domini pretium, à fisco percipiant, infra eod. l. ij. & iij. infra, vnde vi. l. meminerint.

xiv. *De ingenuis manumissis.*

Ille qui est ingenuus, propter manumissionem non amittit suam ingenuitatem: Instit. de ingen. §. vlt. olim tamen ingenuus manumissus intra quinqueannium poterat se in ingenuitatem repetere: sed hodie perpetuo vsque ad finem seculi poterit: vt supra, vbi caus. stat. agi de. l. vlt.

xv. *Communio de manumissionibus.*

Commune est omnium manumissionum: quia omnis manumissio est datio libertatis. Inst. de lib. in prin. Item per quemcumque modum processerit, contingit libertas. Item in ætate manumissi nulla est differentia: nec in ætate manumittentis, Inst. de lib. §. vlt. & j. eod. l. ij. dummodo sit maior xx. ann. Item omnis manumissio potest fieri à domino vel domina, vel eius liberis cuiuscunque gradus, vel sexus, vel suis, vel emancipatis. vt infra eod. l. j. §. vlti.

xvi. *De liberali causa.*

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 141.

xvii.

De assertione tollenda.

Assertores.

Liberalis causa olim per quosdam qui Assertores dicebantur (eo quod assertebant eum liberum. qui dicebatur seruus) exercebatur; quod quia vanum & frivolum erat, idè tractat de ea non ponenda, sed tollenda. Et statuitur vt liberalem causam quis per se, vel procuratorem agat.

xviii.

Quibus ad libertatem proclamare non licet & de rebus eorum, qui ad libertatem proclamare prohibentur.

De prima parte dixi ff. eo. tit. pag. 140. De rebus autem eorum, qui ad libertatem proclamare prohibentur, serua distinctionem l. vlt. j. cod.

xix.

De ordine cognitionum.

Ordo cognoscendarum quas.

Quia cū questione status concurrat quandoque alia questio, & dicitur abatur, de qua prius sit cognoscendum, vel pronuntiandum, idè ponit de ordine cognitionum scilicet liberalium tantum: de hoc Inst. de act. §. p. iudiciales. Sed supra de ordine iudiciorum generalior traditur doctrina, de ordine causarum omnium liberalium, & non liberalium: hic autem titulus specialis est, propter libertatis quæreas inductus,

xx.

De collusione detegenda.

De hoc dixi ff. tit. pag. 143.

xxi. *Ne de statu defunctorum post quinquennium queratur.*

De hoc dixi ff. cod. tit. pag. 142.

xxii. *De longi temporis præscriptione, qua pro libertate, & non aduersus libertatem opponitur.*

De præscriptione, quæ tuetur statum defuncti dixit: nunc de Libertate quæ statum viui tuetur. Si igitur quis fuerit in possessione *is præ* libertatis per xx. ann. & sine interpellatione, amodè conuerscriptio. niri non potest: vt infra per totum.

xxiii. *De peculio eius, qui libertatem meruit.*

Dixi de persona patiente questionem status: nunc de eius Pecunia peculio ponit scilicet viui. Manumisso enim inter viuos videtur concessum esse peculium hoc ipso, quod non admittitur, nisi in quibus casibus manumissio facta inter viuos perinde habetur, ac si facta esset in codicillis: vt §. de Lat. l. tol. §. sancimus, & §. sed & si quis. Si autem quis manumittitur in vltima voluntate, remanet peculium penes successores manumittentis: nisi specialiter fuerit datum manumisso.

xxiv. *De senatusconsulto Claudiano tollendo.*

Senatusconsultum Claudianum loquebatur contra libertatem, idè tollendum fuit: erat enim olim per vniuersitatem miserabilis acquisitio & miserabilior libertatis amissio ex senatusconsulto. Claud. Mulier enim libera seruili amore capta, si ei denuntiatum fuerat à domino, ne commiseretur seruo suo, & iudex super eo admonisset eam, nec ipsa acquiesceret, suam substantiam perdebat, & libertatem amittebat, & fiebat ancilla domini denuntiantis: j. l. j. & Inst. eod. tit.

Claudianum senatusconsultum.

xxv. *De nudo iure Quiritium tollendo.*

Sicut triplex distinctio erat in libertate, vt dixi §. de dedi. Nudum lib. & de lat. lib. tol. l. ita & in seruis, vt in quibusdam plenum, in quibusdam semiplenum, in quibusdam nudum, id est sine alio iure. Quiritium. qua vtilitate, haberet dominium: quod tollit hæc lex, & omnes sunt plene domini: vt hic in fi. & Inst. de iur. perso. in fi.

xxvi. *De usucapione pro emptore, vel transactione.*

Explicite tractatu de iure agendi quod proditum est ad impugandum: nunc de iure quod competit ad defendendum. Sed quia reus se defendit per exceptionem, siue longi aut longissimi temporis præscriptionem, & per usucapionem, quæ & ipsa qualem qualem & de facto parit exceptionem, vt §. de iur. do. l. in reb.

Præscriptio. Usucapio.

in rebus. Sed quia vsucapio dignior est, & favorabilior prescriptione, ideo primò de ea. De materia huius tit. dixi ff. eod. tit. pag. 145.

xxvii. De vsucapione pro donato.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 147.

xxviii. De vsucapione pro dote.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 184.

xxix. De vsucapione pro herede.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 146.

xxx. Communia de vsucapionibus.

Vsucapio num com munia. Vsucapionum communia hæc sunt, scilicet quòd quis pro suo possideat: nam qui ex conducto possidet, quamvis corporaliter teneat, non tamen sibi, sed domino rei creditur possidere: neque enim colonò vel conductòri longè possessionis præscriptio quarritur, j. eod. l. j. Item vt bona fides adsit, alioquin non procedit, j. eod. l. vlt. Item vt res non sit vitiosa, j. eodem l. penult. &c.

xxxi. De vsucapione transformanda, & de sublata rerum differentia mancipi, & nec mancipi.

Nec mancipi. Mancipi. Mancipis.

Ex diuersitate locorum diuersa iura in vsucapionem statuebantur: vt pote cum res mobiles in prouincia non poterant vsucapi, & deò dicebantur, Nec mancipi. In Italia verò præscribebantur res solo biennio, & ideo dicebantur Mancipi, quia poterant vsucapi. Mancipis autem dicuntur alias conductores salis, vt 3. de vect. & commis. l. si quis. Res autem mobiles anno vbique vno vsucapiebantur: hodie autem visum est nouam vsucapioni formam tribuere: vt sic dicamus, De vsucapione transformanda, & de sublata rerum diff. man. & nec man. id est, idem ius est Italicarum & prouincialium vsucapionum quantum ad tempus, & quantum ad dominij translationem: vt infra eod. in princ. l. & in fi. & Inst. eod. in prin.

xxxii. De acquirenda & retinenda possessione.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 144.

xxxiii. De prescriptione longi temporis decem vel viginti annorum.

Ex possessione cum tit. prouenit præscriptio, ideo de ea. Et tractatur hic de prescriptione rerum immobilium, & incorporearum. Sed quia in eis nedù longissimum, sed & longa præscriptio sibi vendicat locum. Quid sit præscriptio, dixi ff. de excep. seu præscr. pag. 170. de materia huius tit. ponitur Inst. de vsucap. §. j.

xxxiv. In quibus causis cessat longi temporis præscriptio.

Quando locum habet præscriptio longi temporis, supra posuit: nunc quando cessat. Et quidem cessat propter personam eius, cuius est res: vt olim si fuerat pupillus, vel hodie etiam si fuerit adultus, minor tamen xxv. ann. 3. In quibus cau. in integ. rest. non est ne. l. vlt. præscriptio autem xxx. ann. bene currit in minori, nisi sit impubes, licet possit restitui, j. de præscript. xxx. ann. l. sicut. Sed etiam præscriptio quinquennalis, quæ tuetur statum defuncti, currit minori, nec restituitur, 3. Ne de stat. defun. l. si mater. Item in dote cauta & non numerata quandoque currit minori & restituitur, quandoq; non, supra De temp. in inte. rest. auth. si minor. Item cessat præscriptio propter qualitatem rei, vt si fuerit sacrosancta, publica, pop. Rom. & ciuitatis, ff. de vsucap. l. vsucapio. Idem in omnib. rebus vitiosis vel quas. Idem in rebus mobilibus, j. eod. l. ij. Item cessat propter causam vt si quis non possideat, vel mala fide possideat. Item in omnibus actionibus personalibus, in fra titulo proximo. l. neque. Item in omnibus mistis actionibus, infra eod. l. vnus: nisi in hæreditatis petitione, cum excedit terminos suos: vt supra de vsucap. pro empt. notatur.

xxxv. Quibus non obicitur longi temporis præscriptio.

Quandoque etiam verè cucurrerit præscriptio, tamen effectu caret: hoc autem accidit propter iustam & probabilem & necessariam absentiam personæ quæ petit restitutionem eius temporis, quod in vsucapione occurrit se absente. Et seruatur hæc in militibus, & vxoribus militum, in expeditione occupatis, & in medicis, & in absentibus Reipub. causa, vel in captis ab hostibus, & postliminiò reuersis, vel in absentibus fortuito casu, infra eod. l. ij. iij. & iij.

xxxvi. Si aduersus creditorem.

Qualiter præscribatur rei vindicationi gratia dominij competentis, dictum est: nunc qualiter præscribatur actioni in rem competenti gratia iuris quod quis habet in re: puta creditor habet hypothecariam actionem, quomodo contra talem præscribatur. Nam diuturnum creditoris silentium, id est, decem annorù inter præsentem, & xx. inter absentes, inefficacem quo ad effectum actionem pignoris persequendi constituit. j. eo. l. j.

xxxvii. De quadriennij præscriptione.

De prescriptione quæ tuetur emptorem dixit: nunc de ea, quæ venditorem, scilicet fideam qui rem alienam vendit vt supra, & de

Præscriptio quæ do cessat.

Præscriptio contra actionem in re.

& de ea quæ datur aduersus eum. Et habet locum quadriennij præscriptio in bonis vacantibus, facta computatione quadriennij ex quo cœperunt esse bona vacantia: & denuntiatiu est fisco bona esse vacantia, &c. de hoc ff. de diuers. & tempor. præscript. l. intra. §. quadriennij. & de iur. fisc. l. j. §. diuus. & Institut. de vsucapio. §. res.

xxxvii. Ne rei dominica, vel templorum vendicatio, temporis exceptione submoueat.

Non solum in prædictis causis cessat præscriptio longi temporis, sed etiam in aliis, puta si res sit dominica, id est, principis: vel etiam Reip. vel templorum: italium enim res mobiles vel immobiles nulla alienationis specie obstante, nulla longi temporis præscrip. officiente & omni temporis definitione submotâ principi, vel templo, vel Reipub. debent restitui, infra cod. l. j. ij. liij.

xxxix. De præscriptione xxx. vel xl. annorum.

Locum habet præscriptio xxx. ann. cum præscriptio longi temporis cessat: quod accidit propter multa & varia. de quib. dixi supra in quib. caus. cess. long. temp. præscri. hæc enim præscriptio non respicit vitia rerum & personarum.

xl. De annali exceptione Italici contractus tollenda: & de diuersis temporibus, & exceptionibus, & præscriptionibus, & interruptionibus earum.

Quia olim in Italico contractu, & actionibus ex eo cœperentibus, annalis quædam exceptio obseruabatur: ideo de ea. Et quia circa eam nimix difficultates erant, ponit de ea tollenda: vitis enim erat annus, & quidam eum extendebant in decennium, alij in quinquennium, §. eod. l. j. §. respon. Põnit etiam de diuersis temporib. & exceptionib. & præscriptionib. de quibus dixi ff. de except. & præscrip. & ff. de diuer. & temp. præscrip. pag. 170. & 171.

xli. De alluuiis, & pascuis, & paludibus ad alium statum translatis.

Alluuiio.

Suprà qualiter res ciuiliuer acquirantur, nunc qualiter naturaliter, vt per alluuiõem. Est autem Alluuiõ latens incrementum, id est, auctio & detractio occulta: nõ ita paulatim adiciitur, vel detrahitur, vt intelligere non possit quantum quoquo momento temporis adiciatur, vel detrahatur, Inst. de re. diui. Spræterea, De paludibus quoque & pascuis ad meliorem statum translatis, idem dicitur, scilicet vt leparim debeant non cen-

seri, sicut nec illud censetur, id est, censum præstabit, quod per alluuiõem ablatum est. §. eod. l. vlt. §. similiter.

xlii. De sententiis præfectorum pratorio.

Alium modum ciuili acquisitionis ponit, scilicet, per sententiam Incipit ergo tractare de officio iudicum, quod præcipuè in pronuntiandis sententiis consistit. Et quia præfecti pratorio maiores sunt cæteris magistratibus & iudicibus, ideo de sententiis eorum, & quæ sint eorum priuilegia in sententiis, & alibi. Triplici enim gaudet priuilegio & tria specialitate lætantur, vt infra hoc tit. videre poteris.

xliii. Quomodo & quando iudex debet ferre sententiam præsentibus partibus, vel vna absente.

Habita plenissimè negotij inquisitione, si quidem vterque, id est, actor & reus fuerint præsentis, quandocunq; intra triennium poterit ferri sententia. l. properandum. §. de iud. vel intra biennium, & sex menses iure Authenticorum, in authen. de liti. §. omne. Si verò neuter eorum fuerit præsens, id est, neque actor, neque reus, nullo tempore fertur sententia. Si verò alteruter eorum fuerit præsens, alter verò absens: si quidem reus tantum est absens, non contrahitur eremodiciu (id est, deseri videtur iudicium) etiam secundum veteres leges, sed potest procedi ad definitiuam sententiam. Actore autem absente, & reo præsentem, contrahitur eremodiciu per l. properandum §. vt per Auth. de liti.

xliii. De sententiis ex periculo recitandis.

Quia sententiæ, sicut & medicinæ, cum periculo dantur & recipiuntur. Multis itaque modis sententia est nulla, puta si iudex recitauerit non sedendo: Item si non legerit scriptam, infra cod. l. j. Item si per alium, & non per se recitauit, infra cod. l. vlt. in princ. Illa tamen quæ desunt sententiæ, possunt per iudicem suppleri eodem die: scilicet quæ pertinent ad consequentiam priorum statutorum, vt de fructibus, & sumptibus, &c. ff. de re iud. l. Paulus.

Sententia nulla.

xlv. De sententiis, & interlocutionibus omnium iudicum.

De hoc dixi ff. de re iudic. & ponit hæc multa vitia propter quæ sententia est nulla.

xlvi. De sententiis quæ sine certa quantitate profertur.

Quia quædoq; fertur sententia, sed tamè super incerta quantitate, ideo de ea, Citare autè semper debet iudex, si possibile est, vt

est, vt certam rei ferat sententiam: vt Inst. de act. §. curare. vbi factis de hoc, & infrà eod. l. hæc sententia.

XLVII. *De sententiis qua pro eo quod interest proferantur.*

Quia incerta sæpè fertur sententia circa interesse, cum non sit iudici expeditum in quantum possit vel debeat extendi interesse: putà cum etiam hodie multi dubitent in quantum protendantur interesse. Est autem interesse aliud commune, aliud conuentum, & aliud singulare. Et dicitur interesse conuentum premium: & de isto non est hæsitatio: quia illud sicut conuentum est, debet præstari, nisi dolus alterius partis intercessisset. Commune interesse est, quod in contractibus & in delictis regulare est vt æstimetur: & in delictis semper, & in contractibus plerunque æstimatur, ff. ad l. Fal. l. pretia & istud præstandum est solidum. Singulare autem interesse est, quod æstimatione singulari petitur, id est, singulare premium rei: de hoc Dyn. in regu. mora. libro vj. & Bar. in lege final. ff. de præto. stip. & Doct. infrà eod. l. j.

XLVIII. *Si à non competentè iudice iudicatum esse dicatur.*

Iudex incompetēs est (licet in eum cōsenserim) plurib. modis: vel quia ipse nullam iurisdictionem habebat: vt §. de iurif. om. iud. l. confensus, vel quia interuenerit error in aduēdo ipsū, vel cōpulsus sum in eū consentire. Item propter diuersitatem rerum, putà datus est ad certas res, & de aliis pronunciat, §. e. l. j.

XLIX. *De pœna iudicis, qui malè iudicauit, vel eius, qui iudicium, vel aduersarium corrumpere curauit.*

Pœna iudicis varia est, secundum qualitatem delicti. Si enim dolo malo iudicauit, verè obligatus est ex maleficio, & tenetur actione in factum, vel de dolo ad omne interesse, & expensas, & ad æstimationem litis. Item fit infamis, §. eo. l. vlt. Si autè pecunia sit data, vel promissa: tunc dati triplum, promissi duplū à comite priuatarū rerū exigitur: & iudex dignitatem vel honorem amittet, & hoc in ciuili causa: nam in criminali bonis omnibus confiscatis mittetur in exilium, in Auth. vt lit. iur. §. qui non accepit, & §. si autem. Sunt & aliæ pœnæ, de quib. Insti. de obli. ex quasi mal. circa prin. & in c. j. de re iud. lib. vj.

L. *Sententiam rescindi non posse.*

Multa custodienda in sententiæ prolatione (suprà dixim), quæ si diligenter fuerint obseruata, vt in hac rubrica cōtinetur, senten

Interesse
Conuentum.
Commune.

Singulare.

sententia non poterit rescindi, vel ab eo qui iudicauit, vel à successore eius, §. eod. l. j. nisi solitis modis, vt per appellationem, per in integrum restitutionem, per supplicationem, &c. Occasione autem omiffæ exceptionis non rescinditur: vt §. eod. l. pen. nisi in casibus quibus licet peremptoriam exceptionem proponere post diffinitiuam, &c.

LI. *De fructibus & litis expensis.*

Regulariter lite contest. fructuum ratio semper est habenda. Et dicitur Fructus, qui est deductis iustis sumptibus. Item præstatur fructus percepti & percipiendi, &c. Litis autem expensæ olim victori non præstabantur à victo, nisi temerè vocasset eum in ius, ff. de iud. l. eum quem temerè. Hodie autem regulare est, vt victus victori condemnetur in expensis, nisi in casibus not. in ca. l. & in cap. calumniam, de pœn.

Fructus.
Expensa
litis.

LII. *De re iudicata.*

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 148.

LIII. *De executione rei iudicata.*

Parum esset sententiam ferri, nisi lata etiam mandaretur executioni. Mandatur autem sententia executioni, quando seruato ordine iudiciario, & causa cognita, conuictō debitore vel confesso, lata est sententia ab eo, qui habet potestatem iudicandi: hoc est à iudice competenti, §. eod. l. j. & l. si vt proponis. Est autem Executor, qui post sententiam, inter partes audita, & discussa omni lite prolatam iudicatæ rei vigorem ad effectum deducere videtur, §. eod. l. pen.

Execu-
tor.

LIV. *De usuris rei iudicata.*

Sæpè contingit pecuniam in sententia deductam elapso legitimo tempore non solui: idè supponit quæ pœna, & quando imponatur non solventibus. Maximis enim usuris subiiciuntur, id est, centesimis, quæ currere incipiunt demum post quatuor menses à tempore sententiæ computandos, si non fuerit appellatum: aut si appelletur, currunt à die confirmationis primæ sententiæ: vt §. eod. l. j. & l. eos. Interim autem, id est, in quadrimestri tempore, nulla omnino currit usura.

Maxime
usura.

LV. *Si plures vna sententia condemnati sunt.*

Qualiter fiat executio contra vnum damnatum dixi: nunc qualiter si sint plures qui vna sententia damnantur: tales enim pro parte debent soluere, & potest ab eis exigi, & contra eos sententia pro virili portione mandari executioni.

LVI. *Quibus res iudicata non nocet.*

Sententia inter alios lata. Regulariter traditur, in ciuili & criminali causa sententiam inter alios latam aliis non nocere, vel in eodem negotio, vel in simili: siue hi qui experti sunt ciuilliter suo nomine contendebant, siue etiam nostro. Sed tamen non precedente vel sequente voluntate nostra, etiam si tales erant quibus licebat agere sine mandato, vt j. eod. l. j. iij. & iijj.

LVII. *Comminationes, epistolae, programmata, subscriptiones, auctoritatem rei iudicatae non habere.*

Programma. Quod per epistolam praeses iussit aliquem soluere pecuniam, effectum non habet sententiae, j. eod. l. j. Item subscriptio sententiam causa cognita latam non reuocat vel rescindit, ff. de re iud. l. quod iussit, & j. eod. l. ea quae & l. iudex. Item praesidis interlocutio apud acta signata de duplo, vel quadruplo praestando, nisi debitor satisfaciat, voluntas est potius comminantis, quam sententia iudicantis: neque enim omnis vox iudicis iudicati continet auctoritatem. j. eod. l. interlocutio. Item programma non habet vim rei iudicatae, j. eod. leg. programma. Est autem Programma procedens scriptura vt dicunt, id est, quae per plures prouincias & loca destinatur. Vel est Programma, cum idem diuersis traditur libellis, quasi procedens grammata, id est, litera: sic enim plerumque in corpore Auth. ponitur: vel secundum Io. vt differat ab epistola, est programma, scriptura publicè in albo proposita. j. l. ij.

LVI II. *Si ex falsis instrumentis vel testimoniis iudicatum erit.*

Sicut sententia propter omissam solennitatem reuocatur, vt s. tit. prox. ita & propter adiunctam falsitatem: vt hic,

LIX. *De confessis.*

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 149.

LX. *Res inter alios acta aliis non nocet.*

Hic tit. loquitur de iudicatis, & actis extra iudicium. Sed s. quibus res iud. non noc. loquitur de iudicatis tantum: & quae ibi dicuntur, hic potes repetere. Tradit enim haec rubrica vnam regulam contrariam siue casualem: de hoc in cap. pen. extra de re iud.

LXI. *De relationibus.*

Quia iudex quandoque dubitans, causam ipsam ante sententiam vel post refert ad principem, vel ad alium consilij causa: ideo de relationibus ponit. de hoc dixi ff. de appel. pag. 297.

De

LXII. *De appellationibus, & consultationibus.*

Consultatio. Quia sententia lata fiunt appellationes & consultationes: ideo de his subiungit. De appel. dixi ff. eo. tit. Consultatio autem in hoc differt a relatione: quia aut iudex refert negotium ad superiorem, vel ad imperatorem, vt instruat ab eo, qualiter in tali causa debeat iudicare, & petit instrui super facti qualitate, scilicet vt ea principi notificata rescribat, quid super ea debeat praesumi, & talis dicitur Consultatio. Aliquando iudex causam refert superiori, quia vult euitare onus iudicandi, & ista proprie dicitur Relatio: de qua s. tit. prox.

Relatio.

LXIII. *De temporibus, & reparationibus appellationum, seu consultationum.*

Quando & qualiter fiat appellatio, dixi: nunc intra quae tempora exercetur. de hoc dixi ff. quando & intra quae temp. appel. sit. hoc addito, quod hodie vnus tantum fatalis est dies, id est, annus vnicus, intra quem debet appellator exequi appellationem secundum se, id est, cum ipse solus est in iudicio: communiterve, id est, cum est in iudicio cum altera parte: aut si iusta causa intercesserit, alius annus indulgetur, & ita erit secundus fatalis: quo transacto, lite non completa rata manet sententia: vt in Auth. de his qui ingre. ad appel. col. v. de hoc in c. cum sit Romana, de appel.

LXIV. *Quando prouocare non est necesse.*

De hoc dixi ff. quae sen. sine appel. rescind.

LXV. *Quorum appellationes recipiuntur.*

De hoc dixi ff. a quibus appel. non li. & de appel. reci. vel non.

LXVI. *Si pendente appellatione mors interueniat.*

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 213.

LXVII. *De his qui per metum iudicis non appellauerunt.*

Supra dixi, quando appellatione facta non examinatur, hic e contra, quando non facta habetur pro facta, & examinatur, puta si quis per metum non appellauerit: intellige quod fuerit iustus metus, & talis qui in constantem cadere potuit. de hoc j. eo. l. vit. & ff. de regul. iur. l. in omnibus. & de appel. l. cam quidam. de appel. rec. l. antepen.

LXVIII. *Si vnus ex pluribus appellauerit.*

Docuimus s. quomodo appellatio appellati proficit: nunc exponamus, quomodo per appellationem etiam alij non appellanti

*Appellatio
vnius
prodest
alteri.*

appellatio facta proficiat. Nam si in vna eademque causa vnus appellauerit, eò quòd ista appellatio pronuntiatà est, ei quoque prodest, qui non appellauerit, j. cod. l. si vna. de hoc in cap. vna sententia, extra de appel.

LXIX. Si de momentanea possessione appellatum fuerit.

Quàdo appellatio reiiciatur propter authoritatem iudicis, dictum est: nunc audi quando reiiciatur propter vtilitatem ipsius rei de qua lis est: putà si feratur super momentanea possessione, vbi appellatio non admittatur, fortè quia expectatur plenius examinari negotium in causa proprietatis. Est autem Possessio momentanea, si agatur de possessione retinenda per interdictum Vti possid. vel Vtrobique: vel adipiscendæ per interdictum Quorum bonorum, vel Quorum legatorum: vel recuperandi per interdictum Vnde vi. Est enim apta durare per momentum penes eum qui vicit. Si enim ille qui succubuit incontinenti probat de proprietate, statim eam recuperabit per sententiam. de hoc in cap. j. de cau. posses. & proprie.

LXX. Ne liceat in vna eademque causa tertio provocare: nec post duas sententias iudicum, quas definitio praefectorum roborauerit, eos retractare.

*Quosio
appellandum.*

A sententia appellatur regulariter semel & secundo: Sed tertio non, vt dicit. Et quod dicit, Eademque causa: impropiè dicit, vt patet ff. de inoffi. test. l. circa. & not. suprà de procu. l. ita demum. Sed propter identitatem litigatorum, & rei de qua queritur, dicitur causa appellationis eadem esse cum principali.

LXXI. Qui bonis cedere possint.

De hoc dixi ff. cod. tit. pag. 150.

LXXII. De bonis auctoritate iudicis possidendis, seu venundandis, & de separationibus bonorum.

De hoc dixi ff. sub propriis tit. pag. 151.

LXXIII. De privilegio fisci.

De hoc dixi ff. de iure fisci. sunt & alia multa privilegia que hoc tit. colligi possunt.

LXXIV. De privilegio dotis.

Non solum fiscus, sed etiam mulier pro dote privilegium habet. Et nota quòd hic titulus dicit de privilegio quod habet inter personales actiones. Sed de eo quod habet circa hypothecariam, dicitur j. qui pot. in pig. l. fin.

De

LXXV.

De reuocandis his, que in fraudem creditorum fiunt.

De hoc dixi ff. de his que in frau. cred. pag. 153.

LIBER VIII.

Tit. I. De interdictis.

DE hoc dixi ff. cod. tit. pag. 153.

II. Quorum bonorum.

De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 155.

III. Quorum legatorum.

De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 156.

IV. Vnde vi.

De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 166.

V. Si per vim, vel alio modo, absentis turbata fuerit possessio.

Dictum est suprà de turbata possessione presentis: nunc de possess. absentis. Est autem sciendum, quod absentis possessio quandoque per vim, quandoque per rescriptum principis turbatur. Et si quidem turbatur per vim, expulsis his qui detinebant nomine absentis, datur condictio ex lege ista ad recuperandam possessionem. Si autem turbatur per rescriptum imperatoris, vel interlocutionem iudicis: non fit ideo innouatio possessionis: quia negotiorum merita partium assertione panduntur, quia per nimiam instantiam literæ impetratæ sunt. j. cod. l. vlt. & extra de in integr. rest. cap. tamen ex literis, & de sen. & re iud. l. cum illius.

VI. Vti possidetis.

De hoc dixi ff. cod. tit. pag. 161.

VII. De tabulis exhibendis.

De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 156.

VIII. De liberis exhibendis seu deducendis: & de libero homine exhibendo.

De hoc dixi, ff. in propriis. tit. pag. 168.

IX. De precario & Saluiano interdicto.

De hoc dixi, ff. in propriis tit. pag. 166.

X. De adificijs priuatis.

Quia per interdicta, de quibus suprà, priuata ædificia defenduntur, & tuentur, & constituenda fieri impetrantur: ideo de his dicit, qui possunt vel tenentur ædificare vel reficere priuata ædificia.

V 3

De

XI. De operis noui nuntiatione.

Quidam habent hic super lege, De operis noui, &c. propriam rubricam, sed non est necessaria. Satis enim pertinet hæc lex ad superiorem materiam, secundum glos. nostram. Et not. quod hæc nuntiatio fit tribus modis: vt ff. de noui oper. nunt. leg. de pupillo, §. meminisse, de hoc dixi ff. eod. pag. 135.

XII. De operibus publicis.

Ad extructionem & restaurationem pontium, & aquæ ductuum, & murorum, omnes certatim facta operarum & pecuniarum collatione, concurrere debent. Nec aliquis ab huiusmodi consortio, dignitatis, vel religionis priuilegiis se excusare debeat, §. eod. leg. ad portus. & de priuileg. Aug. do. l. absit. & in Auth. de eccles. tit. §. ad hæc.

XIII. De ratiocinijs operum publicorum, & patribus ciuitatum.

Fuerat olim Proconsulibus, & Præsidibus prouinciarum permittum pro discussionibus ratiociniorum publicorum & ciuilium reddituum, siliquam vnâ ex singulis erogandis solidis vendicare. Verum hodie patribus ciuitatum eorum necessitatibus hæc siliqua deputatur, §. eod. l. vna. & in Authent. sed hodiè, supra de epis. & cler. Vbi etiam exponitur, quid sit siliqua. Ciuitatum autem patres dici possunt defensores ciuitatum, qui quidem plebi & rusticitati parentis vicem exhibent, supra de defens. ciuit. l. in defensoribus.

XIV. De pignoribus & hypothecis.

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 67.

XV. In quibus causis pignus tacite contrahatur.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 68.

XVI. Si aliena res pignori data sit.

De hoc dixi ff. quæ res pig. pag. 69.

XVII. Qua res pignori obligari possunt, & qualiter, & quando pignus contrahatur.

De hoc dixi ff. eod. tit. de pig. pag. 69.

XVIII. Qui potiores in pignore habeantur.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 69.

XIX. De his qui in priorum creditorum locum succedunt.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 69.

XX. Si antiquior creditor pignus vendiderit.

Qualiter in ius prioris creditoris vel per pactum, vel solutionem

tionem aliquis succedat, dictum est: nunc qualiter succedat per venditionem. Antiquiore tamen creditore vendente pignus, sequentes creditores, vel debitores pignus aduocare non possunt, infra eod. l. j. in prin. nisi primus creditor vendiderit fideiussori qui tenebatur ei: vel non vendiderit secundo creditori, ff. de distraet. pig. l. ij. & l. cum secundus, §. j. vel nisi creditor primus vendiderit sub eo pacto, vt liceat debitori pignus recuperare, ff. de pign. act. l. si cum venderet.

XXI. Si communis res pignori data sit.

Rem quam habet aliquis cum alio communem, non potest obligare socio inuito, nisi pro portione sua, §. co. l. j. & ff. pro soc. l. nemo. Fiscus tamen ratione partis rem communem potest insolidum alienare, vt supra de com. re. alien. l. ij. ergo & multo magis obligare potest.

XXII. De pratorio pignore, & vt in actionibus etiam debitorum missio pratoris pignoris præcedat.

Qualiter per conuentionem pignus constituitur, dictum est: Videamus qualiter constituitur per prætorem, siue per iudicem. Et quidem constituitur per missionem in possessionem, ff. de pign. act. l. non est mirum, §. sciendum. Et erit prætorium pignus, si fiat missio ex ea causa quam prætore iubet fieri: puta vt caueatur pro legatis vel de damno infecto, vel in operis noui nunt. de opere demoliendo. Iudiciale autem est, cum Iudex iubet mitti in possessionem ex officio suo, vt mandatur executioni diffinitiuæ sententia. Et primo capiuntur mobilia, secundò immobilia, tertio peruenitur ad nomina. Effectus autem omnis pignoris hic est, vt creditor in eo habeat retentionem & actionem hypothecariam, si ceciderit à possessione culpa sua, infra, l. vlt.

XXIII. Si in causam iudicati pignus capsum sit.

Specialiter tractat de eo pignore, quod capitur in causam iudicati, id est, pro iudicato exequendo. Et certè olim post duos menses pignus in causam iudicati capsum distrahere licebat. ff. de re iudic. l. debitoribus. Sed hodiè non nisi post quatuor menses vt supra de execut. rei iudic. l. vlt.

XXIV. Si pignus pignori datum sit.

Non solum à dominis, sed etiã ab ante dominis res obligatur, puta ab his quibus sunt obligata: potest enim pignus pignori dari: & datum actio ex empto secundo creditori, quatenus, id est, quoadiu utraque pecunia debetur. Si ergo utraq; pecunia

non fuerit debita, quod contingit vtraque soluta, vel etiam altera, pignus perimitur, ff. de pig. l. grege. §. pignori.

XXV. *De partu pignoris, & omni causa.*

Sicut locum habet hypothecaria actio pro ancilla obligata, ita etiam locum habet pro partu, & pro omni causa, vel accessione, id est, partu secundo, vel tertio. In ancilla tamen distinguitur, quæ concipit apud debitorem, vel apud extraneum, &c.

XXVI. *De remissione pignoris.*

Quandoque voluntate expressa creditoris dissolvitur pignus, vt si creditor remittat pignoris obligationem, ff. de pactis. l. si tibi, §. de pignore. Et idem, si remittat debitum vel in perpetuum, vel ad tempus: nam intra tempus obstat exceptio, ff. eo. l. soluitur, & cod. tit. dixi.

XXVII. *Etiã ob chirographariam pecuniam pignus retineri posse.*

Licet soluta pecunia dissoluatur obligatio, & cesset hypothecaria, non cessat retentio pignoris, sicut præsens rubrica indicat. Ait enim: Etiã ob chirographariam pignus retineri posse: quasi diceret, non solum retinetur propter eam, pro qua est obligatum: sed etiam ob chirographariam, id est, eam quæ debetur sine pignoris obligatione, cuius probatio chirographo continetur: quod si non continetur, idem tamen dicendum est, posse retineri pignus, vt dicit hic glos. rubri.

XXVIII. *De districtione pignoris.*

De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 71.

XXIX. *Debitorem venditionem pignoris impeditur non posse.*

Rubrica satis clara est in se: planè obligatione pecuniæ debitor cum vsuris & creditore non accipiente facta consignatio impedit eius venditionem, infra cod. l. j. & ij.

XXX. *Si vendito pignore agatur.*

Contingit sæpe, vendito pignore agi, de quo hic titulus tractat, cui competat, & qualis actio, quod prosequere, vt in littera.

XXXI. *De litione pignoris.*

Litio pignoris fit per solutionem, vel satisfactionem totius debiti: vt infra cod. l. j. & vlt. Est enim luere pignus redimere. Sicut dicimus, luo penam, & luo peccatum. nam peccatum soluitur pœna: qui enim crimine tenetur obnoxius, cum pœna à pristina liberat obligatione. Seruius super x. Æncid. de hoc dixi ff. quib. mod. pig. vel hypot. sol. pag. 71.

Pignus luere.

XXXII. *Si vnus ex pluribus hæredibus creditoris, vel debitoris, partem suam debiti soluerit, vel acceperit.*

Licet vnus ex hæredibus creditoris partem debiti accipiat, non tamen præiudicatur cæteris, quo minus quilibet hæredum pignus possit in solidum vendicare, infra eo. l. j. & ij. Idem est in hæredibus debitoris vt non profit cæteris, vno solvente, quominus creditor pignus distrahat & insolidum, vt ff. fam. creisl. hæredes. §. idem iuris.

XXXIII. *Si pignoris conuentionem numeratio pecunia secuta non sit.*

Quæcunque locum habent in exceptione non numeratæ pecuniæ, vbi agitur personali actione ad id petendum, quod non est numeratum: eadem quoque hic repetantur, si agatur hypothecaria.

XXXIV. *De iure domini in petendo.*

Quia creditor pignus ex pacto, vel lege, elapso biennio vendere potest, & fieri potest, quod nemo velit rem comparare, & necessarium est creditori saltem iure domini eam possidere: consulitur creditori ex quadam benignitate, vt denuntiet debitori post biennium, si præsens debitor est, vel si absens est, adeat creditor iudicem, & exponat ei denuntiationem factam. Ipse etiam iudex per apparitores debet manifestare debitori, si potest, quod creditor vult iure domini pignus possidere: & ei debet statueri tempus, intra quod soluat pecuniam creditori. Non soluta autem pecunia ad tempus, potest creditor adire Principem, vt ei concedat rem eandem iure domini possidere, sicque habeat eam in suo dominio.

XXXV. *De pactis pignorum, & commissoria lege in pignoribus rescindenda.*

Licet in venditionibus seruetur lex commissoria, in pignore tamen non seruetur, vt habes hoc titulo.

XXXVI. *De exceptionibus, siue præseriptionibus.*

De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 70.

XXXVII. *De litigijs.*

De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 173.

XXXVIII. *De contrahenda & committenda stipulatione.*

De hoc dixi ff. de verb. oblig. pag. 175.

XXXIX. De inutilibus stipulationibus.

Inutilis
stipula-
tio.

Inuitiles dicuntur stipulationes, non vt quandoque nullam afferant vtilitatem, sed quia vitioſæ ſunt, & contra ius interpoſitæ. Quòd contingit vel ratione perſonarum ſtipulantium & promittentium. Item ratione rerum, id eſt, omnium quæ deducuntur per ſtipulationem. Item ratione abſentiæ, & ratione diſſenſus. Item ratione ineptæ conceptionis: de quibus latè Inſtit. eod. tit. explicatur.

XL. De duobus reis ſtipulandi, & promittendi.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 175.

XLI. De fideiuſſoribus, & mandatoribus.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 176.

XLII. De nouationibus, & delegationibus.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 177.

XLIII. De ſolutionibus, & liberationibus.

Dixi ff. eod. tit. pag. 178.

XLIV. De acceptilationibus.

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 178.

XLV. De euictionibus.

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 73.

XLVI. Creditorem euictionem non debere.

Creditor diſſert ab aliis alienantibus: quia ſi vendit pignus vt creditor, non tenetur de euictione, niſi ſpecialiter promittat, quòd facere non debet, niſi ex conſuetudine, vel quia maiori pretio vendat: alioquin non habet contrariam pignori. act. contra debitorem, infra eod. leg. j. & ij. ff. de pign. act. leg. ſi pignore. §. vlt. Si autem creditor vendit vt dominus, tenetur de euictione.

XLVII. De patria poteſtate.

Patria poteſtas, eſt ius quoddam, quòd habent qui ſunt de imperio Romano, in liberos naturales, & legitimos: nulli enim alij homines tale ius habent, Inſtit. eod. §. ius autem poteſtatis, vbi glo. proſequitur in quibus pat. pot. conſiſtat.

XLVIII. De adoptionibus.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 10.

XLIX. De emancipationibus liberorum.

Dixi ff. de adoptionib. de hoc, pag. 10.

L. De ingratu liberis.

Qualiter exeat ſilius poteſtatem patris per emancipationem, dixi: nunc e contra, qualiter retrahatur in poteſtatē per ingratitudinem dicit.

De

LI. De captiuis, & poſtliminiò reuerſis, & redemptis ab hoſtibus.

De hoc, ff. eod. tit. dixi, pag. 215.

LII. De infantibus expoſitis, liberis & ſeruicis: & de his, qui ſanguinolentos nutriendos acceperunt.

Non tantum in captiuis opus pietatis exhibitur, ſed etiam in infantibus expoſitis nutriendis: & quid iuris in talibus quis præſtando alimenta acquirat.

LIII. Qua ſit longa conſuetudo.

Licet rubrica quærat, non tamen ſoluſit, quæ dicatur longa conſuetudo. Sed dic ſecundum Ioann. quòd decem annorum, vt Inſt. de vſucap. §. j. Ita dicit gloſſ. & Inſt. de iure nat. §. ex non ſcripto. Quid ſit conſuetudo, dixi ff. de legibus & long. conſ. pag. 9.

LIV. De donationibus.

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 137.

LV. De donationibus qua ſub modo, vel conditione, vel ex certo tempore conſiciuntur.

Dixi in genere de donationibus, nunc proſequitur per ſpecies. Et eſt modus, per Vt: conditio, per Si: vt dixi ff. de condit. & demonſtrat. pag. 115. Et patet j. eod. per totum.

LVI. De reuocandis donationibus.

Donatio ſemel perfectæ, temerè reuocari non poteſt. Inſtit. de donat. §. j. Sunt caſus in quibus propter ingratitudinem reuocatur, qui continentur hiſ verſibus. Donator reuocat, atrox iniuria, dandi Lex, necis inſidix, manus impia, vel graue damnum. De quo dixi §. j. & in c. fin. extra de donat.

LVII. De donationibus caſa mortis.

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 137.

LVIII. De inſtrmandis pœnis cœlibatus, & orbitatis: & de decimarjſ ſublatis.

Olim non poterat cauſa mortis donari ei, qui cœlebs erat, *Cœlebs*, id eſt, nolebat contrahere matrimoniu: vt qui vxorem non habebat, nec vult, ſed caſte viuere. Et hic idè fortè orbitatus dicebatur, quaſi vxore carens. Vel orbus dicitur, qui filios non habebat: & huic olim non poterat cauſa mortis donari: hodie autem promiſcue relinquit omnibus. Item ſtatuit lex Papia, vt decima pars eius, quòd relinquebatur à viro vxori: & e contra, detraheretur, & applicaretur ſiſco, ſi non eſſent liberi: quòd hic corrigitur, vt j. l. ij.

De

LIX.

De iure liberorum.

De iure, quod habetur in filios iure potestatis, dixit: nunc de iure succedendi in hereditate filiorum, quod hodie non est opus, quod impetretur, ut succedat pater vel mater: licet olim erat necesse. Nam sine impetratione mater succedit, licet ingenua tres, liberrina quatuor non peperit, j. eod. l. vlt. & Inst. de leg. ag. succ. §. vlt.

LIBER IX.

Tit. I.

Qui accusare non possunt.

Quis accusat vel non.
Nunc de criminalibus dicit, in quibus quia accusatores sunt necessarii: ideo ponit qui accusare possunt. Et dicit, quod regulariter quilibet potest accusare qui non prohibetur, Inst. de pub. iud. in princ. Prohibetur autem mulier, j. eodem. l. de crimine. Item accusatus suum accusatorem, infra eod. l. neganda. Item alieno nomine, j. eo. l. ij. Item qui renuntiavit expresse, infra eod. l. accusationem. vel tacite. l. si ea. Item frater fratrem, j. eo. l. si magnum. Infamis, vt j. eo. l. criminis. Qui duos habet accusatos prohibetur à tertio, j. eo. l. cum rationibus. Item alumnus, j. eod. l. iniquum. Item serui, familiares, liberti, j. eo. l. pen. & si. Item milites, j. eo. l. non prohibetur. Item pupillus. Et qui habet merum imperium. Et qui accipit pretium ob accusandum, vel non accusandum. Item qui aliam falsum dedit testimonium. Item & pauper, ff. de accu. l. qui accusari. & l. seq. Item socius eiusdem criminis. §. de lib. cau. l. si filium. Tales personae regulariter prohibentur, sed casualiter admittuntur: vt in singulis legibus inuenitur.

II. *De accusationibus, & inscriptionibus.*

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 192.

III. *De exhibendis, & transmittendis reis.*

De prima parte dixi ff. de cust. & exhi. re. pag. 191. Transmissiones autem fiunt, cum quis accusatur ibi, vbi delinquit, & ipse est alibi: vt in Authen. vt nulli iud. §. si vero.

III. *De custodia reorum.*

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 193.

v. *De priuatis carceribus inhihendis.*

Suprà de publicis carceribus obseruandis dixit: nunc de priuatis prohibendis. Et nemini licet priuatum carcerem habere vel exercere, præterquam magistratui. Contrarium facientes tanquam

tanquam imperialis maiestatis violatores vitimo supplicio percullentur. j. eo. l. vna.

VI. *Si reus vel accusator mortuus fuerit.*

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 192.

VII. *Si quis Imperatori maledixerit.*

Maiestas laeditur.
Lex maiestatis criminis quis reus efficitur quandoque facta, de quo infra titulo proximo: quandoque verbo vel dicto, in quo versatur huius tit. tenor. Si quis igitur imperator dixerit perfidum, atrocem, rufum, vel quid simile profuderit, si conuicitate processit, parcendum est: Lubricum enim lingue ad pœnam facile trahi non debet, ff. ad leg. Jul. ma. l. famosi. Si ex insaniam furoris vel vini, miseratione dignissimus. Si autem ex deliberatione, remittendus, id est, transmittendus est ad principem: & ipse pendere ex qualitate personarum, vtrum crimen prætermittat, an exquiri & puniri debeat: de hoc in cap. vno, de maledicis.

VIII. *Ad legem Iuliam maiestatis.*

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 194.

IX. *Ad legem Iuliam de adulterijs, & Rapto.*

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 194.

X. *Si quis eam, cuius tutor fuit, corrupit.*

Si quis eam, cuius tutor fuit, corrupit, patitur maiorem pœnam quam alius: minorem verò quam raptor, infra eod. l. vna. Idem & multo magis, si corruptit constante tutela. Idem in tutore secundum Azo.

XI. *De mulieribus, que seruis proprijs se iunxerunt.*

Hoc stuprum acrius punitur, quam aliud. Seruus enim comburitur, mulier subit capitalem pœnam: bona eius perueniunt ad cognatos mulieris, j. eo. l. vna. De hoc ff. de hære. instit. l. his verbis, §. j. & Inst. de hæred. instit. §. j.

XII. *Ad legem Iuliam de vi publica, vel priuata.*

De hoc dixi ff. sub proprijs tit. pag. 195. 196.

XIII. *De raptu virginum, seu viduarum, necnon sanctimonialium.*

Raptori imponitur pœna, si rapuit honestam mulierem: aliud si inhonestam, vt meretricem, j. eod. l. j. in prin. ff. de furt. l. verum est. Nec distinguitur, volente muliere id faciat, an inuita: vtrum sponsam suam vel aliam, &c.

XIV. *De emendatione seruorum.*

Dominus olim potuit occidere seruum, Inst. de his qui sunt sui vel

fui vel alie.iur. §. j. Sed hodie distinguitur, occidat iusta causa, vt tunc non teneatur. ff. de verbo. obligat. l. qui seruum. An sine iusta: & tunc aut voluntate sua, aut casuali culpa. &c. infra cod. l. j.

xv. *De emendatione propinquorum.*

Titulus iste tribuit potestatem senioribus propinquis corrigendi minorum delicta pro qualitate criminis, cum moderamine quodā, & iure quasi patriæ potestatis, vt in immanis non extendatur hæc licentia.

xvi. *Ad legem Corneliam de sicarijs.*

De hoc dixi ff. cod. tit. pag. 196.

xvii. *De his qui parentes, vel liberos occiderunt.*

De hoc dixi ff. ad leg. Pomp. de par. pag. 196.

xviii. *De maleficijs, & mathematicis, & cateris similibus.*

Malefici. Omnes illi quos vulgus maleficos appellat, & qui dicunt se scire aliquam artem diuinandi, hi appellantur Mathematici: à *μάθησις*, quod est diuinatio. Diuinant enim vel circa somnia, vel in volatu, qui Auspices, vel in garrita auium, qui Augures. Et omnes tales patiuntur capitalem pœnam, infra eodem l. j. Sunt & alij qui arte magica vitæ innocentum insidiatur, animos mulierum ad libidinem flectunt: & hi bestijs subiiciuntur, vt j. eod. l. multi. Idem fortè si veneno, j. eodem l. j. & hi etiam tenentur lege Cornelia, vt dixi ff. ad l. Cornel. de sicar. pag. 196.

xix. *De sepulchro violato.*

De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 186.

xx. *Ad legem Fauiam de plagarijs.*

De hoc dixi ff. cod. tit. pag. 200.

xxi. *Ad legem Viscelliam.*

Hæc lex locum habet, quando libertus appetit ea, quæ ingenuis tantum conueniunt: puta aspirat ad honores & dignitates, asserendo se ingenuum esse. Si autem libertum se fateatur, si penuria sit hominum, poterit eligi, ff. de decur. l. eos qui.

xxii. *Ad legem Corneliam de falsis.*

De hoc dixi ff. cod. tit. pag. 197.

xxiii. *De his qui sibi ascribunt in testamento.*

De falsis in genere dixi, nunc in specie de quodam, quod licet non sit falsum, punitur tamen vt falsum, j. eo. l. senatus.

xxiv. *De falsa moneta.*

Falsum non modò prædictis modis committitur & punitur, sed

sed etiam in moneta: idè de ea ponit, quia grauior imponitur pœna, quàm super alio falso. Et habet locum hæc accusatio, cum quis fabricauit falsam monetam, vel fabricari fecit, vel super eo dedit consilium, vel non prohibuit eam fabricari: qui tamen in totum formare noluerit, iusta pœnitentia excusatur, ff. ad legem Cornel. de fal. l. qui falsam.

xxv. *De mutatione nominis, & cognominis, prænominis.*

Si ingenuus nomen, vel prænomen, vel agnomen mutet, si quidem in fraudem, tenetur lege Cornelia, alioquin contra. Seruo autem mutare non licet, j. eod. l. j. & ff. ad leg. Cornel. de fal. l. si falsi. de hoc solet dici in præcæm. Gregor. compilationis, & in præcæm. lib. vj.

xxvi. *Ad legem Iuliam de ambitu.*

De hoc dixi ff. eodem tit. pag. 200.

xxvii. *Ad legem Iuliam repetundarum.*

De hoc ff. eodem tit. dixi, pag. 198.

xxviii. *De crimine peculatus.*

De hoc ff. eodem tit. dixi, pag. 199.

xxix. *De crimine sacrilegij.*

Dixi ff. de crimine pecul. pag. 199.

xxx. *De seditiosis, & his qui plebem audent contra Rempublicam colligere.*

Seditio dicitur, quasi seorsum itio: quia in diuersum vadunt, alioque trahunt: vel à sedo, as, per contrarium: vt dicit glo. hic super rubr. Et dicitur Seditio, quietis publicæ turbatio, infra eod. l. j. & ij. de hoc not. xlvj. dist. c. seditiosarios: & ibi per Archi. & Ioann. Andr. de immu. eccle. c. decet. lib. vj. Et tales concitantem seditioem puniuntur pœna capitis, vt no. in l. denunciamus, C. de his qui ad eccle. confugiunt, dixi aliquid ff. ad legem Iul. maiest. pag. 194.

Seditio.

xxxi. *Quando ciuiliis actio criminali præiudicet: & an utraque ab eodem exerceri possit.*

Dixi de ordinariis criminibus, nunc de extraordinariis. præmittit tamen cõmunem titulum ad præcedentia & ad sequentia: si ex eodè crimine cõpetat ciuiliis actio & criminalis accusatio, an vna præiudicet alteri vel prorsus, vel interim. Sed dic, quod non præiudicat prorsus, nisi in actione & accusatione iniuriarum. ff. de iniur. l. prætor, §. j. & l. quod senatus. Sed interim præiudicat, vt ff. de pub. iud. l. interdum, & ff. vi bo. rapt. l. ij. §. j. de hoc

de hoc gl. Inst. si quad. pau. fe. dic. super rubri.

XXXI. *De crimine expilatae hereditatis.*

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 189.

XXXIII. *De vi bonorum raptorum actione.*

De accusatione violentiarum, & de eius poena, dixi ff. ad legem

Iul. de vi pub. pag. 195.

XXXIV. *De crimine stellionatus.*

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 189.

XXXV. *De iniuriis.*

Dixi ff. eod. tit. pag. 185.

XXXVI. *De famosis libellis.*

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 185.

XXXVII. *De abigeis.*

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 187.

XXXVIII. *De Nili aggeribus non rumpendis.*

In Aegypto non pluit, sed Nilus certis temporibus excurrit, & inundat agros. idè aggeres, id est, alti cumuli, vel coactiones, aut moles sunt ut aquam contineant. Est autem Nili aggeres rumpere, id est, valla fluentis Nili de propriis & ventis visibus intra duodecimum cubitum vsurpare: quod nephas est, & damnosissimum in Aegypto: ideo hoc quasi læsæ maiestatis crimen est: idè in eodem loco ubi rupit aggeres, vel valla vsurpauerit, flamma comburetur.

XXXIX. *De his, qui latrones vel malis criminibus reos occultauerint.*

De hoc dixi, ff. de receptoribus, pag. 187.

XL. *De requirendis reus.*

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 202.

XLI. *De questionibus.*

De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 203.

XLII. *De abolitionibus.*

De hoc ff. ad Senatuscon. Turpil. pag. 202.

XLIII. *De generalis abolitione.*

Ita à solo Principe indulgetur, vt ff. ad Turpil. satis dixi, pag. 205.

XLIV. *Vi intra certum tempus criminalis questio terminetur.*

In accusatione præficienda certum tempus, id est, biennium statutum est, j. eod. l. ult. fallit in certis casibus not. 3. de iud. l. propterandum. & in Auth. vt cle. apud propr. episc. §. pen.

Ad Sen

XLV. *Ad senatusconsultum Trebellianum.*

De hoc dixi ff. eo. tit. pag. 201.

XLVI. *De calumniatoribus.*

De hoc ff. eo. tit. dixi, pag. 23.

XLVII. *De poenis.*

De hoc ff. eo. tit. dixi.

XLVIII. *Ne sine iussu Principis certis iudicibus liceat confiscare.*

Inter cæteras poenas vna est Confiscatio, quam cui libet iudici imponere non licet, nisi qui habet merum imperium. ff. de iur. om. iud. l. iij. & de offi. præsi. l. illicitas. §. qui vniuersas, & hoc quado confiscatio fit ex cõsequencia poenæ. j. tit. j. l. iij. & iij. Sed quando confiscatio fit principaliter vt propter incestas nuptias: & tunc quia est ordinaria poena statuta per legem: quilibet magistratus de ea cognoscere potest, etiam municipalis.

XLIX. *De bonis proscriptorum seu damnatorum.*

Dixi ff. eo. tit. pag. 204.

L. *De bonis eorum qui mortem sibi conscuerant.*

De hoc ff. eo. tit. dixi, pag. 205.

LI. *De sententiam passis & restitutis.*

Quia condemnati per sententiam quandoque ex indulgentia Principis restituuntur: idè de hoc dixi satis ff. eod. tit. pag. 206.

FINIS CODICIS.

VOLVMINIS

R V B R I C Æ.

Et primò.

INSTITVTIONVM IVSTINIANI.



VOLVME N, vt etiam supra tradidimus, à conuolutione, & collectione variorum librorum nomen sumpsit: eò quòd in se Institutiones imperiales, constitutiones Authenticorum, tres libros Codicis, & Consuetudines Feudorum contineat. Nam dicit Vlpianus: Si enim centum libri sunt legati, centum volumina ei dabimus, &c. ponens volumen pro libro integro: vt totus Homeri liber in quadraginta octo libros partitus pro vno volumine accipiendus

Volume.

fit. Sic & Cicero, sic Gellius, & alij ferè omnes, licet Ovidius partem operis volumen dixerit, cum ait, Sunt mihi mutatae ter quinque volumina formæ, &c. Et Plinius de libris sui auunculi loquens, ut Libros tres in sex volumina propter amplitudinem diuisit. Volumen verò vel à volo deductum est, eo quod in libris voluntas apparet: vel, quod verius est, à voluo descendit: eò quod volui apud antiquos consueuerunt, vt duo Cæsaris Aedicatorones. Simili modo Hebræi legem suam volgare, & Græci misam suam hoc tempore consueuerunt. Facta Codicis prima compositione, liber Institutionum compilatus est, vt C. de vet. iur. enuc. l. ij. §. omnia igitur, & §. sed cum prospeximus ante eiusdem Codicis emendationem, & secundam eius editionem. Nam cum præcipit fieri editionem secundam, facit mentionem Institutionum iam compositarum: vt C. de emen. Iust. Co. ibi, vt vndique non solum, &c. Et perfectis libris Digestorum, videbatur plerisque nihil ammodo super iuris compositione tractandum. imò Iustiniano imputandum, quod armorum vñ relicto, legibus & scholasticis disciplinis operam dabat: cum Imperator Gordianus dicat. Milites arma scire debere, non leges. C. de iure deliber. l. vlt. in prin. Imperator autem ad hæc, defensionem sui & excusationem, excusationisque rationem assignando elegantissime respondet: vt in prin. huius proce. Conuocatis autem viris illustribus Triboniano, Theophilo, & Dorotheo, mandauit eis, vt componerent Institutiones, & in quatuor libros iussit partiri, vt sint totius legitimæ scientiæ prima cunabula, & elementa, quibus iuuenes suffulti possint grauiora & perfectiora legum scita sustentare, C. de vet. iur. enuc. l. ij. §. sed cum. & j. de iusti. & iur. §. his ergo. Et dicitur liber Institutionum, quasi Institutionum: quia in his primis præceptis pueri instituuntur, & instruuntur, vt possint percipere maiora iura, & ad iuris arcana valeant ascendere, & ingredi ad legum penetralia: quapropter hic liber bene Introductorius potuit appellari, nisi aliud verbum iuri ciuili visum fuisset congruentius.

Tit. I. De iustitia & iure.

De hoc ff. cod. tit. pag. 7.

II. De iure naturali, gentium & ciuili.

De hoc ff. de inst. & iur. pag. 7.

III. De iure personarum.

Dixi ff. de statu homi. pag. 9.

IV. De ingenuis.
Dixi ff. de sta. ho. pag. 9. & C. eod.
V. De libertinis.
De hoc dixi ff. de sta. ho. pag. 9.
VI. Quibus ex causis manumittere non licet.
De hoc dixi ff. qui & à quibus man. pag. 140.
VII. De lege Fufia Caninia tollenda.
De hoc C. eod. tit.
VIII. De his qui sui, vel alieni iuris sunt.
De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 10.
IX. De patria potestate.
De hoc C. eod. tit. dixi.
X. De nuptijs.
Dixi ff. de rit. nu. pag. 79. & C. eod.
XI. De adoptionibus.
De hoc ff. eo. tit. dixi, pag. 10.

XII. Quibus modis ius patria potestatis soluitur.
Tribus modis patria potestas soluitur: scilicet, morte naturali vel ciuili, item dignitate, item emancipatione. Et quæ sint dignitates soluentes patriam potestatem, colligitur C. de decur. l. vlt. & in Authen. constitutio quæ de dig. §. pen.

XIII. De tutelis.
De hoc ff. eod. tit. dixi, pag. 88.

XIV. De his qui dari tutores testamento possunt.
De hoc ff. de testa. tut. pag. 89. & C. eod.

XV. De legitima agnatorum tutela.
De hoc ff. de leg. tut. pag. 79. & Cod. eod.

XVI. De capitis diminutione.
De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 25.

XVII. De legitima patronorum tutela.
Tutela patronorum defertur patronis circa personas impuberum libertorum ex sententia tantum, non ex verbis legis xij. tabul.

XVIII. De legitima parentum tutela.
Pater emancipans filium impuberem, legitimam eius tutelam nanciscitur ex mente legis xij. tab. & ex regula quæ dicit, Quò hæreditas redit, eò & tutela redire solet.

XIX. De fiduciaria tutela.

Mortuo patre, fratres emancipati impuberes, fiduciarij, vel legitimi eius tutores efficiuntur, propter fraternam fidem, vel

confidentiam, quæ in eis maior præsumitur, quàm in extraneis.

xx. De *Attiliano tutore*, & eo qui ex lege *Julia* & *Titia* dabatur.

De hoc dixi ff. de tut. & cur. datis ab his, pag. 90.

xxi. De *authoritate tutorum*.

Dixi ff. eo. pag. 91. & C. de aut. præstan.

xxii. *Quibus modis tutela finitur*.

De hoc dixi C. quando tut. vel cura. esse def.

xxiii. De *curatoribus*.

Sicut impuberibus prouidetur per tutores, ita prouidetur puberibus, & adultis per curatores. J. eo. in prin. nam licet puberes effecti sint, adhuc tamen in ea ætate sunt, vt reb. suis præesse nequeant: de his aliquid C. qui per. tut. & de cur. fur.

xxiv. De *satisfactione tutorum vel curatorum*.

De hoc dixi ff. de administ. tut. pag. 91.

xxv. De *excusatione tutorum vel curatorum*.

De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 93.

xxvi. De *suspectis tutoribus*.

De hoc ff. cod. tit. dixi, pag. 92.

LIBER III.

Tit. I. De *rerum diuisione*.

De hoc dixi ff. cod. tit. pag. 11. & ff. de acquiren. rer. domin. pag. 143.

ii. De *rebus corporalibus, & incorporalibus*.

Corporales res sunt, quæ sui natura possunt tangi: vt homo, lapis, &c. Incorporales res sunt, quæ tangi non possunt: vt sunt omnia ea, quæ in iure consistunt, id est, quæ in sua definitione habent hoc vocabulum Ius: vt est hæreditas, obligatio, actio, &c. Hinc Lucretius, Tangere enim & tangi nisi corpus nulla potest res.

iii. De *seruitutibus*.

Dixi ff. cod. tit. pag. 35.

iv. De *usufructu*.

De hoc dixi ff. cod. tit. pag. 31.

v. De *usu & habitatione*.

De hoc dixi ff. cod. tit. pag. 14. — 34

INSTITVTIONVM.

vi. De *usucapione, & longi temporis prescriptione*.

De hoc dixi ff. cod. tit. pag. 145. & C. eo.

vii. De *donationibus*.

De hoc dixi ff. cod. tit. pag. 137.

viii. *Quibus alienare licet, vel non*.

Octo sunt personæ vel res, quæ alienare possunt res: Licet non sint domini eiusdem, quæ continentur his versibus. Iudex; prælatus, tutor, cum flamine, Cæsar, Creditor, & seruus, procurator, non sua tradunt. de quib. gl. j. §. j. in verb. alienare. Et in quinque casibus etiam dominus non alienat. vnde Hæreticus; mulier, lætæ, minor, & curialis, Casibus his quinque dominium dare iura verant rem, vt ibi.

ix. *Per quas personas nobis acquiritur*.

De hoc dixi C. eo. tit.

x. De *testamenti ordinandis*.

De hoc dixi ff. cod. tit. pag. 98.

xi. De *militari testamento*.

De hoc dixi ff. cod. tit. pag. 105. — 103.

xii. *Quibus non est permittum facere testamentum*.

Dixi ff. de test. pag. 98.

xiii. De *exheredatione liberorum*.

Dixi ff. de liber. & posth. pag. 98.

xiv. De *heredibus instituendis*.

Dixi ff. cod. tit. pag. 100.

xv. De *vulgari substitutione. Et de pupillari substitutione*.

Dixi ff. cod. tit. pag. 101.

xvi. *Quibus modis testamenta infirmantur*.

Dixi ff. de iniust. rup. test. pag. 99.

xvii. De *inofficioso testamento*.

Dixi ff. cod. tit. pag. 28.

xviii. De *heredum qualitate, & differentiâ*.

De hoc dixi ff. de acqui. hered. pag. 104.

xix. De *legatis*.

Dixi ff. cod. l. j. ij. & iij. pag. 107. & 108.

xx. De *ademptione legatorum & translatione*.

Dixi ff. de adimen. leg. pag. 114.

xxi. De *lege Falcidia*.

Dixi ff. cod. tit. pag. 116.

xxii. De *fideicommissarijs hereditatibus*.

Dixi ff. ad Trebel. pag. 117.

XXIV. De singulis rebus per fideicommissum relictiis.
De hoc dixi ff. de legat. iij. pag. 108.

XXV. De codicillis.

Dixi ff. de iur. codicil. pag. 107.

LIBER III.

Tir. De hereditatibus, qua ab intestato
deferuntur.

DE hoc dixi ff. si tab. test. nullæ ext. & tit. seq. pag. 129. & in
titul. quis ord. in bo. po. ser. pag. 134. & de suis & leg. hær.

ii. De legitima agnatorum successione.

Dixi in titulo proximo alleg. specialiter in tit. vnde legit. &
vnde agna. pag. 130.

III. & IV. De Senatusconsulto Tertulliano. Et de Sena-
tusconsulto Orficiano.

Dixi ff. ad Tertull. pag. 134. & C. ad Orfic.

v. De successione cognatorum.

Dixi ff. vnde cognat. pag. 134. — 130

vi. De gradibus cognationis.

Dixi ff. eod. pag. 131.

vii. De seruili cognatione.

Quidam non habent hîc rubricam, secundum Plac. & Azo.
Et sciendum, quod seruilis cognatio de iure ciuili vel etiam
prætorio, quod naturalem æquitatem sequebatur, nunquam
computabatur quantum ad successionem, interim quod im-
minet ei vinculum seruitutis: vt C. communia de ma. l. ser-
uus, & de suis, & leg. l. ex lib. nisi in casibus not. C. cõmunia de
man. Ad prohibitionem autem nuptiarum seruilis cognatio-
nes bene computantur, vt supra de nupt. §. illud. & ff. de rit.
nupt. l. adoptiuus §. seruilis.

viii. De successione libertorum.

Dixi ff. de iur. patr. pag. 127. & de bon. libert. pag. 128.

ix. De assignatione libertorum.

Dixi ff. eod. pag. 129.

x. De bonorum possessionibus.

Dixi ff. eod. tit. cum multis seq.

xi. De acquisitione per arrogationem.

Nedum de iure ciuili vel prætorio succedit quis in vniuer-
sum ius defuncti, sed etiã aliquãdo in ius viuētis, vt per ar-
rogatione, quæ consensu duorum fit, scilicet arrogantis & ar-
gati:

Arroga-
tio.

gati: & olim succedebatur diuersimodè: hodie autem sicut cir-
ca naturales & legitimos parentes acquisitio coarctata est ad
vsum fructum tantum in rebus aduentitiis: ita & in huiusmo-
di arrogationibus erit seruandum, donec viuat arrogatus. Nam
eo mortuo dominium pleno iure transit ad arrogatorem: nisi
super sint alia personæ quæ arrogatorem antecedunt: vt not.
J. eod. §. vii. & de adopt. §. cum autem.

xii. De eo cui libertatis causa bona adiiunguntur.

Certum est, non adita hereditate ex testamento, quæ in
eo relicta sunt non valere, C. de fideicom. leg. ea. & lex testa-
mento. Constitutio tamen diui Marci quodam speciali iure,
subuenit libertatibus, scilicet per adiectionem bonorum. Et
est Adiiicere bona, alicui applicare, vel dare bona eo pacto, vt
creditoribus & libertatibus satisfaciatur: de hoc infra, eodem
satis. Adiiicere
bona.

xiii. De successioneibus sublatis, quæ fiebant per
bonorum venditiones, & ex Senatus-
consulto Claudiano.

Olim duæ aliæ successiones per vniuersitatem vigeabant ex
Senatusc. Claud. primò cum debitor in solutione cessabat, &
solenniter contra eum proponebatur actio, & ipse neque ve-
niebat, neque soluebat, succedebat ei creditor in omnibus
tanquam mortuo, etiam si debitor reliquisset hæredem, & li-
cebat ei omnia vendere. de hoc C. de bon. aut. iud. pos. De se-
cunda successione dixi C. de senat. conf. Claud.

xiv. De obligationibus.

De hoc dixi ff. de act. & oblig. pag. 174.

xv. Quibus modis re contrahitur obligatio.

Obligatio quinque modis contrahitur, re, id est, interuentu
rei: vt in mutuo, debito, commodato, deposito, pignore. de qui-
bus ff. in propriis tit. dixi.

xvi. De verborum obligationibus.

Dixi ff. eod. tit. pag. 175.

xvii. De duobus reu stipulandi, & promittendi.

Dixi ff. eod. tit. pag. 175.

xviii. De stipulatione seruorum.

Dixi ff. eod. tit. pag. 176.

xix. De diuisione stipulationum.

Dixi ff. de prætor. stipul. pag. 177. — 179

xx. De inutilibus stipulationibus.
De hoc C. eod. tit. dixi.

xxi. De fideiussoribus.
Dixi ff. eod. tit. pag. 176.

xxii. De literarum obligatione.
De hoc C. de non nume. pecun. dixi, pag. 270.

xxiii. De obligationibus qua contrahuntur consensu.

Obligaciones ex consensu.
Sex sunt obligationes iuris gentium quæ solo consensu contrahuntur: vt Emprio, Vend. Locatio, Cond. Societas, Mandatum. Et dicuntur contrahi consensu, quia neque scriptura est hic necessaria, neque præsentia exigitur, nec exigitur interuentus alicuius rei: sed sufficit hic eos, qui negotia gerunt, consentire per se, vel per nuntium, vel per epistolam.

xxiv. De emptione & venditione.
Dixi ff. de contrah. empt. pag. 60.

xxv. De locatione & conductione.
Dixi ff. locati, pag. 64.

xxvi. De societatibus.
Dixi ff. pro socio, pag. 59.

xxvii. De mandatis.
Dixi ff. mandati, pag. 59.

xxviii. De obligationibus qua ex quasi contractu nascuntur.

Harum obligationum sunt sex: puta, Negotiorum gestorum, Tutelæ, Communi diuidendo, Familiæ exerciscundæ. Item actio ex testamento, & Condictio indebiti: de quibus in propriis locis dixi.

xxix. Per quas personas nobis obligatio acquiritur.
Per quas personas nobis acquiritur rerum dominium, supra dixi: hic dicit, qualiter per easdem personas nobis obligatio & actio queritur.

xxx. Quibus modis tollitur obligatio.
De hoc ff. de solut. dixi, & de nouat. & de acceptilat. pag. 177. & sequenti.

LIBER IV.

Tit. 1. De obligationibus qua ex delicto nascuntur.

D E hoc dixi ff. de priuat. delict. & de furt. pag. 181.

ii. De vi bonorum raptorum.

De hoc ff. eod. tit. pag. 184. & C. eod.

iii. De lege Aquilia:
De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 38.

iv. De iniuriis.
Dixi ff. eod. tit. pag. 185.

v. De obligationibus qua ex quasi delicto nascuntur.

Ponit quatuor actiones in factum, quæ omnes in genere possunt dici vna, quia ex quasi maleficio ortæ: Prima est de ea, quæ contra Iudicem competit: de qua dixi C. si Iudex litem suâ fec. Item de ea, quæ pro deiecto & effuso datur: de qua dixi ff. de his qui deiece. vel effud. Item de ea, quæ competit ob hoc, quod aliquid est appensum, quod si caderet, posset nocere, de qua dixi ff. de his qui deiece. & effud. Item de ea quæ contra caupones, stabularios, vel nauas pro amissis eorum, quorum opera vtuntur: de qua dixi ff. naut. caupo. stab. & ff. furti aduersus naut. caupo. stab. pag. 183.

vi. De actionibus.
Dixi ff. de act. & oblig. pag. 174.

vii. Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicatur.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 53.

viii. De noxalibus actionibus.
Dixi ff. eod. tit. pag. 38.

ix. Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.
Dixi ff. eod. tit. pag. 37.

x. De his per quos agere possumus.
De hoc dixi ff. de procur. pag. 22.

xi. De satisfationibus.
De hoc dixi ff. qui satisf. cog. pag. 18. & C. de satisfando.

xii. De perpetuis, & temporalibus actionibus: & qua in heredes, & ad heredes transeunt.

De hoc aliquid ff. de act. & oblig. dixi. Nam prætorias penales non durant nisi per annum, excepta actione furti manifesti, quæ tantum durat, quantum alia ciuiles. Idem de prætoriiis rei persecutoriis de quo infra per glof. sequen. de secunda parte rubri dixi C. vt actio ab hæred. & contra.

Prætorias penales.

xiii. De exceptionibus, & replicationibus.
Dixi de hoc ff. de excep. pag. 170.

xiv. De interdictis.
Dixi ff. eod. tit. pag. 205.

xvi. De pœna temerè litigantium.

Pœna
calum.

Plures pœnæ in specie sunt eorum, qui temerè causas suscipiunt, & litigant. Sed tres possunt tradi in genere, scilicet corporalis, & Pecuniaria, & Famæ. Corporalis imponitur calumniatoribus ad similitudinem supplicij: vt ff. de calum. dixi, pag. 23. Item & tergiuersa, & præuaric. vt dixi ff. ad Turp. pag. 201. Infamix pœna imponitur lata definitiua sententiâ in actione furti, vi bon. rap. iniuriarum, de dolo, sepul. vio. expil. hæred. & simil. infra eod. §. ex quibusdam. Pecuniaria pœna imponitur liberis & libertis vocantibus sine venia parentes vel patronos in ius: vt dixi ff. de in ius vocando, pag. 16. Item victo imponitur pœna circa viatica, & litis sumptus: vt ff. de iudic. l. eum quem temerè, & in c. calum. de pœnis.

xvii. De officio Iudicis.

Officium
Iudicis.

Iudex debet iudicare secundum ius scriptum, vel consuetudinarium: & sententiâ suam secundum naturam actionis propositi ferre. Quomodo autem in qualibet actione se iudex habeat, hæc tractatur.

xviii. De publicis iudiciis.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 191.

FINIS INSTITVTIONVM.

AVTHENTICORVM TITVLI.

In nomine Domini nostri Iesu Christi. Liber constitutionum
notiellarum Authenticorum.

Liber
Authen-
ticorum.



Autor.

VARE hic liber vocetur Authenticorum possumus dicere, quod sit de arbitriis Principis, de quibus non cogimur reddere rationes: vt in leg. non omnium. ff. de legibus & in capit. si quando, de rescript. Vel sicut Poëtas, cæterosque operum conditores Autores vocamus, & illum qui egit bellum, aut pacem facit, Autorem pacis & belli dicimus. Vergilius in Geor. Et te maximus oibus Autorem frugum. Maiores nostri nullam ne priuatam quidem rem agere, sceminas sine autore voluerant, id est, homine, in quo est ius, potestas, & dignitas. Hinc & pupillorum tutores Autores
dici

dicimus, Inst. de autori. tut. & C. de auto. præst. Et tutores sententiæ appellamus, quorum consilium secuti sumus. Hinc & Autoratum, & Autoramentum. Seneca in lib. xij. epist. Nullum sine autorameto malum est. Hinc & Authenticum dicitur ius magnæ potestatis & dignitatis, quales sunt constitutiones huius libri: quæ sicut nouiores sunt, & recentiores, ita & dignitatis & obseruantix maioris: vt in l. non est nouum. ff. de leg. in c. j. de consti. lib. vj. Collationes autem vocantur à colligendo, vel à congregando: quia quælibet collatio colligit plures partes seu materias: secundum Iacob. de Bell. Vel Collationes dicuntur à consero: quia conferuntur, & simul repositæ sunt nouæ constitutiones, sicut alias dixi, ff. de collat. bon. Et sunt nouam collationes, quas iuxta ordinem videbimus.

Collatio-
nes.

COLLATIO PRIMA.

Tit. 1. De hæredibus: & Falcidia: & si hæres legata
soluere noluert.

DE hæredibus non dicas instituendis, sed ab hæreditate repellendis, nisi votum impleant testatoris, j. eod. §. si quis autem non implens. Et illa pars rubricæ expeditur, j. eo. vsque ad §. hinc nobis. Et Falcidia, scilicet hæredi seruanda, si fiat inventarium, non aliâs, j. eod. §. hinc nobis, vsque in fin. tit. dixi ff. de iur. delib. pag. 102.

11. De non eligendo secundò nubentes mulieres, & alienatione
lucris antenuptialis donationis: & de successiombus
earum. & filijs suis.

Dictum est supra de hæredum obedientia, & successione quæ sit inobedientibus: ideo subsequenti ordine ponitur hic de successione matris. Et habet tres partes. Prima loquitur de electione prohibita. Secunda de alienatione antenupt. Mater se
cândo nu-
bens.
§. hoc autem. tertia ibi, §. cum igitur. Et exponitur titulus primò ita: De eo quod secundò nubentes mulieres non eligantur in lucris primi matrimonij cum filijs primi mar. Vel melius, Mulieres secundò nubentes de eligendo non habeant potestatem. Nam mater non succedit filio in lucro antenuptialis donationis filio superstiti. Et filiorum electio in dicto lucro est matri prohibita: vt hic in princip. Et quod dicit mulieres, idem dicas in viris secundas accipientibus vxores, infra eod. §. quia verò contra. Alienatio autem facta per matrem

trem de lucro donationis antenuptialis ea secundo nupta est in suspenso, & ea moriente superstitibus filijs confirmatur non in totum, sed ex parte non existentium filiorum: aliàs si ipsa mater filijs in totum successerit, alienatio in totum confirmatur, j. eo. §. hoc autem. Et de successoribus, &c. actiue legas: quasi diceret, qualiter mulieres succedant filijs. Nam mater filio in omnibus succedit, excepta antenuptiali donatione, siue conuoluet ad secundas nuptias, siue non, infra eodem. §. cum igitur.

III. *Vt determinatus sit numerus clericorum sanctissima maioris ecclesie, & ceterarum sanctarum ecclesiarum.*

Ecclesia Constantinopolitana. Maiori ecclesie, intellige Constantinopolitanæ ciuitatis, & ceterarum ecclesiarum sub dicto patriarchatu constitutarum. Et est hæc lex localis: nam in ecclesia maiori ciuitatis Constantinopolitanae & alijs sibi adiacentibus & subiectis, clericorum numerus secundum facultates debet esse statutus: & debet obseruari, ne ecclesie ad inopiam deducantur: pœna contra facientibus imminente. De hoc numero habes C. de sacrosanct. eccl. l. non plures.

IV. *De fideiusforibus, & mandatoribus, & sponsoribus, & solutionibus.*

Hic corrigitur lex non rectè. C. de fideiuf. De hac materia dixi ff. eod. tit. pag. 96.

V. *De monachis.*

Suprà tit. ij. facta est mentio de episc. & cleric. & de monachis & monasterijs, vt patet in §. illud quoque. Inde sumpta occasione sequitur de mona. & quomodo monasterium auctoritate episcopi ædificari debeat. Monachus autem Græcè, Latine dicitur singularis: vnde monachum singulariter pro omni agere oportet. xvj. q. j. placuit j.

VI. *Quomodo oportet episcopos & reliquos clericos ad ordinationem deduci: & de expensis ecclesiarum & clericorum.*

Quia ex monachis quandoque episcopi fiunt: quare videntur de episcopis: vt infra eodem §. igitur. Et quomodo ad ordinationem deduci debent. dicitur vique ad §. & illud etiam. De reliquis autem clericis expeditur, infra eodem. §. de Deo, & §. sed neque, & §. quanta. De expensis autem infra eodem, §. sed neque effusas.

COLLATIO II.

Tit. De non alienandis aut permutandis rebus ecclesiasticis immobilibus, aut in specialem hypothecam dandis creditoribus: sed sufficere hypothecas generalis.

Ista constitutio ponit, quæ res ecclesie possint alienari aut permutari seu in hypothecam dari. De hoc extra de re. eccl. non alien. per totum, & xj. q. ij. c. sine exceptione.

II. *Vt iudices sine quoquo suffragio fiant.*

Omnes dignitates debent gratis conferri, nihilo suffragiorum nomine dato: aliàs omnia malè sequuntur: cum hoc ab auaritia procedat, quæ omnium malorum est mater, anti-quo iure penitus sublato. Vnde exponitur. Vt iudices: id est, præfides, vel proconsules, vel rectores prouinciarum, Sinq suffragio, id est, sine aliquo dato nomine suffragij: vt infra eod. §. hæc omnia.

III. *Ius iurandum, quod præstatur ab his qui administrationem accipiunt.*

Hæc constitutio ponit diligenter & comprehendit sacramentum, quod debet facere quilibet administrator: vt §. vt iud. sine quoquo suffragio. §. igitur.

IIII. *Vt ecclesia Romana gaudeat centum annorum præscriptione.*

Ecclesia Romana cum ecclesijs sibi subiectis gaudet centum annorum præscriptione in cōtractib. causis, rebus, & omnibus actis. De hoc in c. j. de præscript. lib. vj.

V. *De referendarijs sacri palatii.*

Referendarij sunt aduocati in curia principis: dicti ex eo, Referendarij. quod referant vices hominum coram principe: vt supra quomodo oportet. episc. §. non aliter, in fin. & infra vt lit. iur. pe. Et debet numerus referendariorum in octonario terminari, infra eodem.

VI. *De incestis nuptijs & nepherijs.*
De hoc dixi C. eod. tit.

COLLATIO III.

Tit. I. *De lenonibus.*

Lenonum causa & nomen satis odibile omnib. legibus visum est. Sunt autē Lenones, qui muliebrem impudentiam & turpitudinem venalem habent, vel qui iuuenulas decipiunt, & ad vitam miseram ducunt. Tales ex ciuitatibus, tanquam pesti

pestiferos, & communes castitatis vastatores, eicci lex præcipit: & traditur hic iudicis officium circa tales.

II. De defensoribus ciuitatum.

De his dixi C. eod. tit.

III. De mensura ordinandorum clericorum.

Docet numerum antiquum clericorum debere seruari: neque uelle casu augeri.

IV. De mandatis Principum.

De hoc dixi C. eod. tit.

V. De triente & semisse, & successione filiorum & nepotum naturalium, vel collationibus, aut distributionibus, necnon literarum, aut numerationum, atque rerum ex quibus detinent inficiationibus.

Bonorum subsidii. Olim liberis pater tenebatur relinquere quartam debitam iure naturæ, quæ dicitur Bonorum subsidium: & huic quartæ nullum grauamen potuit imponi, C. de inoff. test. l. omnimodo. & duabus ll. seq. Hæc hodie per huc tit. redacta est ad trientem & semissem secundum numerum liberorum: ut si sint quatuor filij, & infra. debent habere trientem, id est, tertiam partem. Si sint quinque vel ultra, debent habere medietatē eius, quod ei debebatur ab intestato: ut infra eodem. §. hæc nos. & in authen. nouissima, C. de inoff. test. Vnde dicit gl. in cap. Raynuntius. de test. Quatuor aut infra dant natis iura trientem, Semissem uero dant natis quinque vel ultra. Arbitrium sequitur substantia cætera patris. Vnde dic, De triente & semisse, de quo expeditur §. vsque ad §. neque enim. Et de successione: de hoc infra eodem §. consideramus. Vel collationibus: de hoc dicitur §. eod. §. illud. Et distributionibus: de quo §. eod. §. quod sæpè. Necnon literarum, & c. de hoc §. eod. §. studium, & §. illud quoque.

VI. De filiis ante dotalia instrumenta natis.

Instrumenta dotalia dicuntur, siue nuptialia, in quibus continetur matrimonium inter Titium & Bertam esse contractū & dotem datam esse. Et sine his duobus, scilicet scriptura & dote dixit Pla. non valere matrimonium, allegans pro se, Inst. de nupt. §. si licet Accur. Inst. de hæred. ab inte. ve. dicit ualere matrimonium, per l. nuptias. ff. de reg. iur. & l. si vicini, C. de nup. Sed non fieri liberos legitimos, per tex. nostrum. Sed non est uerum de iure canonū, per c. tanta, qui fil. sint legi. De hoc plene per Doct. in c. innotuit, de elect. Exponitur autem hic titulus de filiis ante dotalia, id est, ante matrimonium natis. Et

est mens huius constitutionis id quod uoluit lex illa, cum quis, & l. nuper postitas, C. de nat. lib.

VII. De administrantibus officia in sacris appellationibus.

Iudices appellationum, & eorum officiales, in causis appellationum, in quibus officium est commune, in iudicio semel examinationes facere debent, & de gestis participare.

COLLATIO IV.

Tit. I. De nuptiis.

DE hac materia dixi ff. de ritu nup. pag. 79.

II. De appellationibus, & intra qua tempora appellari debeat.

In hoc volumine quatuor in modis tractatur de appellationibus, ut hic, & §. de his qui ingre. ad appell. in princ. & §. ut cum de appell. cog. §. j. & §. de appell. col. viij. de hoc dixi ff. de appell. pag. 207. & in tit. quando appell. sit. pag. 209.

III. De Consulibus.

De hoc dixi ff. de offi. Consul. pag. 12.

IV. Ut nullus mutuans agricola teneat eius terram.

Hæc rubrica prohibet sancteratorem tenere terram agricolæ, scilicet facta solutione, vel dato aliquo loco solutionis: aliàs contra: ut j. constitutione prox. §. sancimus. Et differunt inter se: quia sequens dicit, quantā usuram debeant dare agricolæ suis creditoribus: quod hæc nō dicit. Item hæc est localis, in Thracia enim & Illyria duntaxat loquitur: ut j. in prin. illa generalis: ut §. titul. prox. in princ. §. sin autem. Et ideo hæc breuiter transeunda est, secundum glo. nostram hic, & procedendum ad sequentem.

V. Nullum credentem agricola tenere illius terram: & quantam debet usuram dare.

Creditores ab agricolis exigere possunt nomine accessio- nis usuram, quolibet anno pro quolibet modio octauam partem modij, & pro solido vnam siliquam, & non amplius. De hoc aliquid scribitur.

VI. De restitutionibus: & ea qua parit in undecimo mense post mortem viri.

Res restitutioni fideicommissi subiacentes alienari prohibentur, nisi propter causam dotis, vel donationis propter nuptias: propter quas alienatio permittitur, antiquo iure sublato

sublato & omni circumuentione remota. Et durat hæc pars vsque ad §. vnum. Secunda pars est de muliere, quæ parit in xi. mense: de quo j. §. vnum. Nam mulier ante annum luctus pariens si indubitatum fit sobolem non ex priori consistere matrimonio, omnibus modis priuatur antenuptiali donatione, & incidit in eas penas, ac si ante tempus luctus secundas contigisset nuptias: vt ibi.

VII. De tabellionibus vt protocolla dimittant in chartis.

Tabellio. Tabellio à partib. rogatus, debet per se audire negotium, & ipse scribere, nec alicui delegare potest. Est autem Tabellio minor, Tabularius maior, & Magister stationis maior vtroque. Sunt autem alia multa nomina, seu vocabula horum publicorum scriptorum de quibus gloss. in rubrica. C. de tabul. & l. fin. Protocollum autem dicitur à πρώτος, quod est primum: & κολλὰ, quod est collatio scilicet literarum: quasi dicat, prima collatio literarum: de quo infrà, eod. §. illud quoque, ia verb. protocollum.

COLLATIO V.

Tit. I. De ecclesiasticarum rerum immobilium alienatione, & solutione.

Ecclesia propter debitum fiscale regulariter rebus mobilibus non existentibus res immobiles alienare potest, & in solutum dare, &c. Exponitur ergo de alienatione scilicet, facienda pro fiscali tantum debito. Et solutione, id est, donatione in solutum ipsi creditori etiam priuato, non, solum fisco: vt infrà eo. §. si verò priuatus.

II. De iureiurando à moriente prestito dato propter mensuram sua substantia.

Iusiurandum à moriente prestitum, in quo substantia suæ mensuram facit manifestam, inter suos hæredes diuidendo, ab hærede seruandum est, pena non seruantibus imminente: creditoribus tamen nullum præiudicium generatur.

III. Vt proponatur nomen Imperatoris documentis, & vt Latinis literis apertius tempora inscribantur.

Documenta. In documentis, id est, literis publicis, debet principis nomen & annus in principio, & indictio designari. Itè Cõsulis nomen, annus consularis: debet etiam dies & mensis celebrati contractus apponi, & etiam annus conditæ ciuitatis, si hoc habet cõsuetudo: debent etiã documenta claris notis & literis scribi: de quo

quo in cap. inter dilectos, de fide instrumen. & in cap. quoniam contra, in gloss. antepenult. extra de probat. De vltima parte rubr. ponitur in §. fin.

IV. Senicæ non solum si fideiussores præsent, sed etiam si iusiurandum dent, sine periculo discedere.

Senicæ mulieres, id est, prostibulariæ, vel meretrices, nullam cautionem præstare debent suo hospiti, vel lenoni: neque lenones talem debent cautionem exigere: tamen etiam, si fideiussores dent, vel iureiurando promittant de persistendo in lupanari vel prostibulo, nihilominus possunt sine periculo discedere: quia iuramentum super re illicita seruari non debet. Vel hæc dicuntur Senicæ mulieres, quæ in scena, id est, loco turpi, vt prostibulo, stant: à scena, id est, theatrali inumbratione, vel spectaculo circi, vbi consueuerant tales prostare, ff. de infam. l. ij.

V. Vt non fiant pignorationes pro aliis personis. Et vt sicut principum donationes non egent gestis monumentorum, sic nec à priuatis imperatoribus factæ donationes indigeant.

Nulli licitum est secundum formam pignorationes, id est, pactum vel repressalias, exigere alium pro alio: de hoc de iureiur. cap. j. lib. vj. Et expone, Gestis monumentorum, id est, vt fiant coram iudice ordinario, præbente autoritatem huic donationi: quia sufficit ipsius imperatoris præsentia: vt & aliàs, C. de testa. l. omnium.

VI. De exhibendis & introducendis reis: & vt hi qui conueniantur post vicesimum diem, præsententur iudicibus. Et de his qui iuratoriam cautionem exponunt, & ante litem contestationem absentes fiant. Et de hypothecis qua appellantur ex causa militia, qua persona, & quando hoc ius habent. Et de indotatis vxoribus, vt habeant quartam partem substantia viri: & ipse vir in substantia vxoris, scilicet quando inops est qui relinquitur.

De exhibendis reis: à re, non à reatu. ff. de duob. re. l. j. & hæc pars expeditur vsque ad §. illud. Et vt hi qui conueniunt hoc expeditur j. cod. vsque ad §. si verò. Et de his qui iurat. hoc dicitur j. cod. §. si verò, vsque ad §. optimum quoque. Et de hypothecis,

poshccis, scilicet militiarum: & hoc dicitur j. eod. §. optimum.

VII. *Constitutio, qua ex ascriptio, & libera natos, liberos vult: non his qui ante constitutionem nati sunt, sed qui post constitutionem nati sunt, prodesse. Et ut venerabiles domos economi commutationes faciant ad inuicem immobilium rerum ecclesiasticarum, decreto prius interposito, excepta hac maiore ecclesia.*

Constitutio quæ ex ascriptio, &c. quæ est C. de senatus con. Claud. l. j. in fi. Nam per Claudianum erat libera, & eius filius erat seruus, vt ibidem dicitur. Non autem dicit de illa quæ est C. de agri. & cen. l. ne diutius. quia ibi non est casus iste: licet alij similes sint ibi. Vel dicit de ea quæ est C. de agri. & cen. l. fin. Et expeditur hæc pars vsque ad §. quia igitur. Secunda pars deinceps vsque in fin. constitutionis.

VIII. *Vt de cætero commutationes ecclesiasticarum rerum non fide fiant, & in priuatam personam ad piissimum imperatorem. & hoc modo ad alias personas legitimas transeant res. Et hæc tantummodo fiant ad imperialem domum. Et licet perpetua emphyteusis agi ab oratoriis in oratoria, decreto videlicet interposito: excepta hac maiore ecclesia, ne tamen in priuatam personam transeat emphyteusis.*

Ecclesia cum principe permutare potest, vt res apud principem perpetuo permaneant, ne perueniant ad priuatos. Item ecclesiæ ad inuicem in perpetuum emphyteusim dare possunt, excepta maiore ecclesia Constantinopolitana. Et prima pars expeditur vsque ad §. illud quoque. Et vt liceat, &c. Hoc expeditur j. eod. §. illud.

IX. *Vt ea quæ vocantur insinuatina, semper clericis in maiori ecclesia quidem dentur: in aliis autem clericis penitus non dentur.*

Insinuatina non possunt exigi à clericis ordinatis: exceptis his qui sunt ordinati in maiori ecclesia, à quibus secundum consuetudinem accipere licet. Et dicuntur insinuatina quæ ab ordinatis accipiuntur. De quo in Auth. de sanct. epi §. pro consuetudinibus. de quo in cap. ij. & c. cum in Ecclesia, de verb. sign. & j. q. ij. cap. sicut episcopum.

X. *Vt clerici qui recedunt, aliis pro eis præbentur surrogatis emolumenta: recedentes autem recedere*

meare volentes non suscipi. Et vt si quis edificans ecclesiam, aut aliter in eadem seruientibus ministrans emolumenta, voluerit aliquos clericos instituere: non fortuitò eos, sed probatione sanctissimi patriarchæ suscipiat.

Clerici continuam residentiam in propriis Ecclesijs facere tenentur: nec debent recedere: aliàs alij in eorum locum substituantur cum eorum emolumentis: recedentes; & postea remanentes, suscipiendi non sunt, nec eis emolumenta debent restitui. de hoc, De cle. non resi. cap. inter quatuor. §. fi. & plenius in cap. quoniam, §. fi. vt lite non contest.

Residentia clericorum.

XI. *De his qui ingrediuntur ad appellandum: & quando per scripturam manus propria, fiat collatio literarum: & de iure iurando dilationis, vt & coniungatur iuri iurando calumnia.*

De prima parte dixit G. de temp. appe. de quo in capitulo cum sit. de appel. Et ista prima pars expeditur vsque ad §. illud autem videamus. Et quando per scripturam, &c. De hoc in §. illud. Nam ex documentis publicis solis, & non priuatis, comparatio fieri debet: vt ibi, de quo in l. comparationes, G. de fide instru. Et de iure iurando, &c. Hæc tertia pars expeditur j. eod. §. fi. Nam iurandum generaliter in iudicio semel præstari debet, & in eo debet addi, quòd nullus in tota lite probationem exigit, quam non putauerit necessariam: de quo in authen. hoc sacramentum, C. de iura. cal. & in cap. literas, de rest. spolia. cap. præsentium, de test. & c. vltra tertiam.

Insinuatina.

XII. *Vt in priuatis domibus sacra mysteria non fiant.*

Sacra mysteria prohibentur celebrari in domibus sine licentia superioris. Oratoria verò, causa orationis permittitur haberi, & in eis clericos conuocari, de quo in l. conuentulam, C. de epif. & cler. & C. de hæret. & Man. l. iij.

Oratoria.

XIII. *Vt defuncti seu funera eorum non iniuriuntur à creditoribus: & vt consiliarij non suscipiant cognitiones absque iudicibus.*

Mortuis & moribundis, & funeribus eorum, ac familiaribus ex rebus eorum creditores iniurias inferre prohibentur absque iudiciali decreto: de quo in auth. sed nec ante, C. de se. fallia. vio. & auth. item qui domū. Et hæc prima pars expeditur vsque

Iniuria mortuis.

ad §. illud. Et vt consiliarij, &c. Hoc expeditur à §. illud, vsque ad fin. Nā iudex ordinarius occupationibus publicis impeditus, causam consiliario potest delegare sententiā sibi seruata; dummodo ter causam audiat. & sententiā proferat, & appellationem interpositam suscipiat iudex autem appellatus, & delegatus, delegare non potest: de quo glo. in Authen. Ad hæc, C. iud.

XIV. *Vt immobilia antenuptialis donationis neque hypotheca dentur, neque omnino alienentur à viro, neque consentiente uxore: nisi postea satisfieri possit: hæc verò etiam in dote valere.*

Res immobiles in donatione, propter nuptias consistentes maritus alienare non potest, nedum ea inuita, sed etiam vxore alienationi cōsentiente. Sed alienatione habita pro non facta, in rem actio vxori cōpetit: nisi secundò post biennium cōsenserit, vt vir alienans locuples fuerit, alienationis prohibitione in dote multò magis obtinente. Et de hoc vsq; ad §. & multò potius, & alias in auth. siue à me, C. ad Vellei. & in c. cum contingat, de iureiur. Hæc verò etiam, &c. De hoc in §. & multo.

XV. *De noui operis nuntiatione maritimi conspectus.*

Nulli liceat in hac regia ciuitate adificare vltra terminos à iure permisso, si principaliter noceat. De hoc in l. per prouincias, & quod ibi not. C. de ædific. pri. ff. de ope. pub. leg. qui opus. Et quod no. Iano. in cap. Pisanis, de rest. spol.

XVI. *Vt facta nouæ constitutiones post institutiones earum post duos menses valeant: parçitur autem non custodiētibz subtilitatem constitutionum super testamentum in relinquendo quadrantem, aut non subscribendo nomen hæredis, aut non dicendo.*

Constitutio noua ligat post duos menses à tempore institutionis, seu publicationis: quæ infinuatio, seu publicatio debet fieri secundum formam hęc datam, & glois. in proœ. Decr. & in cap. ij. de const. & Pau. de Leaza. in proœ. Clemen.

XVII. *Vt nullus fabricet oratorij domos præter voluntatem episcopi. Et vt deputet prius qua circa diligentiam, & statum, fabricati oratorij sufficiant. Et vt episcopi non desint suis ecclesiis. Et de alienatione ecclesiasticarum rerum immobilium.*

Nulli licitum est ecclesiam, vel monasterium, vel oratoriū
adi

ædificare sine episcopi voluntate. De hoc in c. nemo, de consecr. dist. j. ca. si quis basilicam. & de eccl. æd. ca. j. & de ista prima parte vsque ad §. illud quoque. Item episcopus non debet per multum tempus abesse ab ecclesia, vt j. in §. illud, & vij. q. j. ca. in præsentia. & l. dist. ca. contumaces, de cle. non res. ca. tuæ. Et quod in alienatione rei Ecclesiasticæ immobilis decretum superioris requiritur, de hoc in §. quoniam verò, & §. de eccl. re. immo.

XVIII. *Vt ab illustribz & qui super eam dignitatem sunt, non modò super pecuniarijs causis, sed etiam iniuriarum criminaliter per procuratorem dicantur. Clarissimis autem in pecuniarijs licere per procuratorem, & per se litigare.*

Illustres, & superillustres in causis pecuniarijs, & in crimine iniuriarum non per se, sed per procuratorem litigare debet: cæteris vel dignitatis inferioris licite conceditur, vt per se vel procuratorem litem exercent. Et quæ sit ratio huius constitutionis, colligitur j. eodem, versiculo ne cogantur. Quot sint genera magistratum, colligit hęc gl. Et quis dicatur Superillustis no. in l. que ties, C. vbi sena. vel clar.

XIX. *Vt ordinaria præfectura urbana, etiam prætoriana duæ, & præfectura urbana que in cingulo, & qua in actu sunt solo, non etiam honorate, liberent à curiali fortuna.*

Sola collatione dignitatis, & administrationis, etiam ante administrationem susceptam, curiales liberantur à curiali fortuna: sed sola collatione honoris seu dignitatis absque administratione non liberantur, sed remanent curiales, solum honorem ex tali collatione consecuti: hodie autem non tantum duæ, sed duodecim dignitates liberant a iure curiali fortuna: vt in l. fi. C. de decem lib. x. De hoc Init. quib. mod. ius pat. pot. §. filiusfa. & in ca. indecorum, de ara. & qual.

COLLATIO VI.

Tit. *Vt omnes obediant iudicibus prouinciarum, & in criminalibus, & in pecuniarijs causis: & vt negotia examinentur nullo excepto per priuilegium. Nec huc conueniunt deducantur, nisi sacra pragmatice forma exhiberi quæmpiam sufferit.*

In prouincia, in qua quis sortitur forū, illic est conueniendus,
Y 3 vtraque

Fabrica-
renouata
Ecclesj.

Illustris:

Superil-
lustris.

utraque parte presente, vel altera tantum: & vbique iustitia seruata, sententia cōdemnatoria, vel absolutoria feratur, omni priuilegio cessante: nisi pragmatica forma aliud statuatur, vel aliud propter appellationem acciderit: his obtinentibus in omni loco & tempore.

- II. *Quibus modis naturales filij efficiantur legitimi, supra illos modos, qui superioribus constitutionibus continentur.*

Hic debet esse, Legitimi efficiuntur. Sed in alia constitutione infra quibus mo. nat. effi. est in litera, Sui: & quæ sit differentia inter hunc titulum, & illum, ibi dicitur. Et exponitur hic Suprà, id est, præter. Superioribus constitutionibus, &c. de nat. lib. l. cum quis, & duabus legibus seq. Et habet constitutio sex partes. Prima tractat de legitimatione filiorum per matrimonium. Secunda, de legitimatione filiorum naturalium per rescriptum Principis. §. sed & aliud quiddã. Tertia, de nuptijs præsumptiuis, in §. illud quoque. Quarta, de nuptijs verè contractis à super illustribus, & illustribus, vel in ecclesia à militibus honestis, vel negotiatoribus, vel professoribus, §. denique in tantum. Quinta, de nupt. ædilibus, in §. quilibet autem. Sexta, de pœna contrahentium illicitas nuptias. §. final.

- III. *Vt hi qui obligatas se habere perhibent res minorum, aut obligati sunt eis, ad eorum gubernationem penitus non accedant: & vt curatores nullo modo suscipiant cessiones aduersus eos, quorum curationem agunt, aut egerunt, hæc autem generaliter valebunt in omni curatione, in quibus personis leges curatores præbent: Et de gubernatione pecuniarum competentium eis, quorum negotia administrantur. Et quando eas recondi, aut mutuari oportet, aut ex eis redditus comparari.*

Prima pars exponitur vsque ad §. quod si quis. Et vt curatores, hoc exponitur j. §. quod si quis. Hæc autem, &c. de hoc j. eod. §. hæc dicimus, Et de gubernatione, dicitur j. eodem §. quoniam.

- IV. *De instrumentorum cautela & fide, & primũ de deposito, & de mutuo, & alijs documentis priuatè quidè scriptũ, habentibus testes, & nõ habentibus testes: & de instrumentis publicè cõfectis: & de collationibus manus*

manus propria scriptura: & de expositis instrumentis ab illiteratis, aut paucis literis scientibus: & de non scriptis contractibus & de contractibus vsque ad unam libram auri: & de contractibus qui in agris fiunt: & vt in documentis & contractibus futuri locum habeat ista lex.

Strictè capitur hoc titulo Instrumentum, pro chartis tantum. Aliàs largè, vt ff. eod. l. j. Aliàs, pro instrumento fundi: vt ff. de fun. instr. l. quæ situm, j. respon. Cautela, scilicet in faciendo. Habetur fides postquam est factum: & dupliciter dicit de fide. Primò, in quibus instrumentis debeatur fides priuatis & publicis: & hoc j. eo. vsque ad §. si verò moriantur. Secundò, qualiter fiat vt habeatur fides, quando erat in dubium reuocatum quod sit per comparationem: vt infra eo. §. si verò moriantur, & §. seq. vsque ad §. oportet. Et de deposito, id est, qualiter fiat cautè instrumentum priuatum super contractu depositi, & mutui, & alijs contractibus: & hæc expeditur infra eodè §. sed si quis, & §. sed & si quis si tamen. Et de instrumentis publicè cõfectis hoc exponitur infra eod. §. si instrumenta. Et de collationibus, scilicet qualiter probetur fides instrumenti, hoc expeditur infra eod. §. si verò. Et sic re picit secundam capitulum. Sequentia autem omnia vtrumque respiciunt. Et de expositis instrumentis ab illiteratis, id est, de contractibus celebratis in scriptis ab illiteratis quod expeditur infra eod. §. oportet. Et de non scriptis, hoc expeditur eod. §. & hoc dicitur. Et de contractibus, hoc expeditur infra eod. §. ait. Et contractibus futuris, hoc exponitur infra eodem §. vt autem omnia.

- V. *Hac constitutio interpretatur priorem constitutionem de his qui ingrediuntur in monasterium, & de subditis eorum ex quo tempore oporteat eam valere.*

Dictum est supra in tit. de monach. §. illud, col. j. quod ingrediens monasterium, se & sua dedicat Deo ipso ingressu: verum quia reuocabatur in dubium, an dicta constitutio haberet locum in illis, qui ante legem illam fuerunt ingressi monasterium: ideo pro illa dubitatione ponit hunc titulum.

- VI. *Vt non luxurient contra naturam, neque iurent per capillos, aut aliquid huiusmodi, neque blasphemant in Deum.*

Peccata contra naturam, & blasphemix contra Deum, & iurament.

ramenta per membra Dei, per hanc legem prohibentur: contra facientes, vltimis suppliciiis puniuntur. de hoc xxij. quæst. j. ca. si quis per capillū. De prima, de vit. & heneft. cler. c. vt clericorum, de exceſ. præla. c. clerici. & xxxij. q. vij. ca. flagitia. De ſecunda parte extra de maleficiſ. c. ſtatutus.

VII. *Vt liberti de cætero aureo non indigeant annulo, & vt priſtiniſ reſtituantur natalibus. Et de celebratione dotalium instrumentorum in libertis mulieribus facta, ex hoc ipſo etiam nuptias legitimæ fieri, & filios ſuos: ſi nuper etiam ancilla fuerit, & ipſam liberam eſſe celebratione dotis, & nuptias legitimæ: & qui ex ea proceſſerint ſuos.*

Dominus manumittens ſeruum ſuum denuntiat eum ciuem Romanum. Et ius aureorum annulorum, & regenerationis, ex ipſa manuſſione manuſſus conſequitur: patrono iure manuſſionis per omnia reſeruato: niſi ab eo fuerit remiſſum. Tunc enim ius patronatus in hoc ſibi reſeruatur, vt ei reuerentia debeat. Et ex certis ingratitudinis cauſis licet in ſeruitutem reuocare. Item liberti & libertæ pro ingenus quo ad nuptias reputantur. Et ſi dominus cum propria ſerua matrimonium interuenientibus inutilibus instrumentis contrahit: ipſa, & ex ipſa nati, liberti efficiuntur, de quo etiam in authent. ſed nouo iure, C. de nup. quæ ſumpta eſt hîc ex §. ſin. De prima parte expeditur vſque ad §. ſi quis autem. dixi ff. de iure aureo. ann. Et de celebratione, &c. In hac ſecunda parte duo dicuntur: vnum de liberta, & aliud de ancilla: & hæc expeditur infra eo. §. ſi quis autem.

VIII. *Apud quos oportet cauſas dicere monachos & Aſiſterias.*

Monachi & moniales pro cauſis eorum coram epiſcopo debent conueniri, qui diſponere debet, an per ſe vel per alios debeant reſpondere. Et ſecundum legem & ſacras regulas decet cognoscere & iudicare. Ciuiles autem Iudices talium cauſarum cognitionem non habent: de hoc etiam in authent. cauſa quæ fit cum monacho, C. de epiſcop. & cleric. hinc ſumpta. Hodie autem penè omnes ſunt exempti, & id eod. ſub Papa conueniendi ſunt, qui eſt ordinarius exemprorum, dict. authent. cauſa, vbi per gloſſ. & gl. vj. quæſt. ij. c. placuit. & de priuileg. ca. ruarum, per Inn. eod. tit. c. recipimus, & c. ex ore. & quod hodie habetur in ca. j. de priuileg. lib. vj. Aſiſteriarum autem vel Aſiſtriarum, vt quidam volunt, moniales ſunt, eod. quod inſiſtant orationibus

Aſiſte-
ria,

tionibus & ieiuniis quotidie quas vulgè appellamus Recluſa. Recluſa. ſas, ſecundum gloſſ. hîc, de quibus aliquid C. de epiſc. & cleric. dixi.

IX. *De Quaſtor.*

Officium Quaſtoris in inquirendis perſonis in vrbe Conſtant manentibus conſiſtit: & inquiretur quæ ſint, & vnde venerint, & qua occasione, & cuius ſint vitæ: validos potentes operari facere, aut expellere: exceptis valetudinariis, qui dimitti debent. De officio huius dixi ff. eod. tit.

X. *Conſtitutio qua de dignitatibus & epiſcopatu filium liberat à patria poteſt.*

Dignitas Conſulatus & patriciatuſ à patria poteſtate liberat ſola dignitatis collatione. Et generaliter omnis alia dignitas quæ à curiali fortuna liberat, etiam à patria liberat poteſtate: quales enumerantur plures in leg. ſin. C. de decur. libr. x.

XI. *De Iudicibus, & vt nullatenus cum iureiurando eligatur aliquis Iudex, & quod permanet ei, & vt appellationes accipiant modis omnibus Iudices: & vt in media lite facta forma quomodo oporteat decidi cognitionem non attendant Iudices.*

Quatuor partes habet rubr. primò de Iudicib. ſcilicet à Principe delegatis in ciuitate Romana, qui ſunt xij. octo minores & quatuor maiores: vt infra, eod. §. vetus. Et ſedet quilibet eorum in ſuo prætorio in baſilica, vt infra eodem §. ſedebunt. & hæc pars expeditur infra, eodem vſque ad §. quia verò. Permanet ei, ſcilicet vnaquæque pars permanet, id eſt, ſtatit. Et, ſcilicet quòd iudicabit Iudex, & exponatur, Permanet, id eſt, permanebit, vt præp. ſit. Aliàs eſt, Permaneat: & tunc planum eſt. Vel dic hæc, Et quod permanet ei, &c. ſuperflua, nec reperiuntur in Nonell. Azo. & hoc expeditur infra eod. §. quia verò. Et vt appellationes accipiant, & c. nam Iudex tenetur recipere appellationem, infra eodem, vt nulli iudic. §. illas, & ff. de appellat. re. leg. ſicut, & C. de appellat. l. Iudicibus. niſi in caſu, vt in præſect. præto. Orient. cui dirigitur hæc conſtitutio, qui recipere nõ tenetur appellationeſ, ſed ſupplicationibus: vt in ſin. §. noſtros, infra eod. & C. de preci. impe. offe. leg. aduerſus, & niſi in caſibus duobus qui ſunt ſuprà eodem §. audient. & aliis caſibus quos dixi ff. de appel. recip. & à quibus appel. non lic. & C. quorum appel. non recip. vide hîc gl. in §. noſtros.

ttros. Et vt in media, &c. de hoc infra. eo. §. omnis autem. ad fi. & infra eod. vt in medio litis non si. fac. form.

XII. *Vt clerici apud proprios episcopos primam conueniantur, & post hoc apud ciuiles Iudices.*

*Clericus
ubi iuri-
gare ha-
bet.*

Clericus apud proprium episcopum in causis pecuniariis conueniendus est, qui non ex scripto, & sine damno causam decidere debet. Sed si causa totalis sit, vel alia difficultas, quæ episcopum cognoscere impediatur: tunc ciuiles Iudices clerici causam decidere debent. Sed si clericus de crimine criminaliter conueniatur, tunc ciuili Iudex causam intra secundi mensis spatium decidere debet. Si vero de crimine ecclesiastico conueniatur, tunc ad solum episcopum spectat decisio. De materia huius tituli habetur in c. si quis contra clericum, de foro cothp. & t. quoniam contra. de probat. & per gl. ij. quæ alleg. l. si quis in hoc genus. in fin. ij. q. j. c. si quis cum clerico. & de re iudi. c. fin. lib. vj. fit quatenus hic tractatur de ciuili Iudice, hodie est correctum, collat. x. de stat. contra lib. eccles. §. status. & in authen. statuiamus. C. de episc. & cler. & in c. nullus Iudex. de foro cothp.

XIII. *De consanguineis, & vterinis fratribus.*

*Consan-
guineis
fratres.
Vterini.
Vtrinque
iuncti.*

Fratres consanguinei & vterini simul præferuntur, fratribus consanguineis tantum, & vterinis tantum. Sed si sint superstites consanguinei tantum, & fratres vterini tantum, ad successionem secundum leges antiquas admittuntur. Sunt autem Consanguinei, qui ex eodem patre nati sunt, quasi ex communi virilis stirpis & feminis sanguine. Vterini autem sunt, qui ex eadem matre tantum nati sunt: quasi ex solo vtero materno fratre. Vtrinque autem iuncti, qui ex eodem patre & matre genti sunt: vt hic dicit glo. & Inst. de leg. agn. iuc.

XIV. *De armis.*

Princeps arma publica fieri iubet, sed priuata fieri & vendi prohibet. Culte: los autem minores fieri & vendi priuatis permittit, vt hic. & v. q. j. §. hoc autem, & §. hoc igitur. de hoc in l. j. & in j. ff. ad leg. Iul. de vi pub. De delatione autem armorum ponitur in l. j. C. vt ar. vsus lib. xj. vbi de hoc gloss. Et quæ mala inducant bella & arma, ponit hic glo. ij.

XV. *De deposito, & denuntiationibus inquilinorum, & de suspendenda administratione panum.*

Nulli licitum est depositum, aut peritum pretium vel pensionem retinere, vel interdictionem alicui facere pœna contrâ faciendâ. immjñete circa defesi etiâ petitione. De prima parte ponit

ponitur C. de rei vend. l. officium, & l. bona fides ff. depo. & in l. si. C. depo. vbi posita est authent. hinc sumpta.

COLLATIO VII.

Tit. I *Quibus modis naturales efficiuntur sui, & de eorum ex testamento, seu ab intestato successione.*

Hic titulus differt ab alio, §. quibus mod. nat. effi. leg. quia hic generalior est, vt infra authen. vt in medio primæ col. ibi bene se habet. Item hic Imperator faciens suum exordium, naturalitatis, seruitutis, & libertatis ius ostendit: & docet quæ admodum legitimaciones sunt per oblationem curiæ & successores eorum actiue & passiuæ: de hoc Instit. de hæ. ab inre. §. ij. & Inst. de nup. §. si. & l. communi, C. de nat. lib. in cap. per tuas, qui fil. sint legi. De eorum successione ex testamento vel ab intest. ponitur in §. discretis. vsque ad fi. & in auth. ex complexu, C. de incest. nupt. & cap. cum haberet, de eo qui dux. in ma. & c. per venerabilem, qui fil. sint leg.

II. *De testibus.*

Quia vsus testium frequens est: ideo de testib. ponit. De hoc dixi ff. cod. tit. pag. 77.

III. *De immensis donationibus in filios factis.*

Si parens in aliquem, vel aliquos ex filiis immensam fecerit donationem aliis filiis legitima portio de necessitate debetur. Hoc verum in filiis gratis: ingrati vero penitus excluduntur. de hoc in l. donationes, C. de dona. inter vir. & vxor. l. ij. C. de inoff. don. & in l. donatione, C. de colla. & in authen. vnde si parens, & in l. j. C. de inoff. don.

IV. *Vt sine prohibitione matres debitorum & creditorum tutelam gerant minorum: ne que iussurandum præstent, quod non venient ad secunda vota.*

De iure Digestorum mater nõ potuit esse tutrix, nisi imperator confirmaret: vt ff. de tut. l. vlt. & de test. tu. l. iure nostro. Mater Sed iure Codicis admittebatur quæ nõ esse debitorum, aut creditorum pupilli: vt §. vt hi qui ob. per. ha. dumodo iuraret de non conuolando ad secundas nuptias, C. quãdo mul. tu. l. ij. & l. vlt. & supra de nupt. §. si verò tutela. Sed hoc iure matres debitorum
ccs

ces & creditrices ad tutelam & curam filiorum admittuntur, neque iuramentum de secundis nup. nõ sciendis exigitur: dummodo & senatuscon. V. lleiano, & omni auxilio renuntiauerint, & omnia alia adimpleuerint, quæ alij tutores facere tenentur. de hoc in authen. matri. & auix. C. de quando muli. tut. offi. de quo gl. in c. ex parte, extrã de appel.

v. *Vt exactione instante dotis prima & secunda, viro ad secunda vota migranti preponatur uxor prima, vel ex priori matrimonio filij: & ut si voluerit uxor, aut is qui pro ea dotem inscripsit, dare viro qua scripta sunt, distulerit autem vir suscipere: solus matrimonij exigi eum ab ea etiam conscriptam antenuptialem donationem.*

Si res primæ & secundæ vxoris in dotem datæ apparent, vel altera earum: illi restitui debent, & eius filijs, cuius res illæ fuerint. Aliàs autem rebus non apparentibus, tunc ille in bonis mariti potior est in iure, qui prior est in tempore: de hoc vsq; ad §. illud quoque, & expone, Filij, scilicet præponantur. Item dote promissa viro ab vxore, vel ab alio pro ea oblata & cõsignata, mulier donationem propter nuptias ex pacto interpositam de lucro perinde lucratur, ac si soluisset, de hoc in §. illud, vsque ad fi. & expone, Eum, scilicet viuum, de hoc etiam in authen. dos data. C. de dona. ante nup.

vi. *De administratoribus.*

Administrator si prouinciam durãte administrationis tempore citra principis iussione dereliquit, crimine læsæ maie. punitur. Et si administratione finita ante quinquaginta dies recesserit, anti quis pœnis punitur, de hoc in l. j. C. vt omnes tam ciui. quàm mili.

vii. *De executoribus, & hiis qui conueniuntur, & reconueniuntur.*

Dux sunt partes, prima habet, quod libellus reo porrigi nõ debet priusquam actor cautionem legitime exponat, quod intra duos menses litem contestabit: aliàs omne damnus reo conuento restituat, hac cautione xxxvj. aureos non transcendente: de hac cautione Inst. de satis, §. sed hodie, & in authen. libellum, & authen. off. ratur, C. de litis contest. quæ est iij. quæst. iij. §. offeratur. Item conuentioni & reconuentioni mox à principio coram eodem iudice fieri debet: Aliàs cauita conuentionis finita, reconuentioni fieri poterit coram quocunque iudice antiqua cessante calumnia de hoc in §. illud. j. eod. de hoc C. de senten. Aut. & consequenter. & de nup. pe. ca. j. text. & gl.

& gloss. extra de ordin. cogn. cap. cum dilectus.

viii. *De aequalitate dotis, & propter nuptias donationis, & de augmento dotis, & propter nuptias donationis, & de priuilegio dotis: quia alijs proponetur priuilegijs, ut excipiatur hoc priuilegio creditores in emptione militia: de dote remeante ad patrem, & rursus data pro eadem filia secundo viro: & de dotis collatione inope marito moriente.*

In dote & donatione propter nupt. constituenda, & augmentis earum, æqualitas per omnia seruari debet. De æqualitate dicitur vsque ad §. aliud, de augmento dicitur à §. aliud, vsque ad §. his consequens. Vbi etiam traditur, quod dotis augmentum debet verè, non si sè celebrari: de quo in authen. dos data. C. de dona. ante nup. & authen. æqualitatis, C. de pac. conuen. Item mulier priuilegijs dotalibus vri potest aduersus omnes creditores viri, etiam si eorum pecuniã res sit empta, vel refecta: exceptis creditoribus, quorum pecunia militia est empta, §. his consequens. infra eodem. de quo in authen. quo iure. C. qui po. in pig. Item dote à patre pro filia data, & in ipsius patrimonio reuerfa, non licet patri. cum filia secundo nubit, eam diminueri nisi patris substantia fuerit diminuta: tunc enim secundum eius facultates dos erit cõstituenda, §. quia verò iam, infra eodem. de quo in authen. quamuis, C. de rei vxor. act. & per Doct. & gl. C. de iure do. l. rem quam. Item, si filia cum fratribus venit ad successionem paternam, debet dotem conferre, aut tantò minus in sua portione recipere, viro existente locuplete. Viro autem ad inopiam deducto, si mulieri potest imputari, cum vir male inchoauerit vri substantia, tunc dotem conferre debet vel tantò aut minus accipere. Aliàs, si mulieri nihil imputari poterit, cur dotem non exegerit, solam actionem, licet inanem, debet conferre, j. eod. §. illud quoque, vsque ad fin. de hoc in authen. quod locum, C. de collar. & C. de bon. quæ lib. l. cum non solum. in glo. magna no. in l. ij. §. si in patris, ff. sol. matri.

ix. *De duobus reis promittendi.*

De hoc dixi ff. & C. & Inst. eod. tit.

x. *De tempore non soluta pecunia super dote.*

Exceptio non numeratæ dotis olim toto tempore matrimonij, & eo soluto intra annum, competebar: hodie verò, si matrimonium intra biennium durat, prædicta competit exceptio.

Dotis priuilegia.

Viri inopia.

ceptio, & etiam eo soluto competit intra annum. Matrimonio vero soluto ultra biennium, intra decennium dicta exceptio viro & hæredibus eius competit. Sed matrimonio post decennium soluto, si vir est maior, nullum habet remedium. Si vero est minor, tunc ei restituito datur vsque ad 11. annos à tempore nuptiarum: hæredi autem eius maiori datur annus. Sed si minor maiori vel minori successerit, quinquennium ei datur infra. De hac exceptione non numerata dotis, dicitur in l. in contractibus, in fi. C. de non num. pec. & in l. præses, C. de epi. audi. & in l. quod de sua, C. de do. cau. non numerata.

COLLATIO VIII.

Tit. 1. *Neque virum quod ex dote est, neque mulierem ex sp̄salitia largitate lucrum proprium habere, sed seruare dominium suis filijs, vel si ad secundas nuptias non veniat, vsu solo in lucro consistente. Et ut ex repudio trahentes nuptias lucrentur, aut dotem, aut ante nuptias donationem, & ipsi similiter dominium seruent filijs: vsu habente persona cogenda filios alere. Si vero bona gratia soluantur nuptia, & videantur occasione damni detinere quadam, & hac arte perimenda, quæ detinentur, filijs seruentur.*

Matrimonio soluto morte, diuortio, vel bona gratia, lucrum dotis vel donationis propter nupt. debet seruari liberis illius matrimonij quoad proprietatem, vsu fructu solo à lucrante retento: & idem quod ab altero coniugum queritur, retinetur. Siue coniuges ad secunda vota transierint, siue non, de hoc in l. generaliter, §. fin. & l. hac edictal., §. fin. & l. si quis priori, C. de secund. nup. & supra de non eli. secundò nub. §. Gregoria, & de nupt. §. soluto, & melius in authent. vxorem, quæ hinc sumitur, proposita C. de secund. nup. & in authent. si tantum, quæ sumitur ex §. fin. j. vt fra. fil. quæ corrigit dictam authent. vxorem.

I. De appellacionibus.

Differt hic tit. & supra de appel. & ille, de his qui ingrediuntur ad appel. quia primus de appel. tractat de principio appellacionis. Secundus, s. de his qui ingre. tractat de fine: hic autem incidenter positus fuit, non ex proposito, sed ex quaestione tali facta, vt in principio huius constitutionis, quæ dicitur

tur, quòd si pendente causa appellacionis compromittatur in arbitros, tempus quod ibi fuit, non nocet exercitio quod fieri habet intra annum vel biennium. supra de his qui ingred. ad app. §. j. de hoc in auth. si tamen. C. de temp. app. & in l. fin. §. illud, & in auth. ei qui. eo. tit. C.

III. *De testamentis imperfectis à parentibus in filios factis & de diuisione rerum à filiis coram parente, & de eius facultatibus facta & subscripta.*

Testamentum in scriptis imperfectum, inter liberos valet, si pater literas sciens propria manu, claris literis & indubitatis per consequentiã, non signa, scripserit liberorum nomina, & numerum vnciarum & signa rerum. Et cum ea legata, fideicommissa, & libertas relinqui poterunt: quòd testamentum primùm conditum à testatore non tollet, nisi testator expressè declaret coram septem testibus illud testamentum non valere: & secundum testamentum faciat perfectum: vel non scriptam perfectã voluntatem. de hoc à prin. vsque ad §. quia verò, vbi tractatur, quòd diuisiones bonorum liberis à parentibus factæ valent, dummodo ipsorum filiorum subscriptiones interuenierint: vel ipsius parentis subscriptione inter filios interueniente. de hoc s. de trien. & se. §. & quod sæpe, posita C. fam. etc. auth. si modò.

IV. De restitutione fideicommissi.

Differunt hic tit. & 3. de restit. & ea quæ pa. & tit. j. de restit. fideic. no. fac. quia in isto fit restituito in morte restituentis: item eorum quæ super sunt. In superiori autem fit statim, vel prout voluit testator. Item omnium excepta quarta vt colligitur, j. eo. §. nobis. in prin. Inferior autem de restit. fidei. no. dict. de quodam testamento & codicillo, in quo singularia fuerunt relicta legata, & per fideicom. fuit rogatus qui habuit, vt non alienet. Non principaliter de restituendo, sed si alienet, vt ad aliquem perueniat, vt in rubrica patet.

V. De priuilegijs dotis mulieribus hæreticis non præstandis.

Hæretici appellantur qui non sunt membrum ecclesiæ sanctæ catholicæ, & qui sanctam communionem in sancta & catholica ecclesià à sacerdotibus non recipiunt. Et priuilegia catholica tantummodo conceduntur non hæreticis, nisi fuerint reuersi ad fidem. de hoc C. de hæret. l. iij. & C. de Ind. v. l. f. Inn. c. ex literis, de priuil.

VI. De nauticis vsuris.

Hanc legem quidam non habent, & ego dixi de hac materia ff. de naut. foen. pag. 75.

VII. Hac constitutio innouat constitutionem, qua prescriptionem centum annorum venerabilibus locis dederat.

Hac constitutio, scilicet quæ est supra, vt eccl. Romana secundum Io. vt legitur in Nouel. nam dicit illam generaliter loqui in omnibus ecclesiis: & idem generaliter corrigi. Sed Accur. hic super rubr. intelligit eam tantum de Romana ecclesia, & aliis ei suppositis: vnde dicas hic fieri mentionem de ea quæ est, C. de sacrosanct. eccl. l. fina. Superior autem in eccl. Rom. &c. remanet in firmitate sua: & hoc probatur iure Canonico, extra de prescript. vigil.

VIII. De litigijs, & decima parte litis ab actore cautela prestanda.

Iste titulus habet tres partes: Primò, ponit de litigijs. de quo dixi ff. eo. Secundò ponit, & consulit reo contra actorem in præstatione cautionis de lite prosequenda & finienda, in decima parte quantitatis in libello comprehensa, si apparerit iniuste litem mouisse, in §. ad excludendas. Tertio, consulit reo contra actorem in actione seu lite prosequenda, & sententia obtinenda, etiam lite non contestata, in §. omnem verò.

IX. Vt neque miles, neque fœderatus obseruetur domui priuata, aut possessioni alicuius.

Nemo milites seu fœderatos in propria domo vel possessione retinere debet, vel occultare, vt proprijs vtilitatibus obediant. Sed intra xxx. dies ab huiusmodi legis insinuatione eos expellere debet, vt j. cod. per totum.

X. Vt diuina iussiones subscriptiones habeant gloriosissimi Quæstoris.

Iussio.

Diuina iussio debet gloriosissimi Quæstoris subscriptionem habere, qua contineatur, inter quos & ad quem iudicem & per quam fuerit directa personam. Et dicitur iussio, id est, priuilegium in quo aliquid iubet, vel concedit in fauorẽ. In commissionibus causarum forte est aliquid obseruandum secundum gl. hęc: quis autem dicatur. Quæstor, ponit hic gl. & di. ff. de of. Quæstor. & erat Quæstor, q. hodie dicitur Cancellarius: vt no. gl. C. de diuers. ref. l. fi. vbi de materia huius tituli, & Spe. de re. script. exhib. §. an igitur. ver. item quòd non est ibi subscriptio.

Quæstor.
Cancellarius.

In me

XI. In medio litis non fieri sacras formas, aut sacras iussiones: sed secundum antiquas leges generales lites decidi.

Iudices sacras constitutiones, in medio litis impetratas non debent seruare: sed secundum leges generales examinare, & iudicare. Fallit in quatuor casibus, in quibus licet lite pendente à principe sacras iussiones impetrare, quæ debent in scriptis fieri, j. cod. §. de hoc in cap. j. vt lit. pend.

XII. Vt cum de appellatione cognoscitur, secundum illas leges debeat iudicari, qua tempore lata sententia obtinebant: non secundum eas, qua postea promulgata sunt: & de alijs capitulis.

Prima pars clara est, & expeditur vsque ad §. sed hoc. Et de alijs capitulis, &c. quæ sunt quatuor: nam quinque partes habet hæc constitutio, licet multa incidenter alia dicat. Primum capitulum tractat de renuntiationibus allegationum, & dilationum, §. sed hoc. Secundum ponit causas legitimas exheredationis in §. aliud, vsque ad §. hæc autem. Tertia pars ponit, quòd hæredes, affines, propinqui, & coniuncti defuncti, & eius fideiussores non debent molestari occasione debiti defuncti, in §. hæc autem. Et sumitur inde Authen. sed nec ante, quæ ponitur super l. fin. C. de sepul. viò. Quarta ponit de eo qui constituit vel spondit pro alio obligato, in §. ad hæc, vsque ad fin. & exinde sumitur authen. si quando, C. de const. pecu. vbi de hoc.

XIII. Vt liceat matri & alijs parentibus, post legitimam partem liberis derelictam, quomodo voluerint residuam facultatem suam disponere: & alia capitula plura.

Prima pars expeditur vsque ad §. ad hoc autem, & illud. Et sumitur hinc auth. excipitur, C. de bonis quæ lib. Et alia capitula, &c. hæc expediuntur ab inde per totum. Ex §. ad hoc, sumitur authen. ite si quis, C. de na lib. Ex §. quia verò, sumitur auth. maximis, C. de nup. De materia §. quid verò, ponitur in authen. præterea, C. vnde vir & vxor. In §. quia verò, tractatur ex quibus causis permittitur celebrari diuortium, vsque ad finem.

COLLATIO IX.

Tit. De hereditatibus ab intestato venientibus: & de agnatorum iure sublato.

Hic incipit collatio nona: licet quidam habeant in constitutione superiori principium huius collationis. Et erat vsque.

Z

*Agnati
& cognati
si con-
surgunt.*

vt que ad tempus huius legis inter descendentes differentia, vt emancipati de iure ciuili non succederent, licet iure prætorio sic; vt Inst. de hered. ab intest. §. emancipati. Item qui erant nepotes ex filiabus succedebant cum diminutione: vt C. de coll. l. illam. Licet hoc etiam ante hanc legem sit correctum. §. de trien. & c. §. neque. Ex tranuersali autem cognati iure ciuili non admittuntur: sed nec iure prætorio, nisi post agnatos: vt patet Inst. de succ. cog. in prin. Omnes ergo prædictæ differentia, & alia si quæ sunt, hac constitutione tolluntur. Et hodie hoc modo succeditur: Res intestati recipit gradus inferiorum, qui si defuerint, subit hinc gradus anteriorum: Cum patre succedant fratres ab vtroque parente. Nec tamen hos comitatur avus patre deficiente: Fratres ex vno, fratres remouent ab vtroque: Illorum soboli bona deferimus patruo. Post fratres, sobolemque suam, quo quenque priorem Nouæis esse gradu de iure scias potiore.

II. *Vt sponsalitia largitas specialis sit contractus:
& de diuersis capituli nuptiis propriè.*

*Sponsali-
tia lar-
gitas.*

Sponsalitia largitas dicitur hic improprie, id est, donatio: proprie enim diceretur quod donaret sponsus, sed hoc fit ad recompensationem dotis, vt hic subiicit. & §. de æqua. dot. §. j. De hoc in auth. eo. decursum, C. de don. ante nup. Et dicitur specialis contractus, quia per se contractus est, vel quia habet in se aliquid speciale: nã cum alia donationes exigant inscriptionem, si fiant vltra quingentos sol. Inst. de do. §. alia: & hæc eadem etiam olim exigebat, C. de donat. ante nup. l. fin. §. similiq; modo, nisi esset minor fœmina, C. de donat. ante nup. leg. minoribus, tamè hæc hodie nõ exigit, & sic aliis nõ connumeratur, id est, non assimilatur in hoc. Item nec in hoc: quia illa est simplex ob causam. ff. de donat. lege in donationibus simplicibus. Sunt & alia capitula plura, de quibus hæc constitutio tractat, quæ non curio prosequi: quia istud esset legere constitutionem.

III. *De alienatione, & emphyteusi, & locatione, & hypothecâ, & aliis diuersis contractibus in vniuersis locis rerum sacrarum.*

De hoc dixi §. de non alien. Et de eccl. re. immo. non alie. de hoc per Dost. in l. sancimus, C. de sacrosan. eccl. & in toto tit. extra De re, eccl. non alie.

IV. *Vt iudices non expectent sacras inssiones, sed
qua videntur eis decernant.*

Iudices vt exonerent se, & ratione odij euitandi relationem Relationem ad principem facere prohibentur, sed ipsi per se debent secun- nem factum iustitiam pronuntiare. Et si fuerint duo, vel plures iudi- re principi- cës, & discordent, omnes suam debent ferre sententiam. de pi. hoc in l. Pomponius scribit, §. iij. ff. de re iud. & in leg. tuc autem, & l. duo ex tribus, eo. tit. & in l. item si vnus, §. item si plures: ff. de arbit. & C. quand. provo. non est nec l. cum magistratus. De quo de re iud. cap. fin. & ij. q. vj. ca. definitiua verb. item plures.

V. *Vt litigantes iurent in exordio litis, quia neq; promiserint
dare iudicibus, neque dabunt: & de sportulis: & vt que
iubentur referendarij compleant, & non misceant semet-
ipso causa, & per se exequantur.*

Ex hoc principio sumitur auth. principalis posita super l. ij. C. de iur. calum. quæ addit certam formam præstationis iuramenti de calûnia. Et expeditur hæc pars vsq; ad §. & hoc quocumque. vbi incipit secunda pars, quæ tractat de sportulis: de quibus dixi C. de spor. & de his habetur Inst. de act. §. tripl. Tertia pars tractat de referendariis, & quod sit eorum officium. de his dixi §. de referenda. sa. pa. col. ij.

VI. *De ecclesiasticis titulis, & privilegijs.*

Titulus dicitur dignitas, vnde Ouidius. Gratulor Oechaliam titulis accedere nostris. Item titulus, id est, scriptura quædam, C. de his qui poss. l. j. Itẽ titulus appellatur ecclesia. lxx. dist. cap. ij. lxx. di. episcopi. Et dicitur titulus canon. l. dist. cap. si quis diaconus. Item dicitur tractatus, ff. de postu. l. j. Item dicitur actio titulus, C. fam. eccl. l. non est ambiguum, Item titulus, id est, subscriptio, quæ sic vulgò appellatur. Item titulus, id est, priuilegiu: & sic accipitur hic. Et quod subiicit, Priuilegijs, expositiuè exponitur Et, pro id est. De hoc per glo. in cap. fin. de offi. archipresb. Et confirmat hic princeps sanctas regulas in sanctis quatuor concilijs expositas, & præcipit pro legibus obseruari, & sedes ordinat, & omnia priuilegia ecclesijs & veneralibus locis indulta confirmat. De hoc in cap. j. de iur. calum. & in leg. ij. C. de episc. & cler. & in authent. ibi posita.

VII. *Vt fratrum filij succedant pariter ad imitationem
fratrum, ascendentibus etiam extantibus. Et vt mu-
lieres non ininuata antenuptiali donatione non*

ladantur: non insinuans autem vir, vel si competat nuptiale lucrum eo non fruatur. Et rursus ut mulieres non secundo nubentes, dominæ sint partis sponsalitia largitatis, quantum pars facit unius filij. Et ut similes sint poena utriusque sexus, dum sine causa rationabili repudium mittatur.

Quatuor habet partes, in quibus quatuor corriguntur leges, Prima expeditur vsque ad §. illud, & corrigit l. 5. de hered. ab intest. §. si autem defunctus in fin. §. Secunda pars est, Vt mulieres, &c. in §. illud, vsque ad §. quia verò mulieres, & corrigit l. 5. vt spon. lar. in prin. & sumitur hic auct. eo decursum C. de donatio. propter nup. Tertia pars est, Et rursus, &c. in §. quia verò mulieres, corrigit l. 5. neque virum, quod ex dote §. præterea, vbi non distinguebatur. Quarta pars est, Et vt similes, &c. in §. fin. & corrigit leg. supra, vt lic. ma. & auz. §. quia verò legem.

VIII. De restitutione fideicommissi nomine familia, quod vsque ad quartum gradum locum habet: & quod familia nomine nurus etiam continetur.

Huius tituli sensum accipe ex rubrica: & ponit tantum de vno testamento in quo multa sunt disposita: & de quodam codicillo. de hoc dixi 5. de rest. fideicom.

IX. Vt nulli iudicium liceat habere loci seruatorem, nisi certis causis diuina concesserit iussio.

Regulariter nulli licet loci seruatorem vel similes per prouincias mittere. Fallit, si diuina iussio emanauerit ex causis incertis: de quib. 7. eod.

X. Vt differentes iudices audire interpellarium allegationes cogantur ab episcopis hoc agere: & vt quando in suspicionem habuerit iudices, pariter audiat causam & ciuitatis episcopus. Et de cautela alia quam omnino oporteat episcopum agere.

Episcopi debent iudices ad iustitiam faciendam compellere, aut per se aut per literas ad principem directas. Et iudice existente suspecto, adiungi sibi debet episcopus. Litigator autem principem adiens, priusquam adeat iudicem, vel episcopum, est puniendus: de hoc in l. apertissimi, C. de iud. & in cap. cum speciali, de appel. & c. si quis contra, de for. compe. Item episcopus de iniustitia iudicis, & latione subditorum iudicare debet

debet: & læso damnum facere emendari. Item in ciuitatibus in quibus sunt iudices subditi, adire debent defensore, qui inter eos debet iudicare. de hoc supra, de offic. quæst. §. si verò forsan. & extra de offic. ord. ca. irrefragabili, & viij. quæ iij. c. cum scimus.

XI.

De usuris nauticis.

De hoc habuimus 5. vnum similem titulum: & dixi C. eod. *Nautica* & tractatur in Auth. ad hæc, C. de vsur. Sed iure canonum etiam *pecunia*, in nautica pecunia est prohibita vsura: vt in ca. nauiganti, in prin. de vsur.

XII.

De interditiis collegijs hæreticorum.

Alias est, de collectis hæreticorum, & redit in idem: quia dicuntur collecti, cum collegia faciunt, quod hic prohibetur: *Collecti* dixi C. de hæret.

XIII.

De raptis mulieribus, quæ raptoribus nubunt.

Mulier rapta substantiam raptoris lucratur, nisi nupserit raptori: quo casu ad suos parentes deuoluitur, si tali matrimonio non consenserint: alias ad fiscum debet pertinere: de hoc etiam in l. raptores. C. de rap. vir. & C. de epif. & cler. leg. raptores. de hoc per Dy. in regula, scienti, lib. vj. de hac mat. in cap. fin. de rap. & lbi not.

XIV.

De collatoribus & alijs capitulis.

Dispositiones, & denuntiationes collationum per singulas prouincias, & ciuitates collatoribus fieri debent, quomodo tributa soluenda, & qua mensura: & exemplum eorum debet fieri parentibus, 7. §. hæc. Et dicuntur Collatores, qui publica vel fiscalia tributa, quæ Collationes vocantur, solunt. Et qui ista talia colligit, dicitur Exactor tributorum, vel Collector. Item executores in prouincias missi exactiones inchoare non debent, nisi prius coram prouincie præfide mandatum insinuauerint: hoc & in priuatis negotiis seruando: Et executores, seu exactores, nullam in causis priuatis executionem committere debent. Item exactores iustis ponderibus, & mensuris vti debent. De hoc vsque ad §. iubemus. Sunt & alia capitula sub hoc tit. comprehensa.

XV.

De sanctissimis episcopis, & Deo amabilibus, & reuerendissimis presbyteris, & clericis, & monachis.

De sanctissimis episcopis, & de hoc j. eod. vsque ad §. clericos. Reuerendissimis presbyteris, & de hoc j. eo. §. clericos, vsque ad §. iubemus. Monachis, de hoc dicitur j. eod. §. iubemus, vsque ad finem.

FINIS AVTHENTICORVM.

CODICIS DIVI IVSTINIANI SA- CRATISSIMI IM- peratoris repetitæ præ- lectionis



I tres libri Codicis qui sequuntur, ab aliis nouem ideò separati sunt, & seorsum positi, quia tractant de iure publico, & nunquam leguntur in scholis: ideòque eorum materia rarior, & non immeritò ab aliis segreganda, ne grauarentur rudes iuris tyrones, & studiosi: vt dicit glos. Instit. de iustit. & iur. §. fin.

Tit. I. De iure fisci.

Fiscus.

Suprà libro nono incòpit tractare Imperator de iure publico, quod est circa crimina: nunc de iure publico circa bona à fisco quærenda. Vel secundùm Azo. in summa huius tit. traditum est in præcedentibus de iure priuatorum: nunc videntur esse de iure fisci. Et dicitur Fiscus ipsa imperialis, vel imperij camera: non dico patrimonij Imperatoris, C. de quadr. præc. l. benè à Zenone, in princ. Quid tamen specialitatis habet fiscus: hoc Cæsaris & Augustæ ratione solet habere, ff. eod. l. fiscus. §. si. Et dicitur quasi fixus, id est, firmus: quia semper est diues, & soluendo, ff. de fund. dot. l. ij. Vel dicitur fiscus, id est, faccus, de quo in gloss. in l. prouincijs, §. fiscus, infra de numerat. & actu. lib. xj. Et differt hic titulus ab illo, de priuill. fisci. quia hic de speciali iure & communi, quod habet fiscus, dicitur, de communi infra, l. j. ij. & iij. de speciali dicitur in l. prohibitum. Alibi autem de communi tantùm. Item hic titulus est generalis ad omnes sequentes.

De

II. De conueniendis fisci debitoribus.

Debitor debitoris non potest conueniri à fisco, nisi principali discussio. Differentiam autem in conueniendi debitorem inter fiscum & priuatum glossa tangit hic, & melius in l. j. §. quando fisc. vel priuat.

III. De fide instrumentorum, & iure hasta fiscalis, & de adiectionibus.

De instrumento facto vel omisso in contractu fiscali dicitur infra l. ij. & iij. Et de iure hasta, &c. id est, venditione quæ fit *fiscalis*. subhastatione, quando fit à fisco, id est, venditio, quæ facillè conuelli non debet: vt §. de remis. pig. l. si hypothecas. Et quod adiectionibus subiicit, dicitur infra l. si tempora.

IV. De venditione rerum fiscalium cum priuatis communitum.

Ratione partis fiscus potest vendere totum: de hoc supra, de com. rer. all. j. & in l. res, §. j. ff. de iure fisci. quæ est notabilis ad hanc materiam.

V. Ne fiscus rem quam vendidit euincat.

Rubrica continet summarium eius, quod dicitur in nigro.

VI. De his qui ex publicis rationibus mutuum pecuniam accipiunt.

Qui aurum fiscale mutuo sumpsit sine principis licentia, & qui dederit, poena tenebitur: de qua infra l. ij.

VII. Poena fiscalibus creditores præferri.

Licet in contractibus fiscus præferatur aliis creditoribus: quia ad debitorem peruenit pecunia: sed si est creditor fisci ex delicto, certè aliis eius creditoribus ex contractu fiscus non præferatur, vt hic dicitur.

VIII. De fiscalibus vsuris.

Ex mora poenæ non accedunt vsuræ, de hoc de magi. conuen. l. si. & ff. de vsur. l. cum quidam, §. fiscus. & de iure fisci. l. si fiscus.

IX. De sententiis aduersus fiscum latis retrahandis.

Si sententia lata est contra fiscum, potest reuocare intra triennium, si non interuenerit præuaticatio, vel fraus. Si verò hoc interuenerit, etiam post triennium: de quo hic est bona & subtilis glossa.

X. De bonis vacantibus, & incorporatione.

Bona vacantia dicuntur hæreditatis iacentis, quæ nondum est

adita, quia nullo modo habet heredem, de quo infra eod. ieg. vacantia. Talia bona vacantia spectant ad fiscum, non ad ciuitates etiam priuilegium habentes: & si occupauerunt, ab eis auferuntur infra l. j. de hoc ff. de iure fisci. l. j. Sunt tamen quedam personæ, quæ præferuntur fisco, quas ponit infra leg. j. §. legitimo. Et si res fisco deferatur, primò debet solemniter examinari per procuratorem Cæsaris. Secundò incorporari cum a uoritate procuratoris fisci: de quo in l. si quando, & ibi gloss. & l. si. infra eod.

XI. De delatoribus.

Deferre.
Iniustus
delator.

Dixi de bonis vacantibus, nunc de eorundem bonorum delatoribus. Et not. quod Deferre dicitur multis modis. Primò, id est, qui aliquid affert: vnde dicitur, hæreditas defertur: vt §. de Carb. edict. l. ij. Item accusare de quolibet crimine: vt C. ad le. Jul. repet. l. iubemus. Item bonorum nuntiator, ff. de diuers. temp. l. intra. & ita hic. Item deferre scilicet honorem: vt §. de episc. & cle. l. presbyter. Hic autem ponitur pro delatore bonorum iniusto, vel iusto. Et est iniustus ratione personarum, etiam si prober: vt infra l. si. Item prohibentur aliqui deferre propter honorem, vt clarissimi. Item veterani. Item milites propter honorem stipendiorum. Item propter sexum, vt mulieres. Item propter damnationem, vt qui sustibus cæsi sunt, & in opus publicum damnati sunt. Item in metallum damnati sunt. Et differt hic titulus ab illo infra de his qui se defer. quia ibi se, hic alios deferunt.

XII. De petitionibus bonorum sublatis consuetudine Gregoriana.

Fiscalia
bona.

Quidam rex. habent Bonorum, & tunc dic, de petitis, id est petitionibus. Aliàs deest, & tunc pone Petitis materialiter: vel subaudi rebus, siue bonis. Et tractatur hic, quomodo bona quæ deferuntur in fiscum nemo potest sibi impetrare: & quòd concessio facta ad petitionem alterius, non valet: Secus si fieret motu proprio principis, infra l. j.

XIII. De his qui se deferunt.

Dixi §. de delatoribus, quando alius defert alium: hic quando seipsum. Nam qui grauatus est restituendo non capaci, si se deferat, lucratur tertiam: vxor verò defuncti non capax se deferens, lucratur dimidiam; infra eo. l. j. & in l. edicto, §. cum autem. ff. de iure fisci.

XIV. Si liberalitatis imperialis socium sine hærede decesserit. Inter socios imperialis liberalitatis, factæ etiam inter viuos est

est locus iuri accrescendi, etiam post dominium vtrique quæsitum. Et dicitur Socius liberalitatis imperialis, cui communiter aliquid ab Imperatore donatum est. Nam si talis sine hærede relicto decesserit, ad consortem potius solatium, quam ad personam aliam pars decedentis perueniat, infra val. l. vna.

Socius:
imperia-
lis libe-
ratis

XV. De thesauris.

Inter cætera iura fiscalia est & thesaurus: idè de hoc. Nam quærere thesaurum proprio loco omnibus licet. In alieno vero suo nomine minimè licet. Et si thesaurus inuentus fuerit à fortuna, inter inuentorem & dominum diuiditur: de hoc dicitur Instit. de rer. diuisio. §. thesauros, & in l. ij. §. si in locis, ff. de iure fisci. & quid sit, ponitur ff. de acqui. rerum dom. l. nunquam, & ff. de exhib. l. thesauros.

XVI. De annonis & tributis.

De alio iure fiscali dicit. & dic, de annonis & tributis, id est, de tributo, quod præstat pro annona militum, & ve quorum. Vel dic, annona in speciebus, tributa in pecuniis. Nam datur annona in speciebus, tributum in auro, & argento, & ære. Et dicitur Tributum, quidquid tribuitur, sed specialiter quod principi datur. Et est sciendum, quòd tributum aliud est capitis, ff. de censib. l. si. aliud agrorum, infra eo. l. j. & vtrunque Italici & quibusdam aliis remittitur. ff. de cens. l. j. §. de episcop. & cleric. l. de his. Et secundum tributum capitis est, pro mare integer aureus, pro fœmina medius aureus, ar. de cens. l. fin. & j. eod. l. fin. Nomine prædij præstatur quantitas frumenti vigesima in partibus non remotis, j. de suscep. l. modios, pro singulis libris argenti quinque præstantur aurei, j. de pretio quod thes. infer. l. j. Et differt hic tit. ab illo §. de anno. & trib. quia ibi de his quæ pro salariis dabantur officialibus, hic fisco. Item ab inferiori proximo, vt ibi not.

Tributū.

XVII.

De indictionibus.

Dixi supra titulo proximo de duplici munere patrimonij, vt no. in l. indictiones, supra tit. j. Nunc prosequitur de altero, scilicet, de indictionibus, id est, eo quod personis pro matrimonio imponitur: dicta Indictio, quia indicabatur prouinciis per singula lustra, auri primo, argenti secundo, æris tertio lustro: vt in Authen. de collat. in prin. & in fin. & ex ea fit connumeratio indictionis, quæ fit hodie in instrumentis: de qua per gl. in c. inter dilectos, de fide instr. Et vocatur hoc tributum, indictum. infra l. j. quia ultra ordinarium canonem qui rebus imponitur,

Indictio.

ponitur, ei præstatur per singula iustra. Et ponit hic glos. qualiter sit connumeratio annorum domini per diuersas sectas: dicitur in ea. xviii. De superindictio.

Differt à proximo tit. quia ibi propter fertilitatem, vel propter aliam publicam utilitatem, vel necessitatem: hic quando aliqua prædia erant deserta: vt in authen. de collat. §. si verò aliquando. Ab hoc excusatur ecclesia: vt supra de sacrosan. eccl. l. placet. & l. silentarij. Et in sacris militans, vt infra de silent. l. j. & de apocryphis, l. iij. & j. de execu. mu. l. maximarum. & de canone sac. lar. l. si præceperit. Sed Secundum Plac, Superindictum dicitur, quod propter fertilitatem inducitur, vel necessitatem publ. extraordinariè, non per iustra: Indictio autem vel indictum quod per iustra: vt supra titu. prox. de hoc Bald. in l. fi. C. sine cen. & reg.

xix. De exactoribus tributorum.

Dixi quæ tributa præstanda sunt, & à quibus: nunc qualiter, & per quas exiguntur, qui dicebantur Ducenarij, quia ducentos exigebant: vel quia ipsi tot erant numero: vel Centenarij, siue Sexagenarij: quod expone, vel supra habetur: & alia nomina prout diuersificantur officia. infra de apo. pub. l. pen. & supra de iure fis. l. prohibitum, & l. super creandis. & publicani. ff. vi bon. rap. l. ij. §. publicanus. & Opinatores. vt j. eod. l. missi. Et in prouincijs pertinet ad rectorem prouinciæ tributa exigere, l. in fiscalibus. j. eodem.

xx. De superexactoribus.

Superexactores dicuntur, qui vltra quàm debetur nomine tributi exigunt: & tales tenentur in duplum, & propter consuetudinem capitaliter puniuntur, j. l. j. & debet restitui protinus ei, à quo exactum est: de quo in l. si bene, ff. de vsur. & in l. fi. ff. quod metus causa.

xvi. De capiendis & distrahendis pignorum tributorum causa.

Qui fiscalibus debitis per contumaciam satisfacere differunt, eorum res distrahantur post duos menses à die captio-nis, ff. de re iudic. l. debitoribus. Item seruatur solemnitas, de qua §. de fide instrumen. & iure hactè si l. j.

xxii. De apochis publicis, & descriptionibus curialium & contribucionibus cuiuslibet.

Apocha soluenti datur. Antipocha suscipienti, vt dicitur gl. & §. de fide instr. l. plures. & §. qui pot. in pign. l. penul. Et tractatur hic

Superin-dictu.

Ducena-ry.

hic qualiter debet fieri apocha de recepto à thesaurarijs, vel susceptoribus, & descriptoribus, scilicet bonorū quæ vocatur Extimum: quas faciunt principes cogentibus diuersis motiuis: vnde & illud: Exiit edictum à Cæsare Augusto vt describeretur, &c. Et illa debet fieri per singulos ordines, id est, per omnes homines, magnos & paruos, j. l. j. omnes enim soluere debent: vt §. de anno. & trib. l. in fraudem. Et de contributionibus, id est, tributorum solutionibus, quas faciunt tributarij curiati: ad quod §. de suscep. l. susceprores presentibus.

xxiii. De canone largitionum titulorum.

Istam rubricam expone: id est, de regulari præstatione tributorum, quæ fiebat per scriptores. Largitiones enim ea dicuntur, quæ prouinciales fisco largiuntur, & dependunt. Et dicuntur tituli: quia specialibus titulis. i. literis breuibibus: vel chartis leguntur: vt §. de conuen. fis. de. l. fi. & §. de ann. & tri. l. iij.

xxiv. Ne opera à collatoribus exigantur.

Collatores, id est, prouinciales qui tributa præstant, ad operas aliquas non tenentur: nam nec balnea præfidibus succedere sunt compellendi, §. ne trib. lau. præst. l. j. nec bestias eorum commodare. j. vt rust. ad mil. off. l. ij. &c. quod prosequere, vt hic in gl.

xxv. De immunitate nemini concedenda.

Si officialis alicuius proficitur immunitatem, scribendo alicquem immunem sua autoritate, illius supplicium flama est, j. l. j. nec prodest immunitas talis, vt j. de cen. l. j. & §. de ann. & tri. l. in fraudem, & j. de agri. & cens. l. immunitati.

xxvi. De conditiis in publicis horreis.

Omnia quæ in horreis condita sunt, id est, reposita, debent prius & ante omnia expendi, vel dando militibus, vel vendendo: & antiqua consumi, quàm aliquid tagatur de fructibus nouis: nec frumentum nouum prius vendi, nisi antea vendatur vetus. Item species in horreis publicis depositas nullus debet in suam utilitatem conuerrere.

xxvii. Vt nemini liceat in emptione specierum se excusare: & de munere * scyroma.

Quando urgente necessitate famis, vel guerrarum cõparationes frumenti, vel ordei, aliarumq; specierum prouincijs indicuntur, nullius possidentium excusatio etiã priuilegiata auditur. Item si Respublica habet granũ, vel aliud ad vendendũ, omnes debent emere: nec aliquis excusatur, licet ei necessariũ non sit. De secunda parte istius rubricæ nil habetur in nigro: sed

Contri-butio.

Largitio-nes. Tituli.

* Vile hic Alciati qui legit Sicotomia

sed in l. ij. ff. de vac. mun. & de admi. re. ad cui. pert. l. fi. §. item responderunt Scytomas. Vbi gl. dicit, quia Scytoma est munus publicum: unde Scytomæ, qui id munus gerunt: & forte sunt Scutarij, scyos enim pellis vel corium dicitur: unde Scuticæ & scuta quæ non sine pellibus sunt, secundum Fest. quod ex eo conicit licet: quia text. in d. l. fi. §. item rescripserunt, dicit, Scytomas qui non segniter officio suo functi sunt, immunes esse debere. & in l. ij. ff. de va. mu. ait, Sextum decimum ætatis annum agentem ad munus scytomæ vocari non oportet.

XXVII. De collatione donatorum, vel releuatorum, aut transfuratorum, seu adaratorum.

Si tributarius non potest vti fundo, prout in censum descripti: quia chaimate pro parte perit, vel vites aridæ sūt: ille qui præstet censum, releuat: vt ff. de cen. l. forma. Ante tempora ergo Antiochi quædam erant releuata prædia, aliqua erant donata, vt nihil soluerent: aliqua adærata, vt aliquid æris soluerent: aliqua translata in alium. Vnde Antiochus fecit quod omnia talia soluerent certum quid pro præterito & futuro: quod Valentinus hic confirmat, vt dicit gl. j.

XXIX. De collatione æris.

Releuata prædia, Donata, Adarata.
Pro ære potest solui aurum tanti valoris, intellige quando **Æris col latio.** Resp. ex hoc non læditur: vt no. ff. de solu. l. Paulus. Collatores ergo qui in vno lustro æs soluebant: possunt dare aliquid pro ære, scilicet aurum: quod licet carius sit, tamen facilius dant, Inst. de act. §. huc. Vnde statuitur, vt pro xx. libris æris soluant vnum solidum: id est, vnum aureum. Inst. de pæ. tem. l. iii. §. fi.

XXX. De discussoribus.

Discussor. Multis modis dicitur Discussor. Primò, qui inquit publicos debitores & redigit in scriptis: vt hoc tit. l. ij. Secundò, qui statuit rerum pretia, ne vendantur nimis, §. de ind. l. nullus. Tertiò, qui inquit, & examinat facultates aliquorum pro imponenda collecta, j. de censib. l. per æquatores, & ita potest intelligi l. j. huius tituli, & de eius officio loquitur j. de tut. & curat. illa. l. j. Quartò dicitur qui de certis agris quatunt colonos, & inquirant an sint idonei: vt j. l. fi. tem est operis discussor, §. de diuer. iud. l. sancimus. Aliàs dicitur Concessor, qui terret homines prætextu publici officij dixi ff. de concessi.

Concessor.

XXXI. De decurionibus, & filijs eorum: & qui decuriones habentur, & quibus modis à fortuna curia liberentur.

Decurio à decem dicitur, ff. de verb. sign. l. pupillus, §. decuriones, vt dixi ff. eo. tit. & differunt à curialibus: quia Curialis genus, Decurio speciet: vt d. l. pupillus, licet Py. dicit non esse inter eos differentiam, arg. §. de incest. nup. l. cum ancillis, & §. de epis. & cler. l. si quis presbyter. Item no. quia decurio habet honorem & onus. Honor, quia non torquetur, etiam finito decurionatu, & de quæstio. l. nihil. Item datus curiæ decurionum naturalis, sit legitimus: vt §. de nat. lib. l. quoniam. De onere constitat. Quibus modis autem liberentur ab eo onere vel fortuna, ponit l. fi. & hodie consiliarij ciuitatum, dicuntur Decuriones: vt dicit gl. super rubr. hic, quam not.

Decurio.

XXXII. Si seruus aut libertus ad decurionatum aspirauerit.

Libertus qui non habet ius annulorum aureorum, nec est restitutus natalibus, Decurio factus, cum pœna remoueat ad curiam, j. l. j. Item si seruus scierit patitur se ad decurionatum vocari, remouebitur tantum, j. l. j.

XXXIII. De prædijs curialium sine decreto non alienandis.

Decuriones non possunt vendere bona immobilia sine decreto iudicis: aliàs non valet venditio, & emptor perdit pretium & restituit rem cum fructibus, infra l. j. & hoc ideo, vt Resp. diuites curatores habeat, quales sunt decuriones, infra l. j.

XXXIV. Quando in quibus quarta pars debeatur ex bonis decurionum: & de modo distributionis eorum.

De prima parte rubricæ tractatur in l. j. & ij. & dic, Quando & quibus: scilicet, quando es hæres, non curialis: vel quando curialis, sed non in totum. Et quibus debetur, scilicet curialibus, j. l. ij. in princip. De secunda parte tractatur in l. fi. & aliquid in l. ij. scilicet qualiter distribuatur, d. est, diuidatur inter curiam & hæres, dic vt ibi.

**Decurio-
nū bona.**

XXXV. De imponenda lucratiua descriptione.

Olim curialis non poterat vendere, sed donare: sic l. fin. §. tit. ij. & quando donabat, fuit imposita vna capella, quod ille qui percipiebat ex donatione, vel alio titulo lucratiuo, deberet soluere quatuor siliquas, & ista est descriptio, quæ imponitur titulis lucratiuis. Hoc præmissis, Imperator dicit, quod ista descriptio imponitur possessionibus tantum, non honoribus, id est, mancipijs si alienentur, nec alijs rebus mobilibus. Item nõ habet

habet locū in contractibus qui fiunt inter ascendentes & descendentes, in alijs autem sic. Et est differentia inter hunc titulum, & supra proximum: quia in superiori tit. quarta totius rei datur curia, hic quatuor solidi tantum. Item illa quarta de omnibus rebus, hic de noualibus tantum: vt in prin. huius. Itē de tit. successionis tantum, hic de quolibet etiam inter viuos. Per quā apparet, quod quandoque vtraque descriptio concurrat, scilicet quando succeditur curiali ab extraneo.

xxxvi. De *præbendo salario.*

Rubrica interpretatur re ipsam melius tamen dixisset, de nõ præbendo, vt patet j. l. vna. vel quia præstatur consentiente principie. de hoc ff. de decre. ab or. l. ambitiosa.

xxxvii. Si *curialis relicta ciuitate rus habitare maluerit.*

Omnes curiales reuocantur ad ciuitatem & ad curiam: & locus in quo in iure habitant publicatur, j. l. j.

xxxviii. De *municipibus & originarijs.*

Muni- Municipis est genus, Originarius est species: vt not. glo. in l. ciues, j. tit. prox. Est ergo municeps propriè qui subit munera, siue ibi natus sit, siue non: sed hodie etiam qui non subeunt, ff. ad mun. l. j. Et dicitur Originarius ab origine patris, non sua. j. cod. l. filios, & ff. eod. l. assumptio, §. j. vel secundum Azo. sua etiam: vt j. cod. l. origine.

Originarij.

xxxix. De *incolis, & ubi quis domicilium habere videtur.*

Et de his qui studiorum causa in alia ciuitate degunt.

Superiori titulo de originarijs, id est, de his qui contrahunt municipatum origine. principaliter dixit: vt patet per omnes leges illius tituli. Nunc generaliter qualiter isto vel alijs modis. Est autem Incola, qui in aliquo loco habitat: dictus incolā, id est, valde colens prouinciam in quam se contulit, vt pote cum propter eam aliam reliquit. de quo multa vide per glo. in l. ciues, j. cod. vbi ponitur differentia inter Municipem, Incolam, & Ciuem. De secunda parte, habes in l. ij. & per Bart. in l. lex Cornelia, §. domum. ff. de iniur.

Incola.

xl. De *muneribus & honoribus non continuandis inter patrem & filium: & de interuallis.*

Continuatio honorum & munerum impeditur inter patrem & filium. Sed neque propterea excusantur perpetuo: idē dicit de interuallis, de hoc in c. ad extirpanda, de fil. presby.

De

xli. De *muneribus patrimoniorum.*

Munus tribus modis dicitur: vno domum: secundò ohus, vt hoc tit. tertio officium. sic s. tit. prox. de verb. sign. l. munus tribus. & l. inter donum, & l. munus propriè, & l. pupillus. §. munus. Item munus aliud personale, aliud patrimoniale, & aliud mistum. Personale est, quod fit cum solitudine personæ. Patrimoniale, dispendio rerum: Mistum ex vtroque prodit, ff. eo. l. j. & l. fi. in princ. & §. patrimoniorum, & §. mista, dixi aliquid ff. de mu. & hon. & vide hic gl. super rubr.

xlii. *Quemadmodum ciuilia munera inducuntur.*

Ciuilia munera dicuntur omnia (vt s. tit. j. l. j.) in quibus inspicitur persona eius, qui imponit munus, vel inducit, quod habeat illud officium: vt s. de iure fil. l. super creandis. & de decur. l. ij. **Ciuili.** Secundò inspicitur quod est j. l. fi. Tertio persona eius, cui indicitur: Quarto, origo natalium: Quintò, facultates: Sextò, cōsuetudo, ff. de mun. & hon. l. honor. §. de honoribus. Persona, vt sit habilis, vel non excusetur. Origo, vt h. onores ingeniorum nõ deferuntur liberto. s. ad leg. Jul. Viti l. j. Facultas, vt sit sufficientis muneris adiunctus. Item septimo, vt potiores eligantur, ff. de decur. l. honores. Et octauò, quod dicitur j. l. ij. Nonò, quod dicitur j. l. j. Decimò, quod j. l. pen. In personalibus hæc considerantur: sed in patrimonialibus non omnia.

xliiii. De *his qui sponte munera subeunt.*

Dixit de cogendis, nunc de spontaneis. Et dicas, quod immunis sponte decurionatum suscipiens, omnia munera decurioni iniungenda subire cogitur, nisi pacto iuuetur: vt infra eodem l. j. Sed aliud munus suscipiens in alijs non præiudicat: vt infra. l. ij.

xliii. De *his qui à principe vacationem acceperunt.*
Titulus est clarus.

xlv. De *vacatione publici muneris.*

Dicitur est s. quod à solo principe concedatur vacatio: hic quaeritur, nunquid concessa aliquid opereretur. Et dic Munus aliud Publicum, quod in administranda. Republ. sine titulo digoitatis subimus, ff. de mun. & honor. l. honor. §. j. Aliud Priuatum, quod etiam publicum est quo ad quid: vt Institu. de excus. tut. in princ. Et dicitur, quod vacatio simpliciter concessa non porrigitur ad munera ordinaria. Et dicuntur Ordinaria, quæ imponuntur lege, senatusconsulto, & constitutione principis. Alia dicuntur Extraordinaria, de quibus infra de mul. & in quo loco, l. ij.

Munus pub.
Priuatū.
Vacatio.

De

XLVI. De decretis decurionum super immunitate quibusdam concedenda.

Sicut decretum super multis aliis imponitur, vt super alienatione prædiorum curialiu, & super eligendo syndico vel actore, ff. quod cuiusque vni. l. nulli, vel alio officiali, §. de decur. l. ij. Item super salariis medicorum, & magistrorum liberalium artium, ff. eo. l. ij. Item super bannis & statutis, ff. eo. l. fin. Ita & super immunitate concedenda, vt hic.

XLVII. De excusationibus munerum.

Quibus casib. excusatur a munere. Casus ponit, propter quos quis excusatur. Et est excusatio, alicuius iustæ causæ allegatio, propter quam arctari non debet ad subeunda munera, ff. de vac. mu. l. j. responso. Et distinguitur, quia excusatio aliqua Temporalis & Personalis: vt §. de va. mu. l. his qui. & l. honoris. §. j. Alia perpetua, ff. de vac. mu. l. pen. in prin. Item alia Plena, cum a muneribus tantum personalibus excusatur, non autem ab honoribus. Plenior, cum etiam ab honoribus, non à principalibus, ff. de va. mu. l. ij. §. qui patrimoniorum, & l. pen. §. duo. Pleniissima, quando à quibusdam patrimonialibus excusatur, ff. eo. l. his honoribus. §. angarias. & de muner. & hono. l. fin. §. pen. Sed ab omnibus aliquem excusari non meminit Py. se legisse, cum etiam Imperator, & Augusta quædam talia subeant: vt infra de quibus muner. l. ij. & supra vt in empr. spe. l. j. sed eligitur, ff. de iur. immut. l. semper, §. licet, & infra de pri. cor. qui in sa. pa. l. ij. & infra de profes. l. medicos.

XLVIII. Quibus muneribus vel prestationibus nemini liceat se excusare.

Hic titulus differt ab eo §. de imm. ne conced. quia ibi specialiter de immunitate tributorum: vel ibi ostendit, in quibus casibus specialiter immunitas concedenda sit: hic autem generaliter, in quibus non poreit aliqua excusatio opitulari.

XLIX. Qui ætate vel professione se excusant.

Quidam habent hic, Qui ætate, & c. alij qui professione, & infra in l. manifesti, habetur, qui ætate. Sed certè professio sola non excusat: sed ætas sola. Nam studentes habent immunitatem à muneribus personalibus vsque ad xxv. ann. infra l. j. & liberantur à personalibus muneribus: non autem patrimonialibus, infra l. ij.

L. Qui morbo se excusant.

Hic perperuo, vel ad tempus excusat, prout temporalis, vel perperuus, ff. de excu. tut. l. non solum, §. si. & ff. de va. mun. l. pe.

De his

LI. De his qui numero liberorum, vel paupertate, excusationem meruerunt.

Hic titulus & superiores non superfluum ad titulum §. libri Codicis: quia ibi quo ad tutelam solum, hic quo ad munera. De prima parte rubricæ loquuntur omnes alix leges, præter legem cum facultates, & lege eos. quæ tractant de secunde parte.

LII. De professoribus & medicis.

Professores dicuntur doctores qui profitentur & docent scientiam, siue Romæ sint, siue in patria, habent excusationem, ff. de vac. mun. l. eos qui. Nisi doctores legum, qui tantum Romæ docentes excusantur, ff. de excu. tut. l. sed & reprobari, §. si. Poëtæ autem nulla immunitatis prærogatiua iuuantur, j. l. ij. nec Geometrii, j. l. oratione. nec etiam qui primas literas docent, ff. de vac. mun. l. ij. §. fin.

Posta.

LIII.

De athletis.

Athletæ dicuntur, qui sine mercede virtutis gratia pugnant, ff. de infam. l. athletas in sacris certaminibus, & j. leg. j. & fiebat approbâre principe ad quod ff. de polli. l. Græca, quæ incipit, Honoris gratia. Cõsuetudo erat & adhuc est, quod quando fiebant torneamenta, vel hastiludia, & similia: quod ei, qui se melius habebat, imponebatur signum victoriæ aliquid super caput: vt dicit hęc gl. Et si quis fuerit ter coronatus iustè non prece, debet habere immunitatem. Hinc est, quod scholaris ter examinatur: de quo in l. magistro, §. tit. proxi. & Doct. in c. propofuisti, de probat.

Athleta.

LIV. De his qui non implatis stipendiis sacramento soluti sunt.

Quomodo milites sacramento teneantur, dixi aliquid ff. de test. mil. & de re mil. & not ff. de infal. l. j. §. milites. Et de missionibus eorumdem honesta, causaria, & ignominiosa, alibi dixi: & habetur ff. de re mili. l. milites, §. missionum.

Lv. Quibus muneribus excusantur hi, qui post impletam militiam, vel aduocationem, per prouincias suis commodis vacantes commorantur. Et de privilegiis eorum. Et de conductoribus vectigalium ssci.

De primis partibus rubricæ nigrum non tractat, sed tantummodo de conductoribus vectigalium, & sic de vltima parte. De prima parte tractat quædam constitutio Græca.

A a

Do

LVI. De libertinis.

Dixi ff. de sta. ho. sed hic tractatur de obsequio ciuitati debito. Sed §. de lib. & eorum liber. dicitur de obsequio debito patrono; & sic non superfluit hic tit.

LVII. De infamibus.

Hic tit. differt à tit. §. de infam. quia ibi de causis infamiae: hic de iure infamium: & sic non superfluit. De hoc dixi ff. qui. ex caus. infam. interrog.

LVIII. De reis postulatis.

Pendente processu criminali non potest quis ad honores vocari. facit ff. de mun. & hon. l. reus delatus. & in c. fi. de accu.

LIX. De his qui in exilium dati, vel ab ordine mori sunt.

Quia missi in exilium infames fiunt, sicut & damnati sunt: ideo de his. Et est triplex exilium, vt dixi ff. de interd. & releg. l. exilium.

LX. De filiis familias, & quemadmodum pro his pater teneatur.

Qualiter filius obligetur honoris reddita ratione: & pater pro eo teneatur, qui consentit decurionatui filij existentis in potestate. Secus si erat emancipatus.

LXI. De periculo successorum parentis.

Onus dignitatis quæsitæ filio per patrem transit ad hæredem. facit ff. de mun. & hono. l. si filium, §. idem scripsit. de quo ff. de coll. bon. l. j. §. sed nec castrense. & ibi per Bar.

LXII. De mulieribus, & in quo loco munera sexui congruentia vel honores cognoscant.

Mulier in loco domicilij mariti subit munera personalia: patrimonialia verò in loco, in quo est patrimonium: & de hoc j. de digni. l. mulieres, & in l. filij, §. vidua, ff. ad munic.

LXIII. De legationibus.

Legatio est personalè munus: vt ff. de ma. & hon. l. j. §. j. & l. fin. §. legati. & dicitur Legatus, qui à ciuitate vel principe mittitur ad principem, vel ad alium: vt hoc tit. Alias legatus dicitur Proconsul. ff. de offi. procon. l. obseruandum. §. j. & l. fi. Alias Legatus Ecclesiæ ad papam, vt in Authen. de sanct. epif. §. si verò episcopus, col. ix. & in l. diem, ff. de offi. a. l. f. Nobilium autem dicuntur Nuntij, vel Missi: vt hic gl. rubri.

LXIV. De excusationibus artificum.

Differt à tit. §. de profes. & med. quia ibi de liberalib. artificibus

ficibus, hic de his, qui tantum operatione manuum excusantur docentes, non discentes. vt not. j. l. j. & scripti in breuius cuiusque ciuitatis, non autem omnes, vt j. l. j. in prin.

LXV. De prioribus ad munera nominandis.

Qui excusantur dixit: nunc qui subire debeant. Vel dixit de excusatis quibusdam, nunc de aliis, quando alius est prior.

LXVI. Si propter inimicitias creatio facta fuerit.

Creatio facta de aliquo propter inimicitias facit aliquem, si vult, posse appellare: de hoc Inst. de excu. tur. §. item propter. fam. §. de decre. decur. l. fi.

LXVII. De sumptum recuperatione.

Electus qui habet excusationem recuperat sumptus, quos facit in lite ab eo qui eum nominauit. facit ff. de vac. mun. l. j. §. sed si calum. & ff. de decur. l. j.

LXVIII. Si post creationem quis decesserit.

Onus subeundi munera non transit ad hæredes mortuorum patre.

LXIX. De tabularijs, scribis, logographis, & censualibus.

Qui scribunt prædictos nominatos ad honores, & munera, Tabularij, & tributa soluta, sunt Tabularij, qui faciendis publicis instrumentis præsent in singulis ciuitatibus: hi quoque nominantur Librarij. Librarij: vt hic, & ff. de regul. iur. l. librarij. & Tabelliones, vt Tabellio in Auth. de tabu. & Catholiciani: & sic potest accipi §. de bon. prof. l. si quis, §. si, licet alio modo ibi exponant. Alias Scribæ Catholiciani dicuntur, quia circa principem, vel alios magnos indices actis gestis que conscribendis deputati sunt. hi quocunque modo vocantur Scriptores, Notarij Libellenses, Memoriales, Pragmaticales, Epistolares, Exceptores, C. de appel. l. præcipimus, & lege in offerendis. Logographi sunt, qui publicis rationibus describendis deputati sunt & dicuntur à γραφή, quod est scriptura, & λόγος, ratio, quia rationes publicas scribunt: hi quoque Numerarij appellantur, j. tit. j. l. duobus: plerunque tamen vnum pro altero ponitur. Item Censuales, qui scribunt censum, vt hic, & lege quicunque. Sunt & alij, vt j. cod. l. fin. & C. qui po. in pig.

LXX. De susceptoribus & præpositis, & arcarijs.

Differt à tit. §. de exact. tribut. quia illi ab inuitis, hi à sponte soluentibus: Vel, alius est exactor immediatus à collatore, alius

susceptor, qui suscipit ab exactore, vt hñc. qui per quoddam medium dicitur à collatore suscipere, j. l. diu. & l. modios. Et sunt Præpositi, qui præfunt susceptoribus, qui accipientes ponebant in arca, vel horreo publico. j. eod. l. ij. sub custodia Arcarij, qui arcæ claues tenebat: de quibus j. l. duos, & l. fi. non vt dia tenerent, j. l. diu. sed quamdiu habeant, quod competenter mittatur. arg. ff. de adm. tut. ita Auth. de quo vide gl. infra co. leg. j.

LXXI. De ponderatoribus, & auri illatione.

Ponderatoribus auri, id est, qui ponderibus publicis præfunt quos Græci Zygostatas appellant, vt j. l. ij. creditur, & statur in his, quæ improbant vel approbant. Auri autem illatio, dicitur aurum illud, quod infertur à collatoribus, vt lancibus, vel libramentis librarum appendatur.

LXXII. De auri publici persecutoribus.

Susceptoribus non licet pecuniam acceptam sine licentia in massam redigere: & habita licentia non debent hoc retardare, tales dicuntur persecutores auri, id est, decoctores.

LXXIII. De his, quæ ex publica collatione illata sunt, non usurpandis.

Differt ab illo j. de his qui ex publ. ra. acquir. quia ibi de accipiente, hic de dante. Nam pecuniam publicam non potest quis dare mutuo, vel alio titulo, vel in suam utilitatem aliter conuerrere.

LXXV. De auro coronario.

Aurum coronarium dicitur, quod confertur ad coronationes principum: vt ea quæ in templo pendencia à Tio & Vespasiano sublata sunt. Vel dic, quod dabatur athletis: & hoc præstant Iudæi ex consuetudine, j. de Iudæ. l. Iudæorum. & facit j. de statutis. l. in nostræ: & l. fi.

LXXV. De irenarchia.

Irenarchæ sunt, qui corrigendis moribus præficiuntur: vnde est personale munus, ff. de mun. l. fi. §. irenarchæ, maxime in sedandis discordiis, vt j. l. j. §. & in comprehendendis latronibus vt j. de cust. reo. l. diuus. & dicuntur quasi arcentes iram: quia iræ sumendæ in turbatores publicæ quietis & pacis gerant monarchiam, secundum gl. hic.

LXXVI. De argenti pretio quod in thesauris infertur.

Pro argenti summa quam quis inferre ærario vel thesauris tenetur, potest aurum inferre: ita quod pro singulis libris argenti, quinque florenos inferat.

Tit. I. De nauicularijs, seu naucleris publicas species transportantibus. Et de tollenda iustralis auri persecutione.

Nauicularij tribus modis dicuntur, Primò facientes naues. Secundò pro his qui maiorem partem suæ substantiæ posuerunt in mercantia nauium. Tertio pro his, qui ducunt naues. Ne ergo rubricæ possit esse dubitatio, apponit de naucleris, vt intelligat solùm de ducentibus naues. Natura enim dictionis siue, est, vt licet verba disiungat, sensum ramen coniungit, vt duo pro eodem ponantur: vt ibi Alexander siue Paris, vt no. in simili in l. penulti. de in litem iuran. Sunt autem Naucleri, qui annonarias species à susceptoribus vel præpositis accipere in prouinciis, & Romam, vel ad castra, vbi erant milites deferre debebant: & sic dicitur seruire annonæ vrbis: vt j. l. iij. & ff. de iur. immul. semper, §. negotiatores. Et tales portantes res publicas habent plenam securitatem in eundo, & redeundo, infra. l. j. De iustralis autem auri persecutione nihil habemus in nigro.

*Sine, di-
tio.*

II. De pradijs & omnibus rebus nauiculariorum.

Hoc intelliges vt j. tit. prox. in rubr. & omnes res eorum sunt huic oneri subiectæ, quocumque etiam res ierint, quasi quadam fraude, j. l. j. & ij. ideo de his.

III. De nauibus non excusandis.

Naues quæ sub nomine & titulo alieno excusantur, publicantur. j. l. j. & ij. & in liubemus, C. de sacrosanct. eccle.

IV. Ne quid oneribus publicis imponatur.

Quæ cogit nauam ad suscipiendum aliquid ultra onus, tenetur à remendationem damni quod inde sequitur, & criminaliter punitur. j. l. j.

V. De naufragijs.

Quia quandoque per onus priuatum contingit naufragium: vt j. tit. j. ideo de hoc. & dicitur Naufragium, quasi nauis fractura: à nauē, & frango, quia plerunquē nauis frangitur dum naufragium committitur. Et quia lex huius tituli de consuetudine non obseruabatur, ideo Fridericus fecit auth. nauigia. C. de furt.

*Nauis-
fractura.*

Metal-
larij.

VI. De metallarijs & metallis, & procuratorib. metallorum.
Naufragium contingit sæpè per pondus metalli: idèd de his. Vel, dixit de transuentione & naufragio. nunc qui ea transmittant. Et quia metalla pretiosiora sunt, de metallarijs, qui ea inferant, & procuratoribus qui ea exigunt atque custodiunt, de què ipsi metallis videamus. Et de procuratoribus dicit infra l. cum procuratores. In alijs legibus dicit de metallarijs, & metallis. Et sunt Metallarij homines liberi, licet sint ascripti ad illud munus, vt inde discedere non possint, §. l. fi.

VII. De murilegulis, & gynaciarijs, & procuratoribus Gynacij, & de monetarijs, & bastagarijs.

Murile-
guli.
Conchy-
legul.
Gynacia
rij.
Moneta-
rij.
Lintera-
rij.
Bastaga-
rij.
Holoba-
rus.

Supra titu. prox. in l. per annos, dixit de Aurilegulis: nunc de Murilegulis. Et sunt qui legunt, id est, colligunt murices, id est, pisces, ex quorum sanguine tingebatur sacra purpura, §. eo. si quis noui. Sic Conchyleguli, qui legunt Conchylia: vt §. l. fi. & omnes erant serui palatij. Itè Gynaciarij, qui panos texunt & faciunt, inferendo sericum & aurum, & sic faciunt auratas paragaudas, vt dicit hic gloss. §. l. iij. & v. Vnde Gynecium locus est, vbi hæc fabrica: vt §. tit. j. l. j. Sunt & Monetarij, vt §. l. j. & Baphij, §. l. iij. Linterarij, §. l. si quis. Item sunt procuratores Gynecij §. l. pen. Item Bastagarij, §. l. quod ad præfens, hi omnes erant serui & artifices palatij Principis: nec inde poterant eximi, nisi certo modo. §. l. si quis. Tereat. in Phor. Vbi in Gynecium ire oportio.

VIII. De vestibus holobaris, & auratis, & de tinctione sacri muricis.

Foliatu.
Paragan-
di.
Fabrici-
ses.

Dixit de officialibus pannorum, nunc de ipsiis pannis: & est holobarus, vestis quæ tota deaurata est, ab holon, quod est totum, & baros aurum. Et differt à sequente, scilicet auratis: quia de optimo auro, quod in vulgari foliatum, in legibus obriatum dicitur, vt §. de vete. nu. po. l. fi. sed ibi de quolibet auro: vel hic tota erat vestis aurea de optimo, ibi de aurata similiter in totum. Est & alia vestis, quæ aurum habet tantum in paragaudis, id est, broctis, vt infra l. j. De tinctione dicit l. iij. & iij.

IX. De fabricansibus.

Est tēpus belli, & pacis, in procc. Instit. pulchritudo vestium tempore pacis: vt §. tit. j. pulchritudo armorum tēpore belli, vt hic. Fabricices ergo sunt, qui publica arma faciunt in publicis fabricis, & nō alijs. Et dat primicerio qui reponat in publicis armamentis: vt in Auth. de ar. Et dicitur hic Faber strictè, alijs poni

ponitur pro omni ferri percussore: vt ff. ad leg. Rhod. de iac. §. j. Alijs etiam pro tignario ff. de verb. sign. l. ferri. §. fin. Sed in Auth. eo. dicuntur Fabricifici & Armificatores, qui hic dicuntur Fabricices. Et nō quod priuato nō licet facere; viderè, emere, vel transferre arma, sed habent cultellos paruos: vt in Authen. eod. dixi. & multò magis fustes & lapides, licet & hæc arma dicantur: vt ff. de verb. sign. l. armorum. de his gloss. in c. si iudex laicus. de senten. ex com. lib. vj.

X. De veteris numismatis potestate.

Dixit de fabricatione armorum: nunc de fabricatione monete: & dic quòd Numisma, & Aureus, & Solidus auri, idem est: vt hic supra de sport. l. ij. & in Euangelio. Cuius est imago. Cuius pondus erat tale, vt lxxij. facerent libram auri: vt supra de suscep. l. quoties. hoc numisma, siue moneta, tantum sicut olim de auro: vt infra l. fin. & effigies Principis erat. infra leg. j. & vsufructus veluti gemmarum poterat largiri in eis. ff. de Auri pō-
dus.
vsufruct. l. numismatum & qui hanc falsant puniuntur: vt infra lege si. Hodie verò cum concessione Principis fit à Regibus & ciuitatibus etiam de ære: non tamen à priuato, supra de fab. leg. ij.

XI. Nulli licere in franis, & equestribus sellis, & in balteis, margaritis, & smaragdos, & hyacinthos aptare: & de artificibus palatinis.

Satis clarus est, & dicuntur Equestres sellæ ab equo. In balteis, id est, cingulis, & videtur hic poni pro cingulo equi vel pectorali, quæ quasi cinguntur. De palatinis artificibus ponit in §. nulli, vsque ad fin. vbi loquitur de facientibus istas species sic ornatas.

XII. De Classicis.

Quidam habent in rubrica, de classicis, id est nauibus paratis ad bellum, vt sunt galeæ. Alij etiam habent classicis, id est hominibus ascriptis ad classes ducendas. & hæc plus placet Bar. quia istè liber principaliter tractat de hominibus conditionatis, ascriptis alicui muneris.

XIII. De curialibus vrbis Romæ.

Decuriones à muneribus excusantur: vt supra de suscep. l. fin. & maximè vrbis Romæ decuriones: & differt. à tit. de Decur. quia hic speciale.

XIV. De priuilegijs corporatorum vrbis Romæ.

Corporatus dicitur, qui in corpore aliquo scribitur propriè, sicut quodlibet membrum hominis corporatū dicitur & cuius rati-
factus

factus vel incola. Et sunt priuilegiari vt plebei à tributo capitis excusentur. *§. de ca. ciui. cen. l. j. & facit §. de Alex. pri. l. vii. xv.* De *pistoribus.*

Pisiores. Pistorum dicuntur mancipia facientia panem palatij: sic *§. de fr. verb. const. l. j.* Hi substant comiti horreorum, vt hic dicit: & in omni tempore de eis ius dicitur: vt supra de *fer. l. publicas,* & conueniuntur secundum *P. sub comite rerum priuatarum,* id est, procuratore *Cæsaris:* vt *§. vbi caus. fisc. l. si quis, & l. dominicis.*

xvi. De *suariis & susceptoribus vini, & ceteris corporatis.*

Suarij. Suarij dicuntur Porcarij. qui custodiunt porcos ciuium in pascuis: vt *§. l. j.* De susceptoribus autem vini nihil in nigro dicitur: sed de eis dicitur *§. de suscep. l. modios.*

xvii. De *collegiatis, & chartopatri, & numularis.*

Collegiati. Dixit specialiter de quibusdam collegiatis: nunc generaliter. Et dicuntur à collegio, vt priuilegiati à priuilegio: & idem dicitur Chartopatri, quod eorum nomina scribuntur in charta vel matricula patriæ, quasi in patriæ charta descripti infra numerum. Sed si qui sunt supra numerum, non gaudent priuilegio. *§. §. quod autem.* Vel dicuntur Chartopatri, id est, qui gaudent in patriæ secundum Græcos. Dicitur enim apud Græcos, patria, apud Latinos patria. Vel dic tertio, vt in si huius legis.

xviii. De *studiis liberalibus urbis Roma & Constantinopolitana.*

His duabus ciuitatibus tantum legitimum sit studium, non aliam, nisi ex priuilegio: vt in *proce. ff. §. hæc autem tria.* Hodie imperium est scissum, & studium multis locis sit, maxime *Bononia.* Bononiæ, quæ legalibus studiis obtinet monarchiam: de hoc in *cle. j. de mag.*

xix. De *honoratorum vehiculis.*

Honorati. Honorati erant quidam, qui habebant priuilegia, vt intrarent secretarium principis, & aliorum iudicum, & sedendi in consultationibus. *§. de offic. diu. l. ij. & ij.* Vel ponitur pro his qui habent dignitatem siue administrationem, de quibus in *Authen. vt in ordin. præf. quod in idem recidit.* Et his licet vti vehiculis dignitatis, id est, carrucis, si volunt. *§. l. j.*

xx. De *priuilegijs urbis Constantinopolitana.*

Constantinopolis. Vrbis Constantinopolis ipsius veteris Romæ prærogatiua gaudet: ista appellatur noua Roma, vt *§. de sac. san. eccl. l. omnium.* Est ergo mater legum: vt in *Authen. vt Rom. eccl. in princ.* Item eius

eius consuetudinem sequitur supra, de *ver. iur. enuc. l. j. §. fin. & Inst. de sac. l. §. fin.* Item mater fidei erit ecclesia illius ciuitatis, supra de *fac. sanct. eccl. l. fin.* Sed tempestate nostra Diis indignantibus, aduersoque astro, incuriaque Principum catholicorum in manus (miserum) perfidissimi Turcæ, cum dedecore & terrore Christianæ Reipub. interitu ac pernicie deducta. Dij bene vertant.

xxi. De *Metropoli Beryto.*

Berytus & Tyrus ciuitates in prouincia Phœnicis, & Syria, supra, qui ætate *l. j.* quarum vna erat ante Metropolitana, nunc sit & alia. Et dicitur Metropolis matricia ciuitas: nam componitur ex *μάτρης* quod est mater: & *πόλις* ciuitas. Et inde Metropolitans is dicitur, qui ei ciuitati sacerdotio præest, quem canones, Metropolitanum appellant.

Metropolis.

xxii. De *canone frumentario urbis Roma.*

Certus canon, id est, mensura in frumento singulis annis mittebatur Romam, *§. de sacrosan. eccl. l. placet.* Et appellatione Frumenti omnia quæ ad victum sunt necessaria accipiuntur. *§. de suscep. l. modios, & §. l. ij. in princ.* Et in publicis horreis Romæ imponebatur. *§. de cond. in pub. hor. l. j. & ij.*

Frumentarium.

xxiii. De *frumentario urbis Constantinopolitana.*

Cum qua prouidencia deferatur frumentum, dixit *§. titul. j.* nunc qualiter delatum expendatur. Quod enim in vna vrbe dicitur, & in alia intellige, supra de *priuileg. urb. Const. quinimo idem in horreis publicis aliarum ciuitatum, supra de cond. in pub. hor. l. ij.*

xxiv. De *annonis ciuilibus.*

Annona ciuiles, id est, salaria, non dantur pro titulis dignitatis, puta quia doctor, sed pro meritis, vt quia bene legit, & sati facit illi officio, ad quod præpositus est.

xxv. De *mendicantibus validis.*

Quia mendicantes reficiuntur publicis annonis, de quibus est dictum: & debet hoc fieri scilicet verè medicantibus, non fictitijs: ideo de mendicantibus validis, id est, robustis, quos Spanaldos vel Galiotas vulgus appellat, secundum *gl. hic:* qui mendicare non debent, ne miseris, & verè debilibus panem auferant: vt hic, & in *Auth. de quæstor. & v. q. v. non omnis: & lxx. distinct. c. j. & gloss. super Matth. iustius feceris, si iniuste pentemem correxeris, quam si ei dederis.*

Spanaldi Galiotas.

xxvi. De *nautis Tyberinis.*

Nautis Tyberina dicitur, quæ nauigat in flumine Romano

conuocando Romam, vel extrahendo ad castra.

xxvii. De frumento Alexandrino.

Primo confirmat salarium, quod præfectus Orientis statuerat quibusdam officialibus præpositis ad congregandum frumentum in ciuitatem Alexandrinam, & ad tuendam substantiam nauiculariorum, quæ erat obnoxia Reipublicæ. Secundo prohibet ad aliud officium vocari decuriones. De hac ciuitate Alexandria, dic vt dixi ff. de offic. iuri. Alexan. pag. 15.

xxviii. De Alexandria primatibus.

Alexandria dicta ab Alexandro magno, cui plurimum fauor in iure, putà in alimentis, vt s. titul. j. Item & habet iurisdictionem, vt supra de offic. iurisd. Alex. Item eius primates id est, decuriones, habent immunitatem purgandi fluminis Nili, vt hic.

xxix. De iure Reipublica.

Quomodo accipiat Respublica ponit gloss. in corpore, de hæred. & sal. in prin. dixi supra de iure fisc. pag. 213.

xxx. De administratione rerum publicarum.

Parum esset ciuitatem habere iura, nisi essent qui ea administrarent: vt ff. de orig. iur. l. ij. §. post originē. Et hi eliguntur per decuriones conuentos per magistratus, vel per ipsos magistratus eliguntur: vt supra de decur. l. ij. & de suscep. & arc. l. ex actores. & ff. ad muni. l. Lucius. Et sic, alius est magistratus, qui iurisdictionem exercet, alius Administrator, qui temporalia gerit: vt hic. & ff. eod. per totum.

xxxi. De vendendis rebus ciuitatis.

Administratores, de quibus tit. prox. vendunt res ciuitatis. Et talis venditio pura & perfecta non debet à Repub. reuocari, licet per alium maius pretium offeratur infra. l. j.

xxxii. De debitoribus ciuitatum.

Debitoribus ciuitatum non possunt in eis habere honorem, nisi prius debita soluant: de quibus infra.

xxxiii. De periculo nominatorum.

Nominatores, id est, electores officialium publicorum, non tenentur pro electis, licet fideiussores non receperint, si tempore depositæ administrationis soluendo fuerint. Sed si non fuerint conueniuntur nominatores, tamen post excussos reos: quod dic vt ff. de administratione rerum ad ciuitatem pertinentium, l. prior. §. fin.

xxxiv. De periculo eorum, qui pro magistratibus interueniunt.

Sicut nominatores tenentur officialium electorum, vt s. tit. proximo: ita & fideiussores, vt hic. De hoc dixi ff. de fideiuss. & nominato. tuto.

xxxv. Quo quisque ordine conueniatur.

Administratores ciuitatis tenentur in solidum omnes, licet simul administratio sit concessa. Secus si portionibus diuisis: primo tamen gerens, secundò non gerens conuenitur: quasi vno mortuo, alij in administrando culpam commiserint, pro tali culpa hæredes mortui non tenentur. De hoc dixi ff. de magi. con.

xxxvi. Si quis liber inuitus actum Reipub. gerere cogatur.

Libera persona inuita actum Reipub. administrare non cogitur. Et dic, Actum, scilicet, seruilem, quem serui tantum ciuitatis faciebant, ff. de neg. gest. l. cum actum. Procuratio verò & officia Reip. liberis tantum conueniunt: vt s. de tab. l. generali. & sup. si ser. aut libe. l. j. & ij. Aliàs dic actum, id est, tabulariã, ad quam serui publici, id est, notarij tãtum coguntur: vt ff. de ser. Reipub. ma. l. si. facit s. de oper. liber. l. qui manumittitur.

xxxvii. Sumptus iniuncti muneris ad omnes collegas pertinere.

Si vnus ex pluribus officialibus electus expensas totius muneris supportauerit, pro rata eas repetet à collega.

xxxviii. De his qui ex officio, quod administrauerunt, conueniuntur.

Reip. debitor si reperitur minus idoneus, administrator tenetur ad sortē, quam ei mutauit: non autē ad vsuras tenetur.

xxxix. De solutionibus & liberationibus debitorum ciuitatis.

Apochæ à seruis publicis de soluto confectæ, ita demum debitoribus soluentibus profunt, si à curatore Reip. sunt subscriptæ, aut pecunia soluta in utilitatem publicam est conuersa, & non aliter: & si dolo serui publici debitor soluerit pecuniam curatori, nec in utilitatem publicam est conuersa, tenetur curator de peculio eius serui, & debitor remanet obligatus.

xl. De spectaculis, & scenis, & lœnis.

Hic Imperator permittit quibusdã, qui Gymnici appellantur, celebrare spectacula: maximè cū ipsi velint ea facere suis expensis: & dic de spectaculis & scenis referuãdis, vt hic & l. j.

*Spectacula.
Scena.*

de leuonibus poliēdis, vt j. l. fi. & sunt spectacula quæ fiebāt it̄ sceaa, scilicet in loco, vbi ludebant Tragœdi & Comœdi: vt in Auth. de consul. Vel Scena est locus, &c. vt ff. de infra. l. ij. in fi.

XLII. De expensis publicorum ludorum.

Expensæ magnæ exiguntur in prædictis spectaculis, & ludis: vt ff. de poll. l. Septimia. de quibus hic.

XLIII. De aqueductibus.

Aqueductus.

Sicut ludus, ita aqueductus populum delectant. De Cōstantinopolitanis & Romæ etiam veteris aqueductibus, dicitur publicis: & sic differt ab illo quid dicitur s̄. de ser. rus. præ. l. j. §. aqueductus. Dic ergo quod quidam homines præficiuntur ad custodiam, quibus datur priuilegium, j̄ eod. l. decernimus. & his per quorum fines trahitur: vt l. j. & certa pecunia ad hoc deputatur vt j̄ ad reparationē, & l. hac lege. nec ex eo extrahitur aqua. j̄. l. ij. & l. decernimus, in fin. nisi per locū priuatum, j. l. fi. & veteri consuetudine, j. l. vs̄um. & tunc nō ex quolibet loco j̄. eo. l. eos. Sed in casu fallit, vbi priuilegiū nihil operatur: vt j̄. eo. l. omnes. Sed quādo trahit gratis, habet j̄. eo. ti. ad reputationē.

XLIII. De gladiatoribus.

Gladiatores.

Gladiatores erant, qui publica spectacula edebant, & præsertim cruenta, quibus eror ex dimicatione gladiatorū eliciebatur, vt in torneamentis, & pugna bestiarum, tales hic reprobantur: non alia spectacula, de quibus s̄. de spec. l. j.

XLIV. De uenatione ferarum.

Leones capere cuiuslibet permittitur. Item quando feræ bestiarū capiuntur, & conducuntur per aliquam ciuitatem, vel comitatū, non debent ibidem morari vitra septem dies.

XLV. De maiuma.

Maiuma

Maiuma, ludus est qui fiebat in Maio: & sic à madio: vel sub læticia. Vel maiuma Græcè, Latine ingressus, s̄. ætatis dicitur, secundum glossam. quando herbarū frondē que virentes lætificant provinciales. In Bononia vnus reginæ, & Basilicæ.

XLVI. Vt armorum vnus infcio principe interdicitur s̄.

Nulli tribuatur copia deferendorum armorum: de hoc in Authen. de arm. & in c. clerici arma, de vi & hon. cle.

XLVII. De agricolis, & censitis, & colonis.

Agricultura.

Omnium rerum, ex quib. aliquid acquiritur, nihil est agriculturæ melius: vt Tull. i. Offi. nullaq; res vtilior fruct. aridis, qui sic colonorum labore proueniunt: ideo de Agricolis in genere, & Censitis Colonis in speciali Nam Agricola generatim

Agricola licet omnis colens agrum dicitur: de quib. omnibus dicit hic.

Et

Et sunt octo genera colonorum: Inscriptitij, Censiti, Perpetui coloni: Conditionales coloni, Inquilini, Originarij, Simples coloni: de quibus omnibus vide glo hic super rubr.

XLVIII. De capitatione ciuium censibus eximenda.

Ciues Romani habitantes in vrbē effugiunt onus capitationis. & est Capitatio tributum, quod pro capite præstatur.

XLIX. In quibus causis coloni capite censiti dominos accusare possunt.

Coloni capite censiti qui sunt, dic vt infra l. ij. & dic quod accusant dominum quando vitra debitum exigat: vt l. j. Item in publica actione prosequitur suam vel suorum iniuriam: vt j. l. ij. in fin. Dicuntur autem capite censiti, qui pro singulis capitibus censum præstant.

L. De colonis Palæstinis.

Coloni Palæstini non possunt à terra recedere, sicut alij: & eorum domiatis datur plena potestas reuocandi domum. Putabant enim hi se plus priuilegiatos, eo quod in Palæstina, que Palæstina est prouincia Hierosolymitana, natus esset Christus secundum glossam.

LI. De colonis Thracensibus.

Thracenses capitationis non præstant tributa, sed tributa Thracens. terræ: non tamen possunt à terra discedere, & occultas vel retinens colonum Thracensem, id est, ex Thracia, ipsum restituit domino cum peculio, & cum agnatione, & punitur in duabus libris auri.

LII. De colonis Illyricianis.

Illyriciani dicuntur, qui ex Illyria, id est, Sclauonia sunt: & Illyria. tales à terra separari non possunt: contra facientes reuocantur, & reuocati submituntur in vinculis.

LIII. De omni agro deserto, & quando steriles ferilibus imponuntur.

Nunc de prædijs ex quibus census percipitur. Et dic quod ager relinquitur ob sterilitatem, & quandoque datur à peræquatore vel censitore nouo possessori: vt j̄. de sun. pa. l. si quis prætoribus. Aliquando traditur à principe, infra eod. l. fin. Et quando steriles, id est, quando steriles fundi suscepti, cū fertilibus compendantur, j̄. l. v. Imponuntur, id est, adiunguntur.

LIV. De fundis limitrophis & serris, & paludibus, & piscuis, & limitaneis, & castellanis.

Quidam habent Limitrophos, Tropfos descriptio & limite l. h. id est,

Limitro-

id est,

id est, descriptis ad vsum militum, qui milites imperium custodiunt: vt j. l. j. & fi. & in quibus cessat alluuio, vt ff. de acquire. do. l. in agris. Alias est limitosis, hæc siue de nostris, siue de denicatis fundis erant. Item in limine imperij nullus debet esse castelli detentor, nisi is solus, cui per principem detentio est commissa, j. l. ij.

LV. *De pascuis publicis & priuatis.*

Prouidit fundis limitum, nunc pascuis: & tractatur hic de conducentibus prata publica, & de deuastantibus ponit l. ij.

LVI. *De fundis patrimonialibus & saltuensibus, & emphyteuticis, & conductoribus eorum.*

Tam de propriis, quam de fiscalibus dicit: cum omnes sint principis quasi proprii, ar. j. eod. l. j. secundum quosdam. Sed alij de patrimonialibus tantum dicunt. Et quidam ex his non possunt lucrari, vt constituti per Mesopotamiam. Nec mirum, quia sunt militibus assignati, j. eod. l. omnes, & l. nulli. Et saltuensibus, de his dicit l. fi. Et emphyteuticis: ad quam emphyteusim non permittitur accedere, nisi dato fideiussore: etiam si desertum accipitur, j. eo. quicumque. & s. de omni agr. deser. l. iij. Et conductoribus, scilicet personis quibus speciale ius conceditur, tam pro eis, quam contra eas, j. eo. l. iij. Et no. quod si perpetuo accipiunt, domini sunt, & ideo donant. j. l. j. nec imperator potest eis auferre, j. de loca. fun. ci. l. fi.

LVII. *De mancipiis & colonis patrimonialium, & saltuensium, & emphyteuticorum fundorum.*

Manumissio facta de mancipio fundi patrimonialis à domino, rescinditur per procuratorem Cæsaris. Et emptor fundi patrimonialis tenetur stare colono, quem si expulerit, possessione priuatur, j. l. ij. & iij.

LXIII. *De fugitiuis colonis patrimonialibus, & emphyteuticis, & saltuensibus.*

Tales coloni quocumque se transfulerint, reuocantur ad priuam culturam agrorum.

LIX. *De collatione fundorum patrimonialium, & emphyteuticorum.*

Ad quas collationes teneantur isti fundi, hic tractatur. Teneantur enim ad ea obsequia, ad quæ alij, j. l. j.

LX. *De fundis rei priuatae, & saltibus diuina domus.*

De rei priuatae, scilicet fiscalis fundis dicit, quæ res propriæ & priuatae principis dicuntur: vt ff. ne quid in loco pub. l. ij. §. item hoc, & qui tales comparauerunt propria firmitate possessionis

tionis ad posteros suos, sine quacunque retractione perpetui dominij durabilitate dimitunt, l. j. de vltima parte rubricæ ponit l. nemo.

LXI. *De fundis & saltibus rei dominicæ.*

Si quis oues, vel equorum greges, fundis aut saltibus rei dominicæ immittit, fisco illico vendicentur, j. l. j.

LXII. *De agris publicis & mancipiis dominicis, vel fiscalibus publica vel priuata rei.*

Coloni originales rei priuatae imperialis, quæ eadem est quæ & fiscalis, arg. s. de offi. co. re. pri. in rubr. ad aliquos honores vel munera ciuitatis non detocentur, j. l. j.

LXIII. *De prædiis tamiacis, & de his qui ex colonis dominicis, aliisque libera conditionis procreantur.*

Quidam dicunt debere scribi, De prædiis dominicis, non tamiacis: & probant hoc ex eo quod subiicit, Et de his qui, & c. Et volunt in lege prima dicere dominico, vel dominicæ: non tamiacæ, & in vlt. Fundos dominici iuris, non tamiaci secundum P. Sed melius est secundum Ioann. dicere Tamiacis, scilicet prædiis, in quibus sunt cellulae. Vnde Tamiacus, id est: cellerarius, vel cellularius. Tami enim Græcè, Latine dicitur cellarium, Vel aliter, Prædia empta erant, vt canonem redderet inter cellulas, secundum Ioann. Et eorum coloni dicuntur Tamiaci, id est, dominici coloni: quia dicta prædia erant imperatoris. Tamiacis dispensator dicitur thesaurorum domus, & conomus.

LXIV. *De diuersis prædiis, urbanis & rusticis, templorum & ciuitatum, & omni reditu ciuili.*

Ædificans in loco publico soluere debet debitam pensionem pro edificio, si expedit Reipub. aliàs ipsum solum cum edificio vendicatur, j. l. j. Et tertia pars canonis quæ redigitur ex fundis & locis Reipub. sufficit ad restaurationem murorum, j. l. ij.

LXV. *De locatione prædiorum ciuilium, vel fiscalium, siue templorum, siue rei dominicæ, vel priuatae.*

Prædia principis quæ in perpetuum locantur, sunt locanda diuitibus, vel aliis cum fideiussione idonea practita: & officialis prædicta negligens, debet de suo resarcire omne decrementum, j. l. j. Et à colonis perpetuis fundorum publicorum non auferuntur fundi, licet alius meliorem conditionem offerat, j. l. iij. de quo s. de fund. re. pri. l. j. §. l. fi.

LXVI. De conductoribus, & procuratoribus, siue actoribus pradiorum fiscalium, & domus Augustæ.

Conductores fundorum domus fiscalis, & alij homines dictæ domus, cum agere volunt, vel experiri, debent ordinario iure: & nulli aliorum patrocinium præstare debent, vel executionis ministerium, vt hic. Et dicit domus Augustæ adiectiue: nam de suis hominibus, non vxoris: & eius res viti dicuntur. §. de pact. l. hac generali.

LXVII. Quibus ad conductionem pradiorum fiscalium accedere non licet.

Palatini milites prohibentur à locatione fundorum Principis, vt hic.

LXVIII. De collatione fundorum fiscalium, vel rei priuæ, vel dominicæ, vel ciuitatum, vel temporum.

Præses provinciarum, & sui officiales, possunt exigere conductores dominicos: & etiam impedire fauorem curialibus Cesaris volentibus facere dictam exactionem. Et omnia prædia, ex quacunque causa ad fiscum pertinentia, à transuersione publicitarum specierum non habent immunitatem, §. l. fi.

LXIX. De privilegijs domus Augustæ vel rei priuæ, & quarum collationum excusationem habeant.

Ad extraordinaria munera, vel superindicta, etiam fiscalis possessor non cogitur, infra lege j. nullus autem alius à superindicto excusatur, excepta Principis possessione, infra lege fin.

LXX. De grege dominico.

Subtrahens equum à grege dominico, id est, Principis, ipsum restituit: & in vna libra auri punitur. Subtrahens de grege priuati punitur in media libra: à qua pena releuatur, si eum obtulerit sponte. §. l. j.

LXXI. De palatijs, & domibus dominicis.

Ædes Principi consecratæ. Id est, inelyta palatia ab omni priuatorum vsu, & communi habitatione excipiuntur. Priuatorum dixi: quia iudices in eis reddunt ius: vt §. de offi. rec. pro. uin. l. nullus. & facit §. de op. pub. l. quicumque. & de iudæ. l. in synagoga.

LXXII. De cupressis ex loco Daphnes, vel Perseidis per Ægyptum non excidendis, vel vendendis.

Emettes, vel vedettes arbores cupressi in locis hic nominatis, punitur. §. l. j. Perseis, nome loci est in Ægypto, vbi crescit cupressus

Perseis.

pressus: sicut Daphne. Et est ratio, quia continet aggeres tenentes aquam Nili, quæ opportunis temporibus inundat agros, cum in Ægypto non pluit: vt §. de Nili ag. l. j.

Daphne.

Tit. I.

De dignitatibus.

Quia ius publicum, de quo supra dixi, non potest expediti, nisi per existentes in dignitate: vt ff. de orig. iur. l. i. §. post originem. ideo de dignitatibus dicit, scilicet, qui ad eas admittantur, & reiciantur: & quæ priuilegia ex his competant, & quanto tempore durent. Est autem Dignitas, qualitas, vel præminencia quæ inhæret personæ. Et quæ sit differentia inter Dignitatem personarum, & Officium, not. in cap. de multa, de præb. & hoc per Bar.

Dignitas.

II. De Prætoribus, & honore prætorum: & collatione glebæ, & clauis, & follis, & septem solidorum functione.

De prima parte loquitur l. j. Et collatione, scilicet sublata. Et erant quædam speciales functiones, quas hic remouet: scilicet Collatio glebæ, vel follis, vel clauis, vel septem solidorum. Talis enim actio perpetuo conuiescat. §. l. ij.

III. De Consulibus, & non spargendis ab his pecunijs: & de præfectis, & magistratibus militum, & patricijs.

Olim consules creati per urbem spargebant pecuniam, quæ appellabantur Missilia. Inst. de rer. di. §. hoc amplius. & hoc in signum latitiæ: quia qui ad honores eliguntur, largius expendunt: quod hic prohibetur, §. l. ij. ne cupidus lucri populus eos sequatur, sed eorum merita. Sed etiam hodie corrigitur, & in voluntate eorum ponitur spargere vel non, præter aurum, quod soli principi conceditur, in authen. de consul. §. spargere, col. iij.

Missilia.

IIII. De præfectis prætorio, siue urbi, & magistris militum in dignitatibus exequendis.

Omnes istos dicit esse pares gradu, licet habeant dignitates distinctas: & ille præfertur, qui primò fuit electus in dignitate.

V. De præpositis sacri cubiculi, & de omnibus cubicularijs, & priuilegijs eorum.

Custodientes cubiculum principis vel augustæ, eandem dignitatem habent, quam præfectus urbi, & præfectus prætorio.

B b

& magi

& magistrj militum. Et hac dignitate deposita, nulla interest distinctio reseruata, nisi reuerentia temporis §. lege. j. poterunt tamen etiam deposita dignitate, cum vadunt extra urbem vti cingulo suae dignitatis, §. l. fi. vbi vide de cingulo.

vi. De Quaestoribus, & magistris officiorum, & comitibus sacrarum largitionum, & rei priuatae.

Officia istorum larg. §. de offi. Quaestor. cum trib. seq. tit.

vii. De primicerio, & secundicerio, & notariis.

Primicerius est is, qui primus scriptus est in matricula notariorum, & qui primum locum obtinet: Secundicerius, qui secundum: ad quod §. de domest. l. vi. Et notariis, id est, ceteris postea scriptis. Alij dicunt, Et, pro, id est. Nam idem est secundicerius, quod primicerius, secundum eos. Vel dicitur primicerius, quia primò portabat cereum in aliquo festo, & erat in dignitate, quia spectabilis, §. l. proxi. Alibi capitur pro eo qui primus est in choro, vel in cantu, absente archiepiscopo, extra. eod. tit.

viii. De dignitatum ordo seruetur.

Vsurpans scienter honorem sibi indebitum, erimine sacrilegij punitur. §. l. j. & habens dignitatem cum administratione praefertur habentibus eandem sine administratione, §. l. ij.

ix. De magistris scriniorum.

Magistri scriniorum dicuntur magistri notariorum actorum magnae curiae: quia imperiali etiam quodammodo assidue videntur maiestati: etiam dignitate finita vna cum eorum filiis à grauamine priuato & publico sunt immunes, conuocati sunt in gl.

x. De comitibus consistorianis.

Comites consistoriani sunt illi, qui steterunt in principis consistorio: & proconsulibus adaequantur, §. l. j. & sunt spectabiles, vt in Auth. de appel. & intra qua temp. §. illud.

xi. De comitibus & tribunis scholarium.

Prapositi scholarium, id est, illorum qui sunt per principem ad aliquod officium deputati, principem adorare possunt, id Palatini. est, salutare. Inter quos etiam Palatini numerantur, si eis fuerit data primi ordinis comitiua cum administratione: depositum officio, si non aspirauerint ad maiorem dignitatem, partes sunt comitibus Aegypti & diocesis Ponticae. Alij vero milites soluta militia numerantur inter eos, qui fuerunt prouinciarum duces.

xii. De comitibus rei militaris.

Missus ob suam probitatem ad partes transmarinas custodiendas, illis dignitatis insignibus adornatur, quibus proconf.

xiii. De comitibus & archiatris.

Archiatris, id est, militantes inermi militia intra palatium Archiepiscopi, si primi gradus militiam obtinuerunt, eam dignitatem recipiunt, quam duces & vicarij principis, qui nil iam administrauerunt & etiam comites primi ordinis: & dicuntur archiatris, id est, summi medici secundum gl. hic: ab archia, id est, principatu.

xiv. De comitibus qui prouincias regunt.

Comites qui gubernauerunt prouinciam deposito officio, prouinciale dignitatis vicariae funguntur. §. l. j. & talis est spectabilis, vt in auth. de appel. §. illud. Sed quidam sunt illustres: vt §. de ero. mili. anno. l. prouincialium.

xv. De professoribus qui in urbe Constantinopolitana docentes ex lege meruerunt comitiuam.

Grammatici & Sophistae & Iurisperiti qui per xx. annos scientiam docuerunt in Constantinopolitana ciuitate, per illius ciuitatis ceterum in arte docendi aestimandi sunt digni ea dignitate qua funguntur vicarij principis, §. l. j. Sed Vicarius aequiparatur comiti & duci: ergo sunt comites & duces: vt §. de comit. archi. l. j.

xvi. De silentariis, & decurionibus eorum.

Decurio & Silentarius à tyronum eorumque praestazione habetur immunis, nec praestare cogitur collectas extraordinarias quae necessariò imponuntur. Et dicuntur Silentarij Silentiosos, eo quod silenda & occulta consilia eis communicantur: et dicuntur Consiliarij, vt ff. de mi. l. verum. §. ex facto. Sed sunt excusati à muneribus, §. l. decurionibus descriptis. Et non nisi tres, Decuriones, & xxx. Senatores, ita demum si per xliij. continuos annos peregerint inculpatum officium eorum immunitatem hanc habent, vt ibi.

xvii. De domesticis, & protectoribus.

Domestici sunt serui, & liberti, & similes secundum quosdam: vt §. de his qui ad eccl. conf. §. sanè. quod non placet Accur, quia ingenui seruiunt principi: vt §. de prapo. sac. cub. l. iubeamus. §. hoc non solum. Quare dic, De domesticis, vt sunt Templarij, & quidam fratres ad papam: vt §. l. si. Protector vero est, qui stat armatus coram principe, qui Stripatores dicuntur. Vnde, Obelerius, & Belisarius fuerunt domestici & protectores Iustiniani: & tam primi quam secundi erant plures, vt Vergil.

Magna stipante caterua. Et habebat præpositos, qui Primicerij dicuntur, l. ij.

xviii. De præpositis laborum.

Laboru. Quidam habent in tex. & rubr. Laborum; nec dicunt cui labori sint præpositi: alij, Labiorum, à labiis: quod fortè corrigebant eos qui malè loquebantur de principe: & tunc melius staret labragorum, id est, præsumptuos loquentium. Vel dicit hoc laborum, Signum bellicum ex auro & lapidibus pretiosis, quod fecit fieri Constantinus inter alia signa bellica secundum Hug. & secundum hoc ponit pro genitio plurali syncopato, vt Deum pro deorum: & Vicarium pro vicariorum, j. tit. prox. l. fi. & derivatur à Labor, vel à labros, id est, abundans: qui ergo talibus signis deferendis præponebatur, dicebatur Præpositus laborum.

xix. De proximis saceruorum seriniorum, caterisque qui in sacris scvinis militant.

Proximi. Quidam habent præpositis, quod idem est: Dicuntur autem Proximi, quia magis se principi proximant, quàm alij qui sub eis sunt, qui sunt plures, j. eod. l. hac parte. Et not. quod tria sunt scriinia seu cameræ, de quibus j. dicitur: vna epistoliarum, quæ principi, vel ab eo mittebantur, vt fit Bononiæ. Secunda libellorum conventionalium, & cognitionum, j. eod. l. vl. Tertia dispositionum, id est registrarum, j. de agenti. in re. l. iij. & tales hodie dicuntur scribæ & Cancellarij: & sunt hi, secundum Pla. quib. arcana principis committuntur, j. eod. l. proximos: Et est dignitas quæ dicitur Proximitas, j. eo. l. fi. quis item alij, qui dicuntur Meloproximi, j. e. l. pecuniarij. Sunt & alij multi gradus militantium in sacris scriinijs: de quibus j. eo. l. vnicuique.

xx. De agentibus in rebus.

Agentes in rebus. Ad euidenciam præmitte, quod agentes in rebus, sunt illi, de quibus fit mentio per gl. j. de curiosis, l. fi. Et sunt hi, quib. elationum cura mandatur, vt ibi. Et erant plures diuersi per diuersos numeros: vt j. l. iij. & quilibet numerus habebat præpositum: vt s. de off. ma. off. l. j. & dicebantur principes: vt j. tit. j. secundum gl. hie. Vel dicitur melius secundum Bar. quod principes agentes in reb. de quib. j. tit. j. sunt illi, qui palmam laborum emeriti per lapsum xxv. an. per principem, postea quicquid traditi sunt, j. tit. j. l. j. & iij.

xxi. De præpositis agentibus in rebus.

De hoc s. tit. prox. l.

xxii. De principibus agentibus in rebus.

De hoc s. tit. ij.

xxiii. De curiosis & stationarijs.

Dictum est in genere de Agent b. in rebus, & eorum principibus. Nunc de duab. speciebus. Prima de Curiosis, quorum officium erat, nuntiare crimina, & remittere criminosos, j. eo. l. fi. Secunda de quibusdam qui præterant quibusdam euectionibus, vt in tribus ll. sed tales dicuntur Curiosos, fortè quia disceptauerunt de his, quæ non multùm expediunt, & plura sapere quam oporteat voluerunt. ca. j. de remi. lib. vj. vel quia maiores curas exhibere volebant, quàm res exigeret. iij. distinct. cap. denique. de cons. dist. v. ca. quinque. hi & Stationarij dicti, qui fortè stabant certo loco vnde auscultaret crimina, & criminosos deferrent, qui & Irenarchæ dicti, ff. de custo. re. l. diuus. ab Iren, quod est cauilator, & archos princeps: quasi princeps cauilationis & delationis.

xxiv. De palatinis sacrarum largitionum, & rerum priuatarum.

Palatini primicerij, & tres seriniorum primicerij, & tribuni Prætoriani militari dignitate funguntur, & nulla potest eis iniungi necessitas, publica vel priuata, j. l. p. & dicuntur Palatini, qui aliàs Vicarij: quia quodammodo gerunt vices principis, vt dicit gl. j. l. j. Et consueuerunt per prouincias transmitti: anno tamen lapso, cingulo, id est, dignitate liberantur j. l. placuit. & idem est de palatinis principis, quod de his, j. l. fi.

xxv. De stratoribus.

Stratorium, id est, stabulum. Vnde in Genesi, Rachel hoc videns posuit idola patris in stratorio cameli, & sedit super ipsum. Vnde Stratores dicuntur qui præsunt stabulis, seu equis stantibus in stabulis, vt dicit hic gl.

xxvi. De castrensijs & ministerianis.

In libro Irne. est, de castrensijs & ministerianis, qui fortè præterant castris principis ordinandis, vel metandis; & erant plures, & eligebantur de communi, j. tit. prox. qui etiam à ministerio Ministeriani dicti sunt: hi tamen Castrensijs, tantum præpositis suberant, & seruiebant.

xxvii. De decanis.

Decanus, id est, decem virorum societas secundum Hu. vel qui præest decem: vnde Decanissa, id est, vxor decani. Et quatuor ex decanis qui primum locum in ordine tenerunt per biennium, ad primiceriatum officium assumuntur: & alij in locum eorum debent subrogari lapsio biennio.

XXVIII. De mensuris.

Mensores dicti sunt, qui mensurabant moenia iuxta castrum, vel similia, ut dicit glossa in rub. §. tit. ij. vel columnarum, vel hominum. Vel sic, Mensores frumentarios: ut ff. de excu. tut. l. mensores, & ff. de iur. immuni. l. si. ut illos qui metabantur hospitia militum, ut infra de met. l. j.

XXIX. De privilegijs eorum, qui in sacro palatio militant.

Intellige in quocunque officio, ut j. l. j. ubi dicitur quod palatini à cunctis muneribus fordidis sunt immunes, ipsi & eorum filij, & nepotes: ut ibi.

XXX. De privilegijs scholarum.

Schola est, in quibus tyrones militiam addiscunt: vel est societas militum, ut infra l. si. Et magister militum non potest suos scholares Senatores verberare, vel degradare: sed istud spectat ad officium magistri officiorum, j. l. j.

XXXI. De castrensi omnium palatinorum peculio.

Id est, de militibus palatii qui principem sequuntur, ut §. tit. superiori. Sed hic circa peculium. Et tales habentes aliquod privilegium, quæcunque quæsierunt in officio morantes, ex donis principis, aut eorum industria, principe sciente, retinent tanquam castrense peculium.

XXXII. De equestri dignitate.

Equites Romani sunt, qui Romam custodiunt: nam & illi habentur pro absentibus Reip. causa, ut ff. ex quibus cau. ma. l. milites. & dic quod erant aliqui præfidentes alijs: non enim simplex militia est dignitas, ut infra tit. ij. l. fin. in princ. Et hic secundum gradum post clarissimatus, id est, consulatus, dignitatem habent: ut hic.

XXXIII. De perfectissimatus dignitate.

Dignitas erat forte ei qui erat perfectissimus miles: ad hoc non assumebatur aliquis servilis conditionis, aut sisco, aut curia obnoxius, vel pistores, vel in aliquo negotio consistentes: vel qui honorem quasi venale pretio redimere cogitabat, sed sola probitate, sic §. de episc. & cler. l. si quinquam.

XXXIV. Qui militare possunt, vel non. Et de servis ad militia dignitatem aspirantibus. Et ut nemo duplici militia, vel dignitate & militia simul utatur.

De armata militia loquitur: & de hac prima parte loquitur. j. cod. l. j. ij. iij. & iiij. Et de servis: de hoc j. cod. l. pen. & ult. Et ut nemo, de hoc infra eodem l. cis.

Nego

XXXV. Negotiatores ne militent.

Qui præfunt ergasterio, id est, negotiationi, militare prohibentur: non nobilitatis defectu, nam & libertus militat, ff. de testam. mil. l. si duobus. Sed quasi ex vili officio non debent assumi. §. de dig. l. neque. & de perfect. dig. l. j.

XXXVI. De re militari.

Miles captus ab hostibus, dum est ibi, stipendium vel salarium habere non debet, infra l. j. Et implentes stipendia militum xx annis per cohortes, munera fordida non coguntur subire, infra l. ij.

XXXVII. De castrensi peculio militum, & præfecti annonæ.

Filius in potestate militans, ob eam causam accipiens dono à patre, matre, vel alijs propinquis, vel amicis, & quæ ei militiæ occasione sunt quæsitæ in castrensi peculio numerantur. Et nos, quod res empta ex castrensi peculio, dicitur esse Castrensis: ut hic. De ultima parte rubr. nihil dicitur in tex. ut sis resæ sæpè supra.

XXXVIII. De erogatione militaris annonæ.

Erogatio dicitur distributio, id est, quid & unde habeant milites stipenda.

XXXIX. De excoctione, & translatione militaris annonæ.

Ab excoctione panis militibus præstandi nulla domus, etiam principis excusatur. Et si procurator eius cui panis eoquendus mandatur, contumaciter facere neglexerit, punitur ipse, & dominus eius si fuerit conficius, infra leg. j. Excoctores autem, id est, distributores, qui militibus annonam à provinciæ provincialibus exactam solvant, à provincialibus non petant panis excoctionem, nisi fuerit inter eos consuetudo contraria, infra l. j.

XL. De militari veste.

Canonem vestium militarium à Calend. Septembris vsque ad Calend. Aprilis Respublica soluet, infra l. j.

XLI. De metatis, & epidimeticijs.

Metati dicuntur milites, in terminis castrorum quæ castro vallo undique circumdabant: unde in Bibliis, Castrametati sunt filij Israël. & sic ponitur §. de episc. & cler. l. omnia. Sed Epidimetici dicuntur, qui supra milites sunt constituti, metentes, siue dimetentes militibus hospitia: ab epi, quod est supra, & metis, id est, metatis, id est de his qui supra milites dimetuntur, id est, di-

B b 4

uerfis

uerfis diuerfa assignant hospitia.

XLII.

*De Salgamo hospitibus non
praestando.*

Salgami. Comites tribuni, vel praepositi, militum nomine, salgami gratia, id est, culcitrae, lignum, vel oleum à suis hospitibus non extorqueant. Et dicitur Salgatum culcitra, in qua milites dormiebant, quod & Sagulum dicebatur: & ex pilis caprinis fiebat. Iuuenalis, *Dixit ab hirsuta iaculum torquere capella.*

XLIII.

De comiteatu.

Comiteatus. Comiteatus dicitur alimentum, quod à militibus, vel aliunde tempore expeditionis in castris existentibus à finitimis regionibus & locis pro cibando exercitum adducitur. Et milites à castris & signis pro comiteatu discedere non debent, nisi vsque ad xxx. vt s. de erogat. milit. ann. l. iubemus per hanc, §. vt autem.

XLIV.

De tyronibus.

Tyro. Tyro est nouus miles, qui adhuc non est scriptus inter fortissimos milites: vt ff. de testa. milit. l. ex eo. & tyrones in scholis loco semper posteriore ponuntur, infra l. fi.

XLV.

De lictorum & itinerum custodia.

Satis clarus est.

XLVI.

De desertoribus, & occultatoribus.

Desertores. Desertores milites dicuntur, qui militiam tempore belli deferentes à signis abierint, vt dixi ff. de re militari, pag. 2 15.
Occultatores. Occultatores autem dicuntur priuati homines, qui desertores recipiunt.

XLVII.

De veteranis.

De hoc dixi s. Et gaudens priuilegiis hic descriptis.

XLVIII.

De filiis officialium militarium, qui in bello moriuntur.

Officia militaria multa sunt, & varia, vt ex superioribus tit. patet: horum morientium filij in parentum militiam vocentur. infra l. j. & s. de tab. l. fi.

XLIX.

De oblatione votorum.

Fœlix annus votis communibus aperitur, id est, ex voluntate donandi Principibus: & hic dicit, quomodo vna libra auri obrizati, id est puri, dari debet: & sic de melioribus rebus dare debet, qui donat.

De

1. De numerariis & actuariis, & chartulariis, & adiutoribus. siue scriniariis, & exceptoribus sedis excelsæ, ceterorumque iudicum, tam militarium, quam civilium.

Numerari seu iuuent rectoribus in diuersis obsequiis, tormentis & carceribus puniuntur, infra l. j. & sunt Numerarij qui hodie Tabellarij appellantur: qui & Actuarij, eò quod acta publica scribunt: & Chartularij, à chartis: & Scriniarij, siue Exceptores dicuntur.

LI.

De cursu publico & angariis, & perangariis.

Cursus quandoque ponitur pro officio currendi, quandoque pro loco per quem curritur, secundum Hug. vt infra. l. ij. erant enim quidam officiales, qui praeter officio, vt facerent conduci militibus annonam & arma in plaustris, quæ ducebantur cum equis, vel in ipsis equis, §. eod. l. cursum. & s. de Fabri. l. fi. §. quoties. Angaria autem sunt obsequia, in operibus personarum. Perangaria autem in quibus vtrunque vertitur, scilicet opera personarum, & rerum impendia: vt dicit gloss. in l. neminem, C. de epis. & cleri. & glo. in ca. non minus, de immunitate. & gloss. in l. j. s. quemadmodum. civil. mun. lib. x.

LII.

De tractatoribus & statoribus.

Tractatores erant viri, qui tractabant, & contrectabant animalia publica, & equos sacro vsui deputatos: vel forte Tractatoriae dicuntur literæ datæ pro licentia vehendi animalia, vt s. tit. j. l. cursum, in fin. Vel vt licet ad tractandum vel apprehendendum criminosos impetrare, vt supra de de. §. l. j. §. j.

LIII.

De apparitoribus praefectorum praetorio, & priuilegiis eorum.

Apparitores praefectorum dicebantur, qui, & Cornicularij, qui cornua sonabant quando milites ibant ad bellum, secundum Hug. de quibus infra lege iij. & supra de offic. diuers. l. iudic. l. sciant.

LIV.

De apparitoribus praefecti urbis.

Qui administrauerunt multa officia in prouincia, officio finito principis purpuram non adorant. Item apparitor sedis vrbanae de concussione pistorum conuictus punitur.

LV.

De apparitoribus magistrorum militum, & priuilegiis eorum.

Qui in officijs magistrorum equitum & peditum militarunt, quales sunt numerarij & similes, vt §. eod. l. numerarios, mili-

Numerarij.
Actuarij.
Chartularij.
Scriniarij.
Exceptores.
Cursus.
Angaria.
Perangaria.

Tractatores.
Tractatoria.

Apparitores.
Cornicularij.

taris sunt ordinis, & gaudent priuilegijs hic inferis.

LVI. De apparitoribus Proconfulis, & Legatis.

Proconful, vel Legatus, non debet esse curialis vel aſcriptus alicui corpori: & ſi aſcriptus eſt, debet reſtitui ei. Et apparitores legatorum debent eſſe quadraginta.

LVII. De apparitoribus comitis Orientis.

In officio comitis Orientis non amplius quàm ſexcentos apparitores eſſe oportet.

LVIII. De cohortalibus, Principibus, corniculariis, ac primipulariis.

Cohortales dicti ſunt, qui officio curiæ erant coarctati & aſſiſti. Et principibus, cor. dic. vt ſuprà titul. iij. l. numeros, in fin.

LIX. De apparitoribus præfecti annonæ.

Apparitores præfecti annonæ ſunt compulſores, qui executionem canonis annonarij faciunt.

IX. De diuerſis officiis, & apparitoribus Iudicium, & approbatoribus eorum.

Diuerſi officiales, Apparitores, & Limitanei caſtrorum conueniuntur ſub officiorum magiſtro: non tamen per hoc derogatur iuriſdictioni magiſtri militum Thraciæ, vel Illyrici, qui ex conſuetudine contra eos iuriſdictionem habent, inſrà lege viros.

LXI. De executoribus, & exactoribus.

Ne apparitores, vel palatini executores per prouinciam vagando inferant prouincialibus moleſtiam: ideo periculum geſtorum per eos ſpectat ad illos quorum ſunt apparitores, vel exactores, inſrà. l. j. Exactor eſt compulſor: & exactor intra annum debet oſtendere quod exegerit, inſrà l. iij.

LXII. De lucris aduocatorum, & conuſſione officiorum, ſive apparitorum.

De lucris, ſcilicet prauis, vt inſrà l. j. & ij. De licito, dic vt ſ. de ſuffr. l. vna. De conuſſione, id eſt, de prædatione, de uictus poenam ſubeat legibus competentem, inſrà. l. fin.

LXIII. De primipilo.

Primipilarij dicuntur primi adminiſtratores: & ſic accipiunt ſ. de coh. l. ſi ſolita. & l. ordinariorum. & de epiſc. & cler. l. officiales. Aliàs, pro his qui primum pilum, id eſt, telum vel haſtam ferunt: & ſecundum Hug. poteſt accipi utroque modo.

LXIV. Publica latrocinia, vel Conſulum nuntiatores, vel inſinuatores conſtitutionum, & aliarum ſacrarum vel iudicialium

ſum literarum, ex deſcriptione, vel ab inuitis ne quid accipiant immodicum.

Lætitia, ſcilicet nuntiator eſt, & dic, quòd quando principi aliquod ſœlix nuntiant factum, vt quia Conſul eligebatur, princeps etiam mittebat eis aliquam conſtitutionem & nuntius dabat, & ſcribebat ſe dediffe. Immodicum, i. magnum: parum tamen licet accipere ab his, quibus talem licentiam portant, ſecundum gl. hic.

FINIS.

CONSVETVDINES FEVDORVM.



VI A de feudis tractaturi ſumus, videndum primò, an hic liber ſit approbatus: & procedit hæc quaerſtio in conſtitutionibus, non editis ab Imperatore. Et quòd ſic, patet: quia illæ conſtitutiones allegantur per glo. vtriuſque iuris, leguntur in ſcholis publicis, & continent in ſe rationem: & lex eſt, quicquid in ratione conſiſtit, inſrà de conſ. ponit Ioan. Andr. in c. ij. eo. tit. faciunt no. per Bar. in l. j. ff. ſi cert. per.

COLLATIO X.

Tit. I. De his qui feudum dare poſſunt, & qui non: & qualiter acquiratur, & retineatur.

EST autem Feudum, beneficium ſecularium. no. in c. in præſentia. de prob. Feudum autem dare poſſunt archiepiſcopus, epifcopus, abbas, abbatilla, præpoſitus, ſi antiquitus conſuetudo eorum feudum dare fuerit. Marchio, Comes ſimiliter feudum dare poſſunt, qui proprie regni, vel regum capitanei dicuntur. Sunt & alij qui ab itis feudum accipiunt, qui proprie regis, vel regni Valuaſores dicuntur: ſed hodie Capitanei dicuntur. ſeu appellantur, qui & ipſi feuda dare poſſunt. Ipſi verò qui ab eis accipiunt feudum, minores Valuaſores dicuntur. Et quidem antiquiſſimo tempore, domini quando voluerunt, poterant rem in feudum ad ſe datam auferre: poſtea verò conuentum eſt, vt poſt annum tantum firmitatem haberent: deinde ſtatutum eſt, vt

est, vt vsque ad vitam fidelis perduceretur: postea tamen sic progressus est, vt ad alios deueniret: in quos scilicet dominus hoc vellet beneficium confirmare.

II. *De feudo guardia & castaldia.*

Castal-
lus.

Guar-
dianus.
Oecono-
mus.

Villicus.

Castaldus, siue actor dicitur cui res domini committitur gubernanda, C. de sacrosanct. eccles. l. iubemus, circa princ. qui & Guardianus dicitur, id est, custos vt alius dicitur. Oeconomus cui gubernanda res ecclesiastica mandatur. Villicus autem dicitur, qui fructibus percipiendis præponitur: vt ff. de insti. l. sed cum villico. Et licet aliàs feudum hodie sit perpetuum: in hoc tamen feudo siue castaldia, quod datur pro mercede alicuius rei, post annum potest auferri, etiam pretio pro eo dato non restituto, nisi ad certum tempus datum sit, vt infra.

III. *Qui successores feudum dare teneantur.*

Si persona ecclesiastica facit inuestituram de feudo quod ab alio detinet, antequam sibi approprietur, non tenetur successor eius: etsi pure aliquem inuestierit, exinanitur feudum. si autem sub conditione fecit inuestituram, & è conuerso præcedente vasallo, inuestituram recusare non valet. Secus est in persona priuati, quia tunc vtriusque successor obligatur, j. si de feud. controuer. fu. c. moribus.

IV. *Si de inuestitura feudi controuersia fuerit.*

Quidam habent hoc glosatum: Vacat hoc ca. propter inferius c. de contro. feu. apud pares cur. ter. cap. si inter dominum. Nouæ inuestituræ interesse debent pares, si tamen dominus pares habeat: si autem non habet, tunc sufficient extranei, j. qui test. sint nec. ad proban. no inuesti.

V. *Quibus modis feudum amittatur.*

Cucur-
bitare.

Si dominus prælium campestre habuerit: & vasallus eum morantem in ipso prælio dimisit non mortuum, nec ad mortem vulneratum, feudum amittere debet. Irè si vasallus cucurbitauerit dominum, id est, cum vxore eius concubuerit, vel concubere se exereuerit, aut cum ea turpiter iuserit: vel si cum filia aut neptè ex filio, aut cum sorore domini concubuerit, iure feudum amittere censetur. Similiter si dominum assilierit, vel castrum domini sciens dominum vel dominam ibi esse, vel cum inimicis domini amicitias copulauerit, vel aliàs contra dominum se habuerit, amissione feudi mulctabitur, & feudum ad dominum reuertitur.

VI. *Episcopum, vel abbatem, vel abbatissam, vel dominum plebis feudum dare non posse.*

Clerici res ipsius ecclesie in feudum dare non possunt de nouo,

nouo, sed alias quas datas inuenerunt tempore sui ingressus non prohibentur: & hoc est quod hic dicitur, quæ videlicet ei subiectæ sunt, &c.

VII.

De natura feudi.

Natura feudi hæc est, vt si quis princeps inuestierit capitaneos suos de aliquo feudo, non potest eos deuicere sine culpa, similè j. de feu. sine culpa non amitt. c. j. & tit. quo tempore mil. inuest. per. deb. c. iij.

VIII.

De successione feudi.

Si quis deceaserit filius & filias superstitibus, succedunt eadum filij æqualiter, vel nepotes ex filio loco sui patris, nulla ordinatione defuncti in feudo manente, vel valente.

IX.

Qui successores teneantur.

Si quis inuestitus fuerit de aliquo feudo post mortem eius, vel si quis fuerit inuestitus sub conditione aliqua, vel tempore de quo nullus erat inuestitus: siue præmoriatur tegens feudum, siue inuestitor, siue inuestitus, inuestitor & inuestitoris hæredes teneantur inuestito, vel hæredi eius, veniente tempore vel conditione.

X.

De contentione inter dominum & fidelem de inuestitura feudi.

Si contentio fuerit inter dominum & fidelem de inuestitura feudi, per pares curiæ dirimatur, illud plenius not. j. quid sit inuestit. c. j. §. j. & j. si de inuest. inter do. & vas.

XI.

De pignori dato feudo quid iuris sit.

Si quis voluerit dicere de pignore sibi dato se inuestitum esse, non credatur suo iuramento, sed testibus idoneis paribus domus.

XII.

De contentione inter me & dominum de portione feudi fratris mei defuncti.

Si contentio fuerit inter me & dominum de portione, id est, dimidietate feudi fratris mei defuncti, dicendo patrem esse: ille verò mihi ne, siue possideo per me, siue per alium, dabitur mihi iurandum, scilicet patrem meum iure inuestitum fuisse, &c.

XIII.

De alienatione feudi.

Si clientulus voluerit partem sui feudi alienare, i. mediu sine domini voluntate, poterit hoc facere: sed totum alienare non potest: talis feudum amittet, & non valebit quod factum est.

XIV.

De feudo marchie, vel comitatus, vel ducatus.

De marchia, vel ducatu, vel comitatu, vel aliqua regali dignitate,

gnitate, si quis inuestitus fuerit per beneficium ab Imperatore, ille tantum debet habere: hæres enim nõ succedit villo modo, nisi ab Imperatore per inuestituram acquisierit.

xv. *An maritus succedat uxori in beneficio.*

Si femina habens beneficium & maritum, moriatur, nullo modo succedit in beneficio maritus, nisi specialiter inuestitus fuerit: & si ipsa femina filios dimiserit, licet de iure in beneficium matris succedere non deberent, quando non fuit dictum, vel inuestiti fuerint: quia secundum vsum regni ad beneficium vocantur paternum, & non maternum: sed secundum æquitatem, dicamus filios debere succedere.

xvi. *De feudis datis maioribus valuasoribus, quid iuris sit.*

Si minores valuasores beneficium tollere voluerint minimis valuasoribus. &c. istud totum correctum est supra de natura feu. in fi.

xvii. *Quibus modis feudum amittatur.*

De hoc dixi s. in tit. simili.

xviii. *Apud quem, vel quos, controuersia feudi definiatur.*

Dixi s. de inuestitu. feu.

xix. *Constitutiones feudi domini Lotharij imperatoris, quas ante ianuam beati Petri in ciuitate Romana condidit, obseruandas.*

Loquitur de feudis militum.

xx. *De beneficio fratris, & qualiter frater in beneficio fratris succedit.*

Frater non succedat fratri in beneficio, sed dominus habeat, nisi per inuestituram à domino ordinatum fuerit: vel vbi beneficium de communibus bonis fuerit emptum: vel vtriusque nomine, domino sciente, si in simul steterint: vel in hostem regis acquisierint.

xxi. *De feudo sine culpa non amittendo.*

Satis clarus est. de hoc dixi s. de natu. feu.

xxii. *Quò tempore miles inuestituram petere debeat.*

Nemo miles vltra annum & mensem vadat, vt inuestituram beneficij sui à filio vel successore domini sui perat: nisi iusta causa interueniente, quare non petierit.

xxiii. *De consensione inter dominum, & vasallum de inuestitura feudi.*

De hoc s. si de inuestitu. inter dominum & vasal. contro. fu.

Quem

xxiv. *Quemadmodum feudum ad filiam pertineat.*

Filia non habet beneficium patris, nisi à domino redemerit.

xxv. *Quibus modis feudum constitui potest.*

Feudum sine inuestitura nullo modo potest constitui: etiam si domino iubente quis alicuius rei nomine feudi possessio- nem nanciscitur, & teneat.

xxvi. *S. de inuestitura inter dominum & vasallum lis oritur.*

De hoc supra, hic tamen traditur forma noua.

xxvii. *De feudo dato in vicem legis commissoria reprobando.*

Feudum non sub pretextu pecuniæ, sed amore & honore domini acquirendum est: & ideo non potest feudum acquiri secundum pactum legis commissoria occasione pignoris.

xxviii. *De vsu Mediolanensium secundum quosdam.*

Non vitur hoc vsu.

LIBER II.

Tit. I. *De feudi cognitione.*

Consuetudo in feudis vincit leges. Et feudum non potest constitui, nisi in rebus soli, aut solo cohærentibus.

II. *Quid sit inuestitura feudi.*

Inuestitura proprie dicitur possessio: abusuè autem modò dicitur inuestitura, quando hasta vel aliud quodlibet corporeum portigatur à domino, se inuestituram facere dicenti, & debet fieri saltem ab eo qui habet vasallos, coram duobus ex illis solenniter.

III. *Per quos fiat inuestitura, & per quos recipiatur.*

Inuestitura fit aut de veteri beneficio: & potest etiã à minore fieri. Noui autem inuestitura feudi, non ab alio rectè fit, nisi ab eo qui legitime suorum bonorum administrationem habet. Sed etiam res cuius alienatio prohibetur, nec per beneficium dari conceditur, nisi in casibus.

IV. *Quid præcedere debeat, an inuestitura, vel fidelitas.*

Inuestitura debet præcedere fidelitatem, id est, iusiurandum quod à vasallo præstari debet domino: de quo j.

V. *Qualiter iurare debeat vasallus domino fidelitatem.*

Hic ponitur forma, quæ & xxij. questio. x. cap. de forma habetur.

De

VI. De forma fidelitatis.

Ecce alia forma.

VII.

De noua forma fidelitatis.

Itud capitulum in paucis consuetudinibus inuenitur: quia nouiter est inuentum, vt in principio ipsius.

VIII.

De inuestitura de re aliena facta.

Qui alienæ rei sciens inuestituram accipit, nisi pacto speciali sibi prospexerit, de euictione agere non poterit. Ignorans verò rectè ager, vt aliquid eiuldem bonitatis seu quantitatis ei præstetur.

IX.

Qualiter olim poterat feudum alienari.

Olim vasallus domino infcio, vel inuito, feudi partem vendere poterat, retenta videlicet alia parte: hic autem ponitur optima consuetudo noua.

X.

Quis dicatur marchio, comes, capitaneus vel valuator.

Dux.

Marchio.

Qui à principe de Ducatu aliquo inuestitus est, Dux vocatur: qui verò de marchia, Marchio. Dicitur autem Marchio, quia marchia, vt plurimum iuxta mare sit sita, à mari & archia, id est, principatus maris. Qui verò de aliquo comitatu fuerit inuestitus, Comes appellatur. Qui à principe, vel aliqua potestate de plebe aliqua, vel plebis parte est inuestitus, Capitaneus appellatur, qui propriè Valuafores maiores olim vocabântur, qui verò à capitaneis antiquitus beneficium tenent, Valuafores minores dicuntur. Qui autem à valuatoribus feudum quoddam annua, & gratuita, quæ à neutra parte transit in hæredem.

Comes.

Capitaneus.

Valuafores.

Valuafores.

Valuafores.

Valuafores.

Valuafores.

Valuafores.

XI. De successione fratrum, vel de gradibus succedentium in feudum.

Ad lineas ex transfucto non porrigitur nisi antiquum feudum, & descendentes deficientibus: vt hic, & s. de success. feu. & s. de nat. feu.

XII.

De fratribus de nouo beneficio inuestitis.

Potio fratrum feudum, etiam simul inuestiti, altero defuncto non pertinet ad fratrem, etiam simul inuestitum, nisi facta fuerit eo pacto inuestitura.

XIII.

De inuestitura, quam Titius accepit à Sempronio.

Hic est parua dubitatio.

XIII. De vasallo decrepita aetatis, qui feudum refutauit, vt filij inuestirentur.

Feudum quamuis refutatum sit, nihilominus est paternum, nisi ad hoc refutaretur, quasi de nouo ipsos bene inuestirent: intellige tamen consentientibus his ad quos per successionem est peruenturum. j. de eo qui fin. sec. agn.

XV.

De inuestitura in maritum facta.

Cùm vterque domini feudatarius vasallum se asserit, licet vnus de nouo, alius de veteri contendat: non ipse dominus iudex est, sed ordinarius, vel arbiter litigium terminabit.

XVI.

De controuersia feudi apud pares terminanda.

De hoc dixi suprâ si de contro. feu.

XVII. De eo qui sibi, vel hæredibus suis masculis, vel fæminis, inuestituram accepit.

Nota in hoc titulo potissimè, quantum sit potior masculorum, quàm fæminarum conditio. Nam masculus excludit germanam suam.

XVIII.

De duobus fratribus à capitaneo inuestitis.

Vnusquisque sibi suisque hæredibus videtur prospexisse, sic ff. de prob. l. si pactum.

XIX.

An remoueri debeant testes qui pares esse deserint.

Dic, quòd sufficit tempore inuestituræ pares fuisse, etiam si postea pares esse desinant.

XX.

De controuersia inter episcopum & vasallum.

Quicquid inter hos siue de inuestitura, siue de fidelitate, siue de principali causâ agendum est, per suam curiam est expediendum,

XXI.

De vasallo milite qui arma bellica deposuit.

Qui desit esse miles seculi, & factus est miles Christi, beneficium amittit, cum non possit facere officium, ergo nec beneficium ad eum pertinebit.

XXII.

De milite vasallo qui consumax est.

Si miles ad tertiam vocationem domini non venerit, hoc ipso feudum amittit.

XXIII.

In quibus causis amittatur feudum.

De hoc suprâ in simili titulo dixi.

XXIV.

Quæ fuit prima causa beneficij amittendi.

Hac rubrica raro vrimur, quia sub superiori continetur.

XXV. Si de feudo vasallus ab aliquo interpellatus fuerit, & dominus eum defendere noluerit.

Si vasallus, cum de feudo interpellabatur, autorem suum, id est, dominum, ut eum defenderes, vocauit, & hoc probare possit: si in eo iudicio vasallus fuerit victus, dominus sibi imputet.

XXVI. Si de feudo contentio sit inter dominum & cognatos vasalli.

Multa specialia continet hic tit.

XXVII. De pace tenenda & eius violatoribus.

Qui pacem iuratum frangit, & quinque solidos furatur, suspenditur.

XXVIII. Hic finitur Lex: Deinde consuetudines regni incipiunt.

Multa capitula continet.

XXIX. De filiis natis ex matrimonio ad morganaticam contracto.

Morganatica dicitur donatio facta uxori in recompensam virginitaris prima nocte amissæ.

XXX. De feudo sumina.

Fœminum feudum sine pacto speciali deficientibus filiis masculis ad filias pertinebit.

XXXI. Si vasallus feudo priuatur, cui deferatur.

Dic, vt in tit.

XXXII. Qui testes necessarij sunt ad nouam institutionem probandum.

Semper pares curiæ sunt necessarij ad probandum institutionem feudi.

XXXIII. De consuetudine feudi.

Dic, vt in co.

XXXIV. De lege Conradi.

Hæc lex continet, quod si inter capitaneos controuersia fuerit, coram rege finiri debet.

XXXV. De clerico qui inuestituram facit.

Clericus faciens inuestituram de suis bonis, eius successor omnino cogitur ad eam implere.

XXXVI. An mutus, vel aliter imperfectus, feudum teneat.

Dic, quod tales non possunt reuocare, quia ipsum deseruere non possunt: sicut dicimus in clerico, & fœmina & similibus.

An

XXXVII. An ille, qui interfecit fratrem domini sui, feudum amittat.

Dic quod non.

XXXVIII. De vasallo qui contra constitutionem Lotharij regis beneficium alienauit.

Si totum alienauit, perdit totum: si partem, perdet eam, & ad dominum reuertetur.

XXXIX. De alienatione paterni feudi.

Alienatio paterni feudi non valet sine domini voluntate.

XL. De capitulis Conradi.

Hæc sunt capitula quæ sequuntur.

XLI. De controuersia inter masculum & fœminam de beneficio.

Creditur masculo cum suo iuramento dicente feudum esse masculinum.

XLII. De controuersia inter dominum & emptorem feudi.

Dic vt in eod.

XLIII. De controuersia inter vasallum & alium de beneficio.

Dic vt in eod.

XLIV. Quid iuris sit si vasallus post alienationem feudum recuperet.

Hic traditur hoc ius.

XLV. An agnatus, vel filius defuncti possit retinere feudum repudiata hereditate.

Si paternum fuerit, poterit aliàs non.

XLVI. An apud iudicem, vel curiam domini, questio feudi debeat terminari.

De hoc s.

XLVII. Qualiter dominus proprietate feudi priuatur.

Si dominus apertam feloniam contra vasallum fecerit, dominus proprietate feudi priuatur: sicut vasallus feudum amitteret hoc casu.

XLVIII. De feudo non habente propriam feudi naturam.

Dic vt in eod.

XLIX. De eo qui finem fecit agnato de feudo paterno.

Finem facere, est resutare feudum.

Finem succre.

De natura successiois feudi.

De hoc 5.

LI. De prohibita feudi alienatione per Lotharium.

De hoc 5.

LII. De capiteo qui curiam vendidit, an intelligatur beneficium vendidisse.

Dic quod sic.

LIII. De pace tenenda inter subditos, & iuramento firmanda & iudicanda: & poena iudicibus apposta, qui eam iudicare & iustitiam facere neglexerint.

Dic ut in co.

LIV. De allodiis.

Allodiis.

Allodium dicitur, quod est proprium, non tamen excludit superioritatem principis. Et est res libera, de qua tamen praestatur tributum.

LV. De prohibita feudi alienatione per Fridericum.

Dic ut supra saepe diximus.

LVI. Qua sint regalia.

Regalia.

Regalia sunt ius exigendi angarias, & per angarias, quas haec constitutio exprimit quales sint.

LVII. Quot testes sint necessarij ad probandam feudi ingratitudinem.

Dic quod quinque.

LVIII. De notis feudorum.

Licet quidam habeant, De votis feudorum: tamen potius puto fore. notas siue notulas super feudis factas.

FINIS.

EXTRAVAGAN-

TES: SIVE

COLLATIO XI.

Tit. I. Quomodo in laesa maiestatis crimine procedatur.

Hanc constitutionem do. Bar. solenniter commentavit.

II. Qui sint rebelles.

Hoc titulo satis exprimitur.

Finis omnium titularum legalium.

DECRETALIVM TITVLI.



QUAE pretium est post titularum legalium pro nostra virili factam interpretationem, aliqualem saltem perfunctoriam iuris canonici, diuinarum, puta decretalium Gregor. ne compilationis, rubricarumque earumdem facere expositionem: saltem illarum quas praecedens

nostra minus contigit explanatio. Pro cuius quidem vberiori euidencia sciendum, differre inter se Constitutionem, Decretum, & Decretalem Epistolam. Nam Constitutio ecclesiastica variis nominibus nuncupatur: quandoque enim appellatur Canon, quandoque Decretum, quandoque Decretalis Epistola, quandoque Dogma, quandoque Sanctio, quandoque Mandatum, quandoque Interdictum. De quib. gl. iij. di. c. summa. Decretalis autem epistola proprie est constitutio, quam papa edidit cum consilio cardinalium, vel sine ad alicuius consultationem. Decretum vero, quando ad nullius consultationem. Constitutio autem quandoque ponitur specificè, & est proprie quod princeps statuit: ut in c. constitutio, dist. ij. Proximum huius libri primo praemittit saluationem cum nomine scribentis: ibi, Gregorius, &c. & quib. scribit: ibi, Dilectis, &c. & benedictionem: ibi, Salutem, &c. Secundo ponit exordium: ibi, Rex pacificus: in quo concludit finale intentum iuris generalis: ponens finem viatoris, id est, hominis ad quem à Deo dispositus est, allegans causam deuiationis ab hoc fine: ibi, Sed effraznata, &c. Concludens, legem necessariam ut ad debitum finem viator deducatur. Et offendit tres virtutes & proprietates legis: ibi, ideoque lex proditur, &c. Secunda pars ponit euentum circa constitutiones Ecclesiasticas correctioni submittendas: & ponit materiam, & causam impulsiuam huius compilationis cum causa adiutiua, siue auxiliatrice: ibi, per dictum. Addens formalem causam: ibi, Resecatis, &c.

Decretalis epistola.
Decretalis Constitutio.

Tit. I. De summa trinitate & fide catholica.

Gl. continuat & declarat. dixi C. cod. tir. pag. 226.

De constitutionibus.

Dixi 5. in princ. huius. & ff. de const. prin. pag. 9.

III. De rescriptis.

Rescriptum est illud, quod ab Apostolico, vel à principe tum.

Rescripti referri

rescribitur ad consultationem, relationem, seu imitationem alterius, vel alicui indulgendo, secundum Host. in summ. cod. tit. dixi aliquid ff. de diuers. & temp. prescrip. pag. 171. & C. si contra ius vel vi. pub. pag. 137.

IV. *De consuetudine.*

Consuetudo.

Consuetudo secundum Isido. est quoddam ius moribus vententium approbatum, quod pro lege suscipitur cum deficit lex. j. d. consuetudo, dixi ff. de l. pag. 9. & C. quae sit long. con. pag. 315.

V. *De postulatione praelatorum.*

Postulatio.

Postulatio est petitio gratiae a superiore facta: ita dicit gl. in c. vno. eo. ti. li. vj. Vel est quaedam gratiae petitio a superiore facta de promouendo aliquem ad praelationem, ad qua de iure communi propter defectum aliquem, vel impedimentum eligi, seu promoueri non poterat. Ex quo infertur differentia inter electionem, & postulationem: quia postulatio innititur gratiae, c. p. j. eod. Electio vero innititur iuri: de hoc etiam tit. seq.

VI. *De electione & electi potestate.*

Electio est alterius personae ad praelationem, vel fraternam societatem canonicè facta vocatio: & licet olim iura promissuè his vocabulis vterentur, vt in c. his omnibus. lxj. dist. & lxxiij. dist. c. literas. Hodie tamen est maxima differentia inter postulationem, & electionem, vt dixi s. lib. prox. Vnde ille qui de iure potest eligi, non debet postulari: de quo in c. vno, de postul. lib. vj. in gl. iij. & per Innoc. in c. j. s. tit. prox. Et quia in tractatu electionis potest dubitari de potestate electi: ideo ne exigeretur, rubrica specialis hic annectitur.

VII. *De translatione episcopi, vel electi.*

Translatio.

Qui alligati aliis ecclesiis postulandi sunt s. de postu. prael. c. bonae & c. si. Et oportet tales offerri ad ecclesias, ad quas postulatur: ideo de hoc dicit. Est autem Translatio, quaedam mutatio sedium, vel ecclesiarum auctoritate superioris facta. De hoc viij. q. j. per totum & xxj. q. ij. per totum.

VIII. *De auctoritate & usu pallii.*

Pallium.

Assumpti ad ecclesias per modos s. trib. proximi titulis positos, licitè possunt vri pallio, si hoc habeat dignitas, ad quam quis assumitur. Est autem Pallium insigne ornamentum archiepiscopi, de corpore beati Petri assumptum. de hoc c. dist. per totum & xxv. q. ij. in galliarum. Et quod dixi de episcopo, intellige quod ex privilegio speciali ei possit competere pallium, vt patet in c. cum in iuuentute. j. de praesump. Regulariter autem

tem archiepiscopis & superioribus: puta primatibus, & patriarchis competit: xx. dist. clericos.

IX. *De renuntiatione.*

Renuntiatio, est resignatio iuris sibi competentis ex postulatione, electione, vel translatione. de hoc vij. q. j. & ij. & repetitur in Sexto, & Clementiis.

X. *De supplenda negligentia praelatorum.*

Quia saepe in praelaturis, de quibus s. res perfunctorie aguntur, xl. dist. ante omnia, & quod negligitur supplendum est, quod omittitur restaurandum: ideo, & c. secundum Goff. De materia lxxiij. dist. & lxxxvj. & ij. q. vij. negligere. ix. quae. iij. cum scimus. & repetitur in Sexto, & Clement.

XI. *De temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.*

Quia ordinationes clericorum certis temporibus & cum scrutinio fieri debent: ideo de hoc. De prima parte rubricae lxxv. & lxxvij. dist. per totum. De secunda xxv. d. vsque ad lxxxi. & ab lxxxj. vsque ad xci. & repetitur in Sexto.

XII. *De scrutinio in ordine faciendo.*

Quia ordinandi examinandi sunt: ideo, & c. Et est duplex scrutinium. Vnum habent ante ordinationem, cuius forma habetur xxij. d. c. quando episcopus. Secundum, quando fit post determinationem: de hoc hic, & xxiiij. dist. episcopus, & c. seq. xxiiij. dist. per totum. l. quae in aliquo.

Scrutinium duplex.

XIII. *De ordinatis ab episcopo, qui episcopi patri renunciauit, vel excommunicato.*

De prima parte non habetur in Decret. sed iuducitur. j. quae. i. ventum, & quae. vij. Daibertum. De secunda ix. q. j. per totum de schism. c. j. & ij. & j. cap. ij. Quid autem de ipsis excommunicatis ordinatis habetur de senten. excom. cum illorum. & de ordinatis a simoniaco, de simon. per tuas. & aliis criminoso ix. q. j. in summa.

XIV. *De aetate, & qualitate, & ordine proficiendorum.*

Aliqui habent in rubrica, De aetate & qualitate ordinandorum: secundum Ioan. And. sed secundum eum, illud ordinandorum, non debet esse: quia dictum est supra in tit. de tempor. ord. Nam hic solum tractat de ordinandis ratione dignitatis tantum: & non aliter. De materia rubricae quoad primam partem lxxv. d. cap. etiam. lxxvij. di. per totum. De secunda xxxviij. d. per totum. De parte tertia, lx. d. per totum, repetitur in Sex. & Clement.

xv. *De sacra vñctione.*

Ex ordinandis & præficiendis aliqui iunguntur, de quibus hic: de hac materia xv. distin. per totum. de const. dist. v. in princ. De vñctione christiatis vide de cõsuet. cap. quanto. De episcopali. de offi. ordi. ca. quòd sedem. De consecratione ecclesie vel altaris, c. cum sis. De extrema vñctione. de verbo. figai. c. quæsiuit, & in Clem j. de pri. De vñctione Imperatoris, de iuretur. in clem. Romani.

xvi. *De sacramentis non iterandis.*

*Sacra-
menta
que non
reiteran-
tur.* Quia quædam sunt sacramenta quæ non iterantur, vt est baptismus, confirmatio, & sine per iterationem fiat iniuria sacramento prius collato: & qualiter dicatur sacramento fieri iniuria, vide gloss. de apo. cap. ij. de con. dist. j. ostenderint. de mag. lxviii. dist. cap. quod ergo. cum seq. j. q. vij. cap. saluberrimum in fi. de const. dist. iiii. cap. qui bis, & c. se. Et solet hic tractari per Doct. quid sit sacramentum, & vnde dicatur: quæ & quot sint: quæ sint reiterabilia & quæ non: quæ voluntaria, & quæ necessaria: & quomodo iniucem se excedant: ad quid fuerint instituta: & de ipsorum proprietatibus, vide per totum hic super rubr.

xvii. *De filiis presbyterorum ordinandis vel non.*

*Illegiti-
mi.* Ordinandi variis ex causis impediuntur: inter quas est vitium originis, de quo hic. Et licet insituletur de filiis presbyterorum, tamen dicitur in nigro, de omnibus illegitimis, sine dispensatione non ordinandis ad ordines sacros, & ad alios: vt in c. literas j. eod. & in c. nimis. De materia lvj. dist. per totum, & repetitur in Sexto.

xviii. *De seruis non ordinandis, & eorum manumissione.*

Serui. De impedimento conditionis personæ, puta seruilis loquitur: quæ ante plenam manumissionem ordinari non debent, vt infra c. j. de materia lx. dist. per totum: ad hoc xij. quæst. ij. c. liberti vsque ad cap. aurum.

xix. *De obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non.*

Ratiocinia. Ratiocinia secundum Goff. sunt rationes, & rationum red-ditiones, quibus est quis obligatus ex administratione Reip. talis ordinari non debet, nisi deposito onere, & reddita ratione. De hoc lvj. dist. per totum.

xx. *De corpore vitiatis.*

De impedimento corporis, & defectu membrorum loquitur. de

de hoc lv. dist. per totum.

xxi. *De bigamis non ordinandis.*

*Biga-
mia.* Inter cæteras irregularitates bigamia non modica reputatur. Et est bigamus strictè & verè, qui duas vxores habuit: à bis, & gamos, quod est mulier. Large autem vel fictè, seu interpretatiuè etiam is bigamus dicitur, qui cum vna corrupta contraxit. Et ratio quare bigamus non ordinatur, est quadruplex: vide hic per Doct. super rubr. De materia habetur xxvj. distin. & xxiii. distin. §. quid ergo. vsque ad fin. & lxxij. dist. cap. quisquis. & xxvii. quæst. vlti. per totum, & repetitur in Sexto.

xxii. *De clericis peregrinis.*

Peregrini. Quia inter eos, qui ab ordinibus prohibentur, arctantur & peregrini, de quibus hic, & qui dicantur peregrini, & quare non admittantur indistinctè, & quæ sit differentia inter hunc tit. & tit. de peregrinantibus. ponit Hostien. sum. eod. tit. de materia habetur lxxj. ij. iij. dist. per totum, & xcviij. dist. per totum. & ix. q. ij. de cle. non res. c. fraternitati.

xxiii. *De officio Archidiaconi.*

*Archi-
diaconi.* De dignitatum officijs post tractatum ordinandorum dicere incipit, inter quas Archidiaconus maior est, quia primus post episcopum, & oculus episcopi: ideo de hoc. Et quæ pertineant ad officium Archidiaconi, ponitur in nigro: & dicitur Archidiaconus quasi princeps, vel primus diaconorum. de materia ponitur xxv. dist. c. perfectis lxxxiij. dist. cap. honoratus. xciiij. dist. c. si verb.

xxiv. *De officio Archipresbyteri.*

*Archi-
presbyter.* Post Archidiaconum Archipresbyter facit gradum, & est proximior, & sub archidiacono: ideo de hoc. Et dicitur archipresbyter, quia supra principales presbyteros: eius enim officium principaliter est, habere curam super presbyteros: & ad officium eius spectat, principaliter missam dicere loco episcopi. j. co. l. j. de materia xxv. dist. c. perfectis.

xxv. *De officio Primicerij.*

De hoc dixi C. eod. lib. xij.

xxvi. *De officio Sacristæ.*

Sacrista. Sacrista, id est, thesaurarius, ad cuius curam spectat custodia vasorum ecclesie, & vestimentorum, & thesauri: & quæ ad luminaria lampadum spectant, sine in cera, siue in oleo. Et dicitur Sacrista, quasi sacris rebus præfectus, vel assistens: de materia xxv. dist. c. perfectis, in fi.

xxvii. De officio custodiis.

Custos est quasi minister sacrarum: & omnes hi sunt sub archidiacono, debet enim custodire quæcunque sibi custodienda committuntur: & significabit horas cum tintinnabulis iubente archidiacono: & pallia, & lintamina altaris, & cuncta utensilia dabuntur ei: & habebit sollicitudinem in accendendo lampades, & lucernas, & extinguendo, ne supra modum luceant: de materia xv. dist. c. perlectis.

xxviii. De officio Vicarij.

Vicariis. Supradicti seruiunt ecclesie nomine proprio: nunc de his qui nomine alieno: & tractatur communiter in isto titulo, de Vicario qui deseruit in diuinis: excepto cap. pen. ubi tractatur de Vicario iurisdictionis: & de hoc secundo ponitur in Sexto: de primo in Clemen. & de materia xvj. q. vij. noua. xciiij. dist. ca. si. xciiij. dist. c. i.

xxix. De officio, & potestate Iudicis delegati.

Delegatus est secundum Spe. eodem titulo, in principio, qui ex commissione alterius alicuius cause iudicalem cognitionem consequitur: de hoc dixi ff. de offi. eius cui manda. est iurif. pag. 15. & dicit Ioan. And. quod officium respicit id, quod delegatur: potestas concernit id, quod potest per delegationem delegatus exercere: licet aliàs ista duo sæpè ponantur æquiuocè, vt notat glossa super rubr. ff. de iurisdic. omni. Iudi. repetitur in Sexto.

xxx. De officio Legati.

Legati. Legatorum officium simile est Delegati, cum vterque gerat vices superioris. Et quidam sunt Legati nuntij & non Iudices: vt isti, quos sæpè Papa mittit pro aliqua ambasiata, vel ad ali- quod nudum ministerium exercendum: de his j. dist. c. ius gentium, & xcviij. dist. per totum. Quidam sunt Legati Iudices quos Papa facit ordinarios in certa provincia: de istis tractatur hic. Et tales sunt triplices: quidam de latere, vt sunt Cardinales, alij Nati, vt archiepiscopus Cantuariens. & Eboracens. Tertij Missi, & isti sunt omnes alij præter supradictos: de his vide quod not. j. eod. c. penul. dixi aliquid ff. de offic. procons. & leg. repetitur hic tit. in Sexto & Clement.

xxxi. De officio ordinarij.

Legatus ordinarius est specialis. Nunc ponit de ordinario generali, & in genere de officio cuiuslibet ordinarij dicit: repetitur in Sexto.

D.

xxxii. De officio iudicis.

Ad officium iudicis, etiam delegati, spectat providere ad uocatum parti quæ non habet, & poterit dare domesticum, j. capite primo.

xxxiii. De maiestate & obedientia.

Inter ministros & iudices, de quibus supra, quidam sunt maiores, alij minores. Aliter enim ecclesia vniuersalis, vel status vniuersi consistere non possent: vt est pulcher text. in ca. ad hęc, lxxxix. dist. ideo hic de maiestate, & eius intuitu obedientia impendenda: quia melius est obedire, quàm sacrificare, j. cap. illud.

xxxiv. De treuga, & pace.

Ad iudicem spectat discordantes ad pacem reducere, xc. dist. per tot. quia quilibet iudex subditos suos ecclesiasticos & seculares ad pacem faciendam potest cõpellere, xc. dist. c. si quis contristatus, & c. placuit. & ibi not. glo. & in cap. nouit. de iud. de quo per Bart. in l. congruit. ff. de offi. præf. Est autem Treuga, quasi quedam pax ad tempus facta. Pax autem est vinculum amicitie: & concordie, d. c. nouit.

Treuga. Pax.

xxxv. De pactis.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 20.

xxxvi. De transactionibus.

Dixi satis de hoc ff. eod. tit. pag. 20.

xxxvii. De pestulando.

Dixi ff. eod. tit. pag. 21.

xxxviii. De procuratoribus.

De hoc dixi ff. eod. pag. 22. Et differentiam inter procuratorem, Syndicum, seu Oeconomum, & actorem vide gl. in c. si quis erga. ij. q. vij. & quod no. in c. petitio, j. eod.

xxxix. De Syndico.

Sicut procurator gerit negotia domini, ita Syndicus negotia vniuersitatis. vt in l. j. ff. de proc. iuncta l. j. ff. quod cuiusq; vniuers. vide gl. ij. q. vij. c. si quis erga. Et dicitur Syndicus quasi singulorum cautam dicens: vt hic in gl. i. vel melius, id est, à communitate cõstitutus: de quo gl. in d. l. i. ff. quod cuiusque. ubi ponitur differentia inter Syndicum & actorem.

Syndicus

xl. De his qua vi, metus, & causa fiunt.

Iura dant remedium rescissorium aduersus ea, quæ gesta sunt per metum: & appellatur actio quod metus causa. Fallit in quibusdam casibus, quibus metus vitiat ipso facto: vt no. j. eo. c. abbas, dixi ff. eod. tit.

Metus.

De

XLI. De restitutione in integrum.

Restituere in integrum, est in pristinum statum reponere, ff. q. iij. in fi. & in l. j. C. de sen. pass. de hoc dixi ff. eo. tit. pag. 24.

XLII. De alienatione mutandi iudicij causa facta.

Providetur hic illis, in quorum preiudicium est facta rei alienatio causa iudicij futuri evocandi: dixi ff. eo. tit. pag. 26.

XLIII. De arbitris.

Arbitri sunt quodammodo iudices, cum assumantur ad conciliationes sedandas, idèd post tractatum iudicium ponitur in quo versetur officium arbitrorum, & de eorum potestate. Et quid sit arbitrium, dic vt not. in c. quintaualis, de iureiurand. dixi aliquid ff. cod. tit. pag. 26.

LIBER II.

Tit. I. De iudicijs.

Iudicium multa habet significata, de quib. Ioann. Andr. in rubrica huius tituli. & not. in regula iudicis, de reg. iur. libr. vj. de hoc dixi ff. eo. tit. pag. 28. ad materiam facit ij. q. j. & v. q. iij. xliij. quæst. j. xv. q. vij. xvj. q. vj. xxx. q. vlt. §. his ita: repetitur iste titulus in sexto & Clemen.

II. De foro competenti.

Qui ante alium actum iudiciale[m] solet discuti de competentia fori, iuxta not. in ca. inter monasterium, de re iud. & in c. pe. de excep. idèd de hoc. Et ponitur Forum in neutro genere, pro territorio cuiusque iudicis, intra quod potest in facinorosos animaduere. ff. de verb. signific. l. si pupillus §. territorium. Foras verò in masculino, est locus ubi ius redditur, j. de verb. signific. c. foras & utroque modo potest hic capi, dicendo de foro competenti, id est, territorio intra quod sit causa competens, vt quis ibi conueniri possit: vel, id est, de loco iudicij, scilicet in quo quis debeat conueniri: dixi C. si a non compet. iudi. pag. 104.

III. De libelli oblatione.

Rei ad iudicia vocati si non declinant forum, petunt sibi edi libellum vt sciant quid, & qualiter petatur, & super quo debeant respondere. Idèd de hoc. De materia habetur ij. q. vij. per to. & lxxxj. dist. cap. Maximianus. Est est Libellus secundum gl. hic, quedam scriptura, in qua continentur res quæ petitur, & cauta petendi, & nomen actoris & rei. Vnde dicit Host. Quis, quid, coram quo, quo iure petatur, & a quo, Rectè componitur quisque libellus habet, De quo Spec. de lib. conce. §. j. in pri. vbi

vbi dicit, quòd est scriptura agentis quætionem continens, & futuram actionem deprimens, vel secundum Cy. in anth. offeratur, C. de litis contest. Est brevis scriptura, claram continens intentionem actoris, vel accusatoris.

IV. De mutuis petitionibus.

Plerumque libelli portiguntur ab vtraque parte, & fiut hinc inde mutue petitiones, & dubitatur de modo & practica procedendi: idèd de ho. De materia iij. q. viij. c. cuius in agendo. *Mutua petitio.* Et est mutua petitio, conuentio ex parte actoris, & reconuentio ex parte rei. Nam Reconuentio, est secunda conuentio: sunt ergo duæ petitiones.

V. De litis contestatione.

Litis contestatio fit per petitionem in iure propositam, & responsum secutum, & sine ea processus est nullus, j. ca. j. & dicitur Litis contestatio, quati confirmatio, vel comprobatio, aut assertio litis: de materia iij. q. i j. c. offeratur. & repetitur in Sexto. vide Doct. j. c. j. post gl. ij. *Litis contestatio.*

VI. *Præ lite non contestata non procedatur ad receptionem testium, neque ad definitiuam sententiam.*

Regulariter lite non contestata non debent testes recipi, vel ad definitiuam sententiam procedi. Fallit in casibus not. j. ca. fin per gloss.

VII. De iuramento calumnie.

Actione edita, & lite contestata, succedit ex ordine iuramentum calumnie, j. cap. pen. Et hoc iuramentum est de calumnia, scilicet vitanda in causis. Sicut exponitur illud, Vniquisque habeat suam propter fornicationem, scilicet deuitandam. xx. dist. c. ij. in fi. vide in c. j. eo. tit. lib. vj. & Spec. eo. tit. post prin. dixi C. eod. tit. aliquid. *Iuramentum calumnie.*

VIII. De dilationibus.

Cæpto iudicio solent litigantes dilationes, i. inducias petere, quandoque ad petitiones, quandoq; ad probationes faciendas: idèd de hoc. De materia habetur iij. q. ij. & vij. q. ij. per totum. dixi ff. de fer. pag. 19. *Dilatio.*

IX. De ferijs.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 19.

X. De ordine cognitionum.

Propositis quæstionibus litigantium solet quandoque dubitari quo ordine de his sit cognoscendum: idèd, & c. De materia ij. q. j. & iij. q. j. nec superfluit parti. §. de mut. pet. quia ibi principaliter tractat, an reus possit reconuenire actorem & coram quo

quo iudice, & an quòd in vna causa seruetur, sit seruandum in alia. Et si quid de ordinis cognitione ibi dicitur, illud est incidenter. Sed hic tractatur principaliter, quo ordine de ipsis cognoscatur. dixi C. eod. tit. aliquid.

XI. *De causa possessionis & proprietatis.*

Causæ proprietatis & possessionis ab eodem vel diuersis deductæ in iudicium, habent certum ordinem deducendi, cognoscendi, & definiendi: ideo de his.

XII. *De restitutione spoliatorum.*

Causa restitutionis possessoria est: ideo eo ordine proponi & discutiri potest, quo alia possessoria: & tractatur hic an spoliatus sit indistinctè restituendus.

XIII. *De dolo & contumacia.*

De prima parte dixi ff. de dol. pag. 24. de contumacia autem dixi ff. ex quib. cau. in poss. ead. pag. 150. Ad materiam facit iij. q. ix. & iij. q. v. & v. q. ij. & iij. per tot. xj. q. iij. c. certum. vbi habentur tres modi contumaciæ, repetitur in Sexto. & Clem.

XIV. *De eo qui mittitur in possessionem causa rei seruanda.*

Licet in rubro duntaxat fiat mentio de poss. rei seruandæ causa: tamen in nigro tractat etiam de interpositione secundi decreti, per quod transfertur vera possessio, j. cap. j. dixi ff. ex quib. cau. in poss. & in tit. de bon. auto. iud. poss.

XV. *De sequestratione possessionum & fructuum.*

Dixi de hoc C. eod. tit. pag. 266.

XVI. *De confessis.*

Confessio. Quia per confessionem aduersæ partis releuatur litigans ab onere probandi, cum confessio non sit propriè probatio sed probationis releuatio: quia vbi adest confessio, non est necessaria probatio: ideo ante tit. de probat. ponitur. de hoc dixi ff. eod. tit.

XVII. *De probationibus.*

Vbi deficit confessio, necessariè peruenitur ad probationem: de qua dixi ff. eo. tit. pag. 75.

XVIII. *De rebus & attestationibus.*

Post probationem in genere incipit, per species tractare, quæ plures sunt: vt not. in c. eum ad sedem, 3. de rest. t. spo. dixi ff. eo. tit. pag. 77. Et ponitur rubrum in plurali, quia regulariter in qualibet causa duo testes exiguntur. j. eod. c. licet. i. & ij. De Attestationibus autem dicit, quia est tractatus de perse: vt patet in c. in causis, & c. presentium, & c. cum causam, cù similib. de quo

de quo Ioan. Andr. in rubr. de homici. Et dictum testis quandoque appellatur Attestatio, quandoque Depositiò, d. c. cum causam.

*Attestatio.
Depositiò.*

XIX. *De rebus cognatis.*

Officium testium quasi publicum est. ff. de test. Inno. in cap. mil. xl. de elect. & ad illud interdum inuiti compelluntur: ideo de hoc regula rubri ponitur in c. peruenit. j. j. eod.

XX. *De fide instrumentorum.*

Dixi ff. eodem tit. pag. 76.

XXI. *De presumptionibus.*

Pæsumptiones quandoque plenè probant, vt violentæ: quædoque semiplenam probationem faciunt, quandoque alias probationes adiungunt. De materia not. in cap. tertio loco 5. de prob. & no. l. dist. c. ferrum. dixi ff. de prob. pag. 75.

XXII. *De iureiurando.*

In defectum probationis recurritur ad iuramentum, j. c. si. 5. de proc. c. ex insinuatione. Est enim iuramentum maximum litium expedieandarum remediũ, ff. col. j. & omnis controuersa finis. c. & si Christus. j. eo. Ad materiam vide gl. xx. q. i. in sum. vbi ponit quid sit iuramentum, quid iurare, quæ causa institutionis, & c. dixi ff. eo. tit. pag. 45.

Iuramentum.

XXIII. *De exceptionibus.*

Fundata intentione actoris reus opponit peremptoriam, vel contra probationem actoris excipit: ideo, & c. dixi ff. eod. tit. de hoc, pag. 170.

XXIV. *De prescriptionibus.*

Quid sit prescriptio, vide bonam glo. vj. q. iij. in sum. dixi ff. de excep. pag. 170. ff. de viuc. pag. 145. & C. de viuc. transfer.

XXV. *De sententiis & re iudicata.*

Ad sententias, quæ finem litibus imponunt, veniamus: quia verò iata sententia, si non appellatur ab ipsa, sumit nomen rei iudicatæ: ideo de re iudicata submittit. Et sic strictè loquendo dicitur Sententia, cum adest facultas appellandi: cum verò nõ Sententia, subest remedium retractuum, appellatur Res iudicata. Largè Res iudicatum potest etiam ante dici res iudicata l. litigatoribus. C. de dicata. appel. de hoc dixi ff. eod. tit. pag. 148.

XXVI. *De appellationibus, recusationibus, & relationibus.*

Appellatio impedit effectum rei iudicatæ: & remedium contra sententiam: ideo de hoc. Et quia Appellatio, Recusatio, & Relatio quæ conueniunt in iurisdictione suscipiendæ: ideo

ided de his simul dicit. De prima parte est gl. ij. q. vj. in sum. di. xi ff. cod. tit. pag. 297. De relatione dic vt leg. & not. in c. i. nati. masti, j. eo. dixi C. de relat. De recusatione vide gl. in ca. quoties, ij. q. vj. no. in cap. cum speciali, j. cod.

XXVII. De clericis peregrinantibus.

Peregrinantes in multis gaudent priuilegio appellantium: intelligit de peregrinantibus ad sedem apostolicam, vt dicitur j. in cap. j. & intelligitur etiam in aliis accedentibus ad sedem apostolicam alia causa, quam peregrinationis, vt ibi dicitur.

XXVIII. De confirmatione utili, vel inutili.

Sententia processus iudicialis quandoque confirmatur per superiorem: & quia posset dubitari de validitate, vel inualiditate confirmationis: merito hic tit. subiungitur.

LIBER III.

Tit. I. De vita & honestate clericorum.

Vita. Clerici debent à strepitu Iudiciorum, de quo s. lib. pro. Cesse quieti, cap. j. de syndico, & vita, & honestate fulgere. xxj. quzst. j. cap. sic viue. ided de hoc. Et dic, quòd verbum Vita, concernit necessaria ad victum clericorum. ff. de verb. signi. l. verbo. victus. Verbum Honestatis, cōcernit clericum respectu morum. De materia habetur xxiiij. dist. c. his igitur. & s. clericis, cum iij. cap. seq. & xl. xij. & xliij. dist. per totum. reperitur in Sexto, & Clement.

Honestas.

II. De cohabitatione clericorum, & mulierum.

Vita clericorum per consortia, & cohabitationes mulierum redditur de fornicatione suspecta: ided qualis habitatio sit permissa, & quz prohibita, hic tractatur. vide pulchrum tex. Hier. xxxij. dist. cap. hospitium. de hoc etiam in c. volumus, & c. cum omnibus. lxxxj. dist.

III. De clericis coniugatis.

Quandoque clerici habitant cum mulieribus sine figura matrimonij, de quo s. tit. j. quandoque contracto matrimonio: de quo hoc tit. quia poterat dubitari, nūquid clerici coniugati possint tenere beneficia & gaudere priuilegio clericali. Et differt hic tit. ab eo. j. qui cle. vel you. quia ibi principaliter tractatur de validitate matrimonij per clericos cōtracti: hic principaliter tractat, vtrum clerici coniugati possint tenere beneficia, vel non. Itē an gaudeat priuilegio clericali, & an teneantur d'ferre rōfuram: & incidenter tractatur de validitate matrimonij. Reperentur in Sexto. De materia xxxij. dist. si qui ve-

rd. & xij. q. j. c. quia tua.

IV. De clericis non residentibus in ecclesia, vel prabendis.

Sicut clerici beneficiis priuantur per mulierum consortia, vt s. duob. tit. proximis, ita & remouentur, propter non residentiam in beneficiis. De hoc xxj. q. j. c. j. lxx. dist. c. sanctorum lxxj. dist. can. clericos. xcj. dist. Eleutherius.

V. De prabendis & dignitatibus.

Clerici non possunt honestē viuere, nisi habeant prabendas, vnde vitæ necessaria percipiant. j. eo. c. cum secundum. & xcij. dist. c. diaconi. ibi, mendicat infelix in plateis clericus, & c. Et est prabenda ius percipiendi fructus ecclesiasticos, pronenies ex institutione & officio: quia ex quo quis facit officium, debet percipere beneficium, c. si. de rescriptis lib. vj. Canoniam autem est ius quod prouenit ex electione vel receptione in fratrem. c. cum, de const. vbi de hoc per gl. & j. eo. cum iam dudum. & in c. delictis. Dignitas autem quid sit, & in quo differat à personatu, & officio tractatur j. eo. c. de multa: & multis modis dicitur Dignitas: vt est gl. s. tit. prox. c. quia non.

Prabēda.

Canoniam

Dignitas

VI. De clerico agrotante, vel debilitato.

Hic tractatur nunquid agrotantibus clericis sit prouentus Ecclesiæ, & beneficiorum subtrahendi. Et respondetur quòd non, ne afflictio addatur afflictis. vij. quz. j. c. cum percussio, cum duobus seq. Et quomodo existentibus in dignitate detur coadiutor, & de eius officio, j. c. fin.

VII. De institutionibus.

Parum esset conferre prabendas, nisi sequeretur institutio: ided de hoc. Instituire autem est, ius canonicum, id est, legitimum, in Ecclesia vel ecclesiastico beneficio tribuere j. cod. c. autoritate. & spectat iure communi ad episcopum. xvj. q. vij. c. nullus omnino. de hæret. c. cum ex iniuncto in fin. & sumitur Institutio pro inuestitura. ca. ad hæc, de offic. archid. & j. cod. c. cum venisset. De hoc glo. in regula. j. de reg. iur. lib. vj. vbi ponitur quz ad institutionem requirantur. Differentiam inter Collationem, Præsentationem, & Institutionem, vide de prabendis. c. cum in illis s. cum autem, lib. vj. Et secundum Dy. Institutio est alicuius beneficij verbalis collatio. Inuestitura autem est institutio, vel collationis confirmatio, vel declaratio. Missio autem in possessionem est institutionis, vel inuestiturae executio.

Instituere.

Institu-

titio.

Inuesti-

tura.

Missio in possessionem.

VIII. De concessione præbendæ, & ecclesiæ non vacantis.

Sæpè præbendæ, & dignitates conferuntur, seu promittuntur antequam vacent. Et quandoque ipsæ vacantes non conferuntur, sed remanent diu vacantes: idèo hic prouidetur tam circa promissiones non vacantium, quàm circa negligentiam in conferendo vacantium.

IX. Ne sede vacante aliquid innouetur.

Circa institutiones, & collationes potuit dubitari, an sede vacante capitulum succedat in collatione beneficiorum: idèo ponitur hæc rubrica, quæ negatiuè loquitur: & ponit orationè perfectam, & ex ea potest argui, quod nihil possit innouari sede vacante in præiudicium ipsius sedis, nisi iure expressè caueatur: valet enim arg. à rubro iuxta ea quæ not. Doct. 5. in proc. & Ang. Inst. in proc. & not. glo. C. ne fidei. dot. den. super rub. & ibi Bart. & C. etiam ob chiro. super rubr.

X. De his quæ fiunt à prælato sine consensu capituli.

Prælati sine consensu capituli instituere, vel destituere, vel alia negotia Ecclesiæ tractare non debet. 5. c. nouit. Ratio: quia Prælati, & Canonici sunt vnum corpus victum & representatum in singulis de corpore. Et quia Canonici dicuntur fratres episcopi, sicut Cardinales fratres Papæ, de offi. leg. c. j. lib. vj. vide gl. xcv. dist. c. esto subiectus, & in c. graue, de cri. fal.

XI. De his quæ fiunt à maiore parte capituli.

Viso de his quæ fiunt à prælato, & capitulo: quia quædam pertinent ad capitulum tantum, in quibus peragendis sæpè discordant, & dubitari potest, quid iuris: idèo de hoc. Et disponitur hic, quòd ordinatio maioris partis capituli per contradictionem, & appellationem minoris partis nihil rationabile opponentis, non debet impediri, 5. c. j.

XII. Vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.

Hæc rubrica integram orationem habet, & tantum continet in se, quantum in nigro tractatur: & seipsam cum nigro summat.

XIII. De rebus ecclesiæ alienandis, vel non.

De hoc dixi in Aur. de non alic. eccl. re. col. ij.

XIIII. De precariis.

Quia precariæ sunt quædam species alienationis, idèo de hoc

hoc dixi ff. eod. tit. pag. 166.

XV. De commodato.

Contractus commodati similis est precario: quia vterque fit gratia recipientis tantum regulariter: licet commodatum quandoque fit gratia concedentis, vel vtriusque: vt no. Instit. quib. mod. re. contra. obl. 5. item is cui. de hoc satis ff. eod. tit. dixi, pag. 50.

XVI. De deposito.

Iste contractus gratia concedentis fit: dixi ff. eodem tit. pag. 58.

XVII. De emptione, & venditione.

Hic contractus fit gratia vtriusque, & transfert etiam possessionem, si venditor erat dominus: de hoc ff. eod. tit. pag. 60.

XVIII. De locato & conducto.

Locatio magnam similitudinem, & vicinitatem habet cum venditione: adèo quòd in quibusdam casibus probabiliter dubitatur, an sit locatio vel emptio, l. j. ff. eo. & ibi dixi. Et modò clarè discernendi locationem à venditione ponit Bart. in l. contem. 5. qui maximos. ff. de publi.

XIX. De verum permutatione.

Emptioni proxima est permutatio, vt dixi ff. de contrahen. Permutatio. emp. Et est hoc nomen permutationis multum generale: nam conuenit omnib. reb. quæ inter hominum manus versantur: & propter hoc non habet nomen speciale, sed mansit in suo genere: quia plura sunt, & c. l. natura, ff. de præscrip. verb. dixi ff. eod. tit. pag. 66.

XX. De feudis.

Per infeudationem transfertur vitale dominum in vasallum, directo manente apud dominum: & sic est quædam species alienationis. ff. de verb. signi. l. alienationis. De materia dixi in vsu feu. circa principium.

XXI. De pignoribus & alijs cautionibus.

Hæc rubrica loquitur in plurali. Et alijs cautionibus: quia multiplex est Cautio ultra pignoraticiam: quædam simplex, vt nuda promissio: quædam Iuratoria, quædam Fideiussoria, de his in ca. per tuas, de dote post diuor. & in ca. fi. j. eod. appellatione tamen cautionis in dubio intelligimus de nuda, & simplicil. sancimus. C. de verb. sig. De materia dixi ff. de pig. act. pag. 50. & ff. eod. tit. pag. 67.

XXII. De fideiussoribus.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 96.

XXIII.

De solutionibus.

Solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio, &c. dixi ff. eod. tit. pag. 178.

XXIV.

De donationibus.

Ille est contractus gratuitus, dixi de hoc ff. eod. tit. pag. 137.

XXV.

De peculio clericorum.

Peculium capitur multis modis, vt dixi ff. de pe. pag. 55. & quoad propositum, dicitur patrimonium clericorum: dictum Peculium, quasi parua pecunia, de hoc j. q. ij. in can. torum.

XXVI. *De testamentis, & ultimis voluntatibus.*

Testamentum.

Licet testamentum largè comprehendat in se vitam voluntatem, & contra: tamen autor ad maiorem declarationem posuit vtrunque, scilicet cum dicit Ioan. And. Vel potest dici, quòd testamentum propriè sumitur pro iusta sententia nostræ voluntatis de eo quod quis post mortem suam fieri vult, &c. Sed Ultimæ voluntates dicuntur alia, quæ non cum institutione hæredis, aut tanta solemnitate fiunt: vt est codicillus, donatio causa mortis, & mortis causa capio, &c. dixi ff. eod. tit. de hoc pag. 98.

XXVII. *De successione ab intestato.*

De hoc dixi ff. i. tab. test. nul. ext. & tit. seq. & in tit. quis ordo in bon. poss. seru.

XXVIII.

De sepulchris.

Sepulchra.

Omnes morimur, & sicut aqua dilabimur super terram, ij. Regum xiiij. & in can. in Ecclesiastico, xiiij. q. ij. idè post bona defunctorum, quo deuolui debeant, videndum quorum corpora referuntur. Est autem Sepulchra secundum Io. And. locus concauatus, quo ecclesiastico cœmeterio corpus catholici requiescit. hoc probatur xij. q. ij. c. aurum. & vide text. cum gl. in can. cum gratia. xiiij. q. ij. vbi vide etiam gl. in summa.

XXIX.

De parochiis, & alienis parochianis.

Parochia.

Parochia secundum Io. And. est locus in quo degit populus alicui ecclesiæ deputatus, certis limitibus cõstitutus: dicta Parochia, a parochi quod est largitio: quia ibi largiuntur ecclesiastica sacramenta: vel secundum Ioan. And. dicitur quasi partitio curæ: nam cura populi partita fuit inter Ecclesiæ parochiales, c. j. de cape. mon. de hoc xiv. q. j. & lxxx. dist. c. j. & ij. & xcix. dist. can. j.

XXX.

De decimis, primitiis, & oblationibus.

Decima.

Decimæ, primitiæ, & oblationes sunt de iure parochiali, Exod. xxij. Decimas & primitias non tardabis offerre, & Leuit. xxvij.

xvij. Deut. xiiij. & ij. Paral. xxij. Nume. iv. c. rex Hier. xvj. q. j. c. reuertimini Aug. xvj. q. iij. cap. decimæ & q. vij. cap. maiores. Ambr. xvj. quart. vij. cap. quicunque. Grego. de conf. dist. v. ca. quadragesima, in fi. Et habetur in concilio generali in c. maioris. ij. xvj. q. vij. & in cle. cupientes, de pœn. Et dicuntur Decimæ, quia non nona, neque vndecima pars, sed decima danda est. Primitiæ autem frugum, id est, primæ portiones nouarum frugum, & vtram tales sint in præcepto sicut decimæ, habetur per gl. fin. & Doct. j. c. j. Oblationes autem dicuntur quas laici hodie faciunt clericis: de quibus in c. omnis Christianus, de conf. dist. j. & in c. cum inter vos de verb. signifi. & cum causa. & x. q. j. cap. de his. & c. antiquos, & bona gl. xc. dist. cap. clericis. & xvj. q. j. cap. statuimus. & xiiij. qu. ij. cap. qui oblationes. & xxxij. dist. cap. præter.

Primitia

Oblationes.

XXXI. *De regularibus, & transuentibus ad religionem.*

Virorum ecclesiasticorum duo sunt genera: clericorum Secularium, & Religiosorum: viso de primo, subicitur de secundo. Et dicitur Regularis secundum Io. And. à regula: & multipliciter capitur, vt no. gl. super rubr. de regul. iur. lib. vj. sed quantum ad propositum, dicitur à rectitudine viuendi. Et ille dicitur propriè habere regulam, qui profiteretur tria substantialia cuiuslibet approbatæ religionis: videlicet Paupertatem, Castitatem, & Obedientiam. ca. dum ad monasterium. j. de sta. reg. Religionis autem vocabulum hic capitur stricte, comprehendens solum illos, qui per professionem subiecerunt se abbatibus imperio, secundum Io. An.

Regularis.

Religio.

XXXII. *De conuersione coniugatorum.*

Coniugari aliquando conuertuntur, & intrant monasterium & dubitari possent de eorum ingressu, vel conuersione, id est, religione. an valeret: idè de hoc De materia xxxij. quart. v. & xxvij. q. ij. cap. sunt qui. cum ix. c. seq. j. de rap. ca. pen.

Conuersio.

XXXIII. *De conuersione infidelium.*

Superior titulus tractat de conuersione coniugatorum ad religionem: hic subicitur de eorum conuersione ad fidem. de materia. xxvij. q. j. & ij. & xxij. q. viij. c. vno.

XXXIV. *De voto, & voti redemptione.*

Ponit de voto in genere, & ipsius voti redemptione, id est, liberatione: de materia xxvij. q. j. per totum. xxxij. q. j. ca. si. repetitur in Sexto & Cle. de fide inst. c. quod super.

XXXV. De statu monachorum, & canonicorum regularium.

Conuersi ad religionem, vel uouentes ingredi, efficiuntur ut plurimum monachi, vel canonici regulares: idè hinc subicitur de eorum statu, id est, uita & habitu.

XXXVI. De religiosis domibus.

De statu regularium, & quibus subiiciantur s. dixit. nunc de eorum domibus, & ecclesijs, & quibus sunt subiectæ: de materia habetur xj. quæst. j. per totum. xvj. q. vij. cap. omnes basilicæ, cum seq. xvij. q. c. quidam, cum seq. dixi aliquid G. de episc. & cleric.

XXXVII. De capellis monachorum, & aliorum religiosorum.

Hic tractatur in specie de domibus religiosis, seu capellis monachorum, & c.

XXXVIII. De iure patronatus.

Patronus

Patronus multis modis dicitur in iure: quandoque Aduocatus, respectu causæ. l. rem non nouam, §. patroni, C. de iudi. xv. q. ij. Item dicitur Patronus, respectu serui, ut in tot. tit. ff. de iur. pat. & de istis patronis non tractatur hic. Item dicitur Patronus qui construxit, vel dotauit, seu fundauit ecclesiam. Et dicitur Patronus quia sicut pater produxit filium de non esse ad esse, ita patronus ecclesiam deducit ad esse: & sic capitur hic. Et dicitur Ius patronatus secundum Ioan. And. ius honorificum, onerosum, & utile alicui competens in ecclesia pro eo, quod diuini consensu ecclesiam construxit, fundauit vel dotauit ipse vel is à quo causam habuit. Quid debeat patrono dixi ff. de iure patr. pag. 127.

Ius patronatus.

XXXIX. De censibus, & exactionibus, & procurationibus.

Exactio.

Procuratio.

De censibus dixi ff. eod. tit. pag. 222. Exactio autem est tributum quoddam, vel pensio, quæ extra ordinem exigitur: de quibus in c. innouamus. infra eod. & in cap. ea quæ. Procuratio autem est solutio experientiarum per uisitatores factarum: de quo in ca. cum apostolus. j. eod. & in c. sospita, & c. quinto, & c. cum olim. & c. procurationes.

XL. De consecratione ecclesie, uel altaris.

Ecclesia antequam consecratur non appellatur proprie ecclesia, sed basilica: post consecrationem assumit nomē ecclesie. Sicut electus in episcopum, qui post consecrationem assumit nomen episcopi, de quo bona gl. cum text. de relig. dom. c. j. & dici

dicitur Ecclesia Latine idem quod cætus, consilium, concio, congregatio: quia in ea omnes publicè conuocantur. Templum uerò Iudzorum olim appellabatur, hodie Synagoga, id est: coadunatio. Basilica autem dicitur quasi regium habitaculum à basilico, id est, Rege.

XLI. De celebratione missarum, & sacramento Eucharistia, & diuinis officiis.

Quia in ecclesia consecrata missæ celebrantur, & alia diuina officia dicuntur. Et dicitur sacramentum eucharistia, id est, bonæ gratiæ, uenerabile corpus dominicum, quo nihil maius in sacrificiis esse potest, de cons. dist. ij. c. nihil. de cuius laudibus, & præconis amplissimis, atque prærogatiuis præcipuis, est optimus text. in clemen. de uia. de reliq. & ven. sanct.

XLII. De Baptismo, & eius effectu.

Baptismus est sacramentum valdè necessarium, sine quo nemo potest saluari, infra eo. c. maiores. de cons. dist. iij. ca. firmissimè. Et producit tres effectus: remittit culpam, uitat damnationis periculum, & aperit regnum cælestè, j. eod. maiores. uide gl. de cons. dist. iij. c. ij. & bonam gloss. eo. d. c. j. ubi dicitur, quid sit Baptismus, unde dicatur, & per quæ uerba fuerit institutus, & de eius effectu.

Baptismus.

XLIII. De presbytero non baptizato.

Sæpè promoventur aliqui non baptizati, in quibus ex defectu sacramenti baptismi impeditur impressio characteris aliorum sacramentorum: quia ubi non est baptismus, ibi non est validum aliquod aliud sacramentum, in quo imprimitur character: & hoc quia baptismus est ianua aliorum sacramentorum, infra cap. si.

XLIV. De custodia eucharistia, chrismatum, & aliorum sacramentorum.

Qualiter eucharistia consecratur, s. dixit: nunc de ipsius custodia. Et quia in baptismate utimur chrismate, ut in cap. j. de sacra. uñct. idè de hoc: & generaliter de custodia omnium aliorum sacramentorum.

XLV. De reliquijs, & ueneratione sanctorum.

Quomodo uenerandi sunt sancti, & eorum reliquiæ, hic ponit: & quæ debeant præcedere canonizationem alicuius sancti: & ponit gl. in c. j. eo. tit. lib. vj. & qua ueneratione sint sancti honorandi ponitur in c. si canonici, §. si de offic. ord. eo. lib.

XLVI. De obseruatione ieiuniorum.

Propter uenerationem & deuotionem indicta sunt ieiunia ab ieiunijs.

ecclesia. Et secundum Innoc. est triplex Ieiunium: primum abstinentiæ cuiuslibet rei edibilis, secundum propriam voluntatē, & nō secundum factū ecclesiæ: & sicis, qui abstinet ab aliquo cibo placito, potest dici Ieiunator. dictum Ieiunium à quodam intestino sic vocato, quod vt plurimum est vacuum: vnde ad similitudinem illius intestini dicitur illud ieiunium propter abstinentiam & euacuationem. Secundum ieiunium, est, cum quis abstinet à rebus humectantibus, comedendo sicca duntaxat: vt panem, & nuces, & similia. Tertium, est abstinentia à cibis, secundum ordinationem, seu consuetudinem ecclesiæ: & sic capitur hic. Et sic in effectu dicitur ieiunium, abstractio carnis ex abstinentia ciborum præueniens, &c.

XLVII. De purificatione post partum.

Purificatio.

Ob reuerentiam ecclesiarum inductum erat ex lege Moisaicæ, ne mulier post partum statim ingrederetur ecclesiam, sed expectaret purificationem suam, id est, purgationem, quæ qualis sit, hic habetur: & aliquid v. dist. c. ad eius.

XLVIII. De ecclesiis adificandis, vel reparandis.

Ecclesiæ consecratæ quandoque ruunt, & sic reparatione indigent, quandoque verò ex necessitate de nouo ædificari debent: imò ad decus ecclesiæ pertinet, reparare eam, vel nouiter ædificare: idè de hoc.

XLIX. De immunitate ecclesiæ.

Ecclesiæ cum suo ambitu, seu cœmeterio, & suis rebus premi non debent oneribus quibus res laicorum premuntur: idè de immunitate, id est, libertate earum dicit. Et dicuntur Ecclesiæ immunes secundum Inn. id est, extra munera seu officia. Nam munerum triplex est diuisio, vt dixi ff. de mu. & ho. vnde ecclesiæ dicuntur habere immunitatem, scilicet ab oneribus & officiis secularibus. Quid sit ecclesia dixi supra de conf. ecc. Quid Cœmeterium, habetur xij. quæst. ij. aurum. & xvij. quæst. iij. c. sicut antiquitus, & c. quisquis. & dicitur Cœmeterium, quia cinis mortuorum ibi regitur. de hoc de sepul. c. j. & pen.

Cœmeterium.

L. Ne clerici vel monachi secularibus negotiis se immisceant.

Seculare negotium tribus modis dici potest: primò, quilibet actus secularium rerū. pone exempla infra c. j. à quibus turpibus abstinendum est. Secundo dicitur negotium seculare, iudicium de rebus secularibus quod clericis non licet nisi inter clericos tantum, xj. q. j. §. ex his. Tertio dicitur, quod sit inter seculares homines:

homines: quod etiam non licet clericis, nisi de his quæ pertinent ad iudicium ecclesiæ, puta de decimis, de iure patronatus, & simi. de iudi. c. quanto. pro hoc glo. c. summa, xxj. quæst. iij. vbi de hac materia.

LIBER IV.

Tit. I. De sponsalibus, & matrimoniis.

Quid sint sponsalia, & vnde dicantur, dixi ff. eo. tit. pag. 78. Matrimonium autem quid sit, vnde dicatur, vbi sunt institutum, per quem, quot sint eius causæ instituendæ, & de impedimentis ipsius, & multis aliis est bona gloss. xxvij. q. j. in sum. dixi aliquid ff. de ritu nupt. pag. 79.

Matrimonium.

II. De desponsatione impuberum.

Ad sponsalia contrahenda certa ætas determinata est de iure: scilicet pubertatis, quæ in masculo est in xiv. an. in puella in xxi. Instit. de nupt. §. j. & quibus mod. in fin. circa principium: & j. eo. c. puberes. vbi tractatur de ætate habili ad sponsalia. de materia, xxx. q. ij. & xx. q. c. j. repetitur in Sexto.

III. De clandestina desponsatione.

Quandoque puellæ seducuntur, & inducuntur ad contrahendum clam parentibus: & quia de tali matrimonio posset dubitari: idè de clandestina desponsatione dicit, id est, in occultum locum destinatum. De materia xxx. qu. v. iij. qu. iij. ca. consanguineorum.

IV. De sponsa duorum.

Quandoque quis contrahit successiue bina sponsalia cum diuersis mulieribus: vel e contra, mulier cum diuersis viris, & posset dubitari quæ præualeant: idè de hoc.

V. De conditionibus apposis in dispensatione & matrimonio, vel in aliis contractibus.

Quandoque sponsalia contrahuntur purè, vt s. quandoque sub conditione: idè de hoc. Et quia conditio opponi potest non solum in matrimonio: sed etiam in aliis contractibus, idè de subnec. t. hic de conditionibus apposis etiam in aliis contractibus. Et est conditio quædam adiectio posita vel subintellecta in dispositione suspendens, vel resolvens ipsam dispositionem: & differt à Modo, vt j. c. fi. per glo. & fati dixi ff. de cond. & demont. pag. 115.

Conditio

VI. Qui clerici vel uenientes matrimonium contrahere possunt.

Ista rubrica nihil ponit dispositiue: sed procedit interrogatiue, scilicet qui cleric. vel vou. &c. Et dic q. clericis in minoribus

bus licite contrahunt matrimonium. Si verò sunt in sacris, non possunt contrahere: & si contraxerint, est nullum, c. vno, de voto lib. vi. & s. de cleric. coniug. quali per totum. vbi dixit differentiam inter illum tit. & hanc.

VII. De eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.

Subiit de alio impedimento, quod causatur ex adulterio, vel ex machinatione in mortem coniugis: vt infra c. j.

VIII. De coniugio leproforum.

Morbus lepræ superueniens dissoluit sponsalia de futuro, cap. quemadmodum, de iniur. & c. literas, j. eo. sed non matrimonium, nec matrimonij effectum. j. c. i. & ii.

IX. De coniugio seruorum.

Licet seruus contradicendo domino contrahere potest matrimonium, & propter hoc non liberatur à seruitiis domino debitis j. c. j. tamen quando libera ignoranter cum seruo, vel e contra contraxit, separatur matrimonium: nisi postea de hoc sciens coitum admisit j. c. ij.

X. De natis ex libero ventre.

Liber venter. Partus sequitur ventrem, insit. de iure gent. §. j. & natus ex libero ventre, id est, matre libera, iudicandus est liber, non seruus, vt hic.

XI. De cognatione spirituali.

Spiritalis cognatio. Spiritualis cognatio proprie oritur quoad impediendum & dirimendum matrimonium post contractum ex duobus sacramentis tantum, scilicet baptismatis, & confirmationis: vt circa text. in capit. fin. infra eodem titul. lib. vj. Ex catechismo autem, id est, instructione, quæ fit ante baptismum, oritur impedimentum, sed non dirimit. vt in cap. per catechismum, eod. tit. lib. vj. Et est Cognatio spiritualis quoddam vinculum proueniens ex eo quòd quis aliquem baptizauerit, vel confirmauerit: seu baptizatum leuauerit, seu tenuerit in baptismo, vel confirmatione seu chrismatione. Et appellatur ista cognatio spiritualis quandoque Compaternitas, respectu leuati seu baptizati, & leuantis seu baptizantis. Quandoque compaternitas, respectu parentum leuati seu baptizati, & leuantis seu baptizantis: quia isti sunt simul parentes baptizati: vnus carnaliter alius spiritualiter. Quandoque dicitur Fraternitas, respectu leuati seu baptizati, & filiorum leuatis sub baptizatis: quia inter se sunt fratres spiritualiter. Nec extenditur ista cognatio ad nepotes. Et xx. personas, quæ prohibetur per hanc cognatione spiri

spiritualem, ponit Ioan. And. in summula sua super quarto Dec. & in gl. c. vii. eod. tit. lib. vj. in nouel.

XII. De cognatione legali.

Adoptio. Adoptio est quædam propinquitas legalis, id est, à lege inducta per quam quis efficitur filius, vel nepos, vel affinis, qui ex natura non est: de hoc dixi ff. de adop.

XIII. De eo qui cognouit consanguineam uxoris suæ.

Ex copula habita cù consanguinea vxoris oritur affinitatis cognatio, quæ non dirimit matrimonium prius contractum, sed soluit sponsalia de futuro. Item priuat facultate contrahendi matrimonium, & exactiorem debiti in vxore habita.

XIV. De consanguinitate & affinitate.

Quid sit affinitas, & consanguinitas, dixi ff. de grad. affin. pag. 131.

XV. De frigidis, & maleficiatis, & impotentia coeundi.

Hæc rubrica tres habet partes: tractat enim de Frigidis, id est, de his qui ex defectu naturalis caloris coire non possunt. *Maleficiatis.* Et de maleficiis, id est, per maleficas & incantatrices à coitu retardatis aut inhabilitatis. Et de impotentia coeundi, quæ multiplex esse potest, vt si vir est sectus, vel caret virilibus, vel habeat nodosam viagam: de quo in c. ij. j. eod.

XVI. De matrimonio contracto contra interdictum ecclesie.

Interdictum ecclesie, id est, prohibitio super matrimonio contrahendo, quandoque impedit ipsum matrimonium, quandoque impedit & dirimit: de materia vide quod not. glo. in c. tua, de spon. duo.

XVII. Qui filij sint legitimi.

Sepè filij nascuntur ex matrimonio contracto contra impedimenta ecclesie: & dubitari potest an, & quando sint legitimi: deo de hoc vide c. tanta, infra eodem. vbi est clausus rotius tit. dixi aliquid in Auth. quib. mod. nat. eff. le. col. vij. de materia xxvj. dist. c. viduam, xv. q. vj. c. non nuper xxx. q. ij. c. dicat & xxvij. q. vij. c. fi.

XVIII. Qui matrimonium accusare possunt, & contra illud testificari.

Ista rubrica duas partes habet: tractat enim qui sint accusatores idonei. In quo distinguitur, an agatur ad separationem thori, vt tunc soli coniuges admittuntur: an ad separationem vinculi coniugalis: nã tunc omnes admittuntur. Secundo tractat, qui

qui testes sint idonei contra matrimonium: & dicit Inn. quod quisque ad accusationem matrimonij est idoneus testis.

xix. De diuortijs.

Diuortium fit dupliciter: primò quoad substantiam vinculi matrimonialis. vt quandoque separatur matrimonium propter impedimentum perpetuum: quandoque fit quoad thorum & mutua[m] seruitutem, vt propter adulterium coniugum. Quid fit Diuortium dixi ff. eod. tit. pag. 81.

xx. De donationibus inter virum & uxorem. Et dotè post diuortium restituenda.

De prima parte dixi ff. eo. tit. pag. 82. De secunda dixi ff. sol. mat. pag. 83. & ff. de iure dot. pag. 79.

xxi. De secundis nuptijs.

Dixi C. eod. tit.

LIBER V.

Tit. I. De accusationibus, & inquisitionibus, & denuntiationibus.

TRactaturus autor de criminibus, & eorum pœnis: quia super eis quandoque proceditur per accusationem, quandoque per inquisitionem, quandoque per denuntiationem: idè de his dicitur: dixi ff. eod. tit. pag. 192.

ii. De calumniatoribus.

De hoc dixi ff. eod. tit. pag. 27. & ff. ad Turpill. vide bonum text. ij. q. j. c. notandum. & ff. de priua. del. pag. 181.

iii. De simonia.

Simonia.

Inter cœtera crimina Simonia obrinet primum locum: nam cœtera respectu huius pro nihilo reputantur, j. q. vlt. c. fi. Et est Simonia, voluntas studiosa, vel cupiditatis emendi vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum: de quo, & vnde dicatur, quot modis contrahatur, & quis admittatur ad accusandum, vel testificandum, vide gl. j. q. j. in sum. & gl. seq.

1v. Ne pralati vires suas, vel ecclesias sub annuo censu concedant.

Ista est species Simonia: & est titulus satis clarus, quia negatiuus, & totam orationem continet.

v. De magistris, & ne quid exigatur pro licentia docendi.

Hic submittit de quibusdam habentibus instar spiritualiù: vt de magistris licentia docendi: & est satis clarus, præsertim secunda

secunda pars, quæ negatiua est.

vi. De Iudæis, & Saracenis, & eorum seruis.

Iudæi à Iuda, quia illa tribus præstantior cæteris. dixi Iudæi. C. eo. Saraceni dicuntur à Sara vxore Abraham, qui potius Agar Saraceni dici deberent ab Agar ancilla Abraham, & matre Ismaëlis, ex quo Saraceni descenderunt. Et dicitur hic de seruis siue stricte, id est, libertate carentibus, siue largè etiam seruib. pro mercede, vt famuli qui etiam serui dicuntur à seruiendo. dixi C. ne Iudæ. Christi. manc.

vii. De hæreticis.

Dixi C. eod. tit.

viii. De schismaticis.

Schismatici sunt, qui diuidunt se ab unitate Romanæ ecclesiæ, constituendo sibi ecclesiam, & ordinando clericos, & sacerdotes, xxiii. q. j. c. loquitur. & q. iij. c. inter schisma.

ix. De apostatis, & reuerantibus baptismum.

De prima parte dixi C. eod. de aposta. C. ne sanc. bap. re.

x. De his qui filios occiderunt.

Inter homicidiorum genera, homicidium filiorum est grauius, quàm patricidium: idè præmittitur. dixi C. ad le. Pomp. de patricid.

xi. De infantibus & languidis expositis.

Exponentes, id est, eicientes infantes & languidos, eos quasi occidunt: idè de hoc dixi aliquid C. de ser. lang.

xii. De homicidio voluntario, vel casuali.

De homicidio voluntario dixi ff. ad leg. Cor. de fica. pa. 197. De casuali dixi ff. ad leg. 4. quil. pag. 38. & vide gl. bonam in casu sicut dignum, j. eo. & gl. xxxii. q. iij. in sum.

xiii. De torneamentis.

Torneamenta fieri non debent, & vulnerato in eis conceditur pœnitentia. Sed si moriatur, venegatur ei sepultura ecclesiastica. infra c. j. & dicuntur torneamenta, quia vadunt circumeundo, seu percuciant se circumeuntes; à torqueo, vel à torno.

Torneamenta.

xiv. De clericis pugnantibus in duello.

Duellum dicitur, vbi duntaxat duo pugnant: & hoc est prohibitum, quia tentatur Deus, j. c. ij. & de pug. vulg. per totum. de quo gl. Inst. de hæred. ab intest. §. per contrarium.

xv. De sagittarijs.

Sagittarij, & Balistarij sunt, qui sagittis, id est, arcu, & balistis vtuntur.

xvi. De adulterijs & stupro.

Dixi ff.eod.tit.pag.194.

xvii. De raptoribus, & incendiarijs, & violatoribus ecclesiarum.

Rapina partim se habet ad mœchiam, cum scilicet rapitur mulier: partim ad furtum, cum committitur in alijs rebus: in quo delicto frequenter incendia, & violationes ecclesiarum contingunt: ideo de hoc.

xviii. De furtis.

Dixi ff.eod.tit.pag.181.

xix. De usuris.

Dixi ff.eod.tit.pag.74.

xx. De crimine falsi.

De materia habes xix. distinct. ca. in memoria. & xj. q. iij. ca. quisquis. iv. q. iij. ca. qui falso, vide modos deprehendendi falsum, infra cap. licet. & pœnam in cap. ad audientiam, dixi ff. pag. 197.

xxi. De sortilegijs.

Sortilegia dicuntur quæ fiunt pro furtis inveniendis, vel divinationibus intentandis per missionem fortis: de hoc vide optimam gl. xxvj. q. ij. in sum. & q. v. c. contra idolorum.

xxii. De collusione detegenda.

Dixi ff.eod.tit.pag.143. vide gl. ij. q. iij. §. notandum, & §. fi. facit text. in c. ij. de procur. lib. vj.

xxiii. De delictis puerorum.

Omne delictum cadit in puerum, excepto vitio carnis. de materia xv. q. j. per totum. & iv. q. iij. c. j. xxij. q. vj. c. paruuli.

xxiv. De clerico venatore.

Venatio. De multiplici venatione clericis prohibita hic tractatur. de hoc lxxxvj. dist. cap. qui venatoribus. cum v. c. seq. & xxxiv. dist. c. j. in prin.

xxv. De clerico percussore.

Clericus sæpe aliquem percutiens deponendus est. de materia, xl. dist. & j. q. vij. c. si quis omnem.

xxvi. De maledictis.

Pœna blasphemantis ponitur j. ca. ij. dixi aliquid C. si quis imp. maled.

xxvii. De clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante.

Clerici his censuris innodati celebrantes, vel divinis se ingerentes, sunt irregulares, vt j. dicitur: de materia xj. q. iij. placuit,

cuit, & c. penult. dist. cap. accedens.

xxviii. De clerico non ordinato ministrante.

Talis deponendus est, & amplius non ordinandus.

xxix. De clerico per saltum promot.

Per saltum promoueri dicitur, qui non gradatim ad ordines accedit, sed præpostere, aliquibus intermedijs obmissis ordinibus: de hoc lxxi. dist. c. sollicitudo, vbi gl.

xxx. De eo qui furtiuè ordines recipit.

Furtiuè ordines recipere dicitur, qui sine ordinatione, & licentia superioris, & sine examinatione, vt quia ingerit se cum multitudine ordinandorum, ignorante ordinatore, ordinatur: & de hoc lxxiij. dist. c. salomitan. q. ix. q. ij. c. Lugdunensis.

xxxi. De excessibus prælatorum.

De delictis prælatorum ponit, & eorum pœnis.

xxxii. De noui operis nummiatione.

Dixi ff. cod. tit. pag. 135. no. plenè per gl. c. ij.

xxxiii. De priuilegijs & excessibus priuilegiatorum.

Quandoque delinquant priuilegiati excedentes terminos priuilegiorum suorum. De materia xxv. q. ij. per totum, facit ij. dist. c. priuilegia. & ix. q. iij. c. sola. & xi. q. iij. c. priuilegia. repetitur in Sexto & Clem.

xxxiv. De purgatione canonica.

Infamati ex delicto, qui conuinci non possunt, debent compelli ad purgationem, id est, ostensionem innocentie, quæ dicitur canonica, quia canonibus instituta, vel inuenta.

xxxv. De purgatione vulgari.

Hanc purgationem, id est, ostensionem innocentie vulgus introduxit: & est prohibita, quia tentatur Deus, & multoties per eum condemnatur absoluedus.

xxxvi. De iniurijs, & damno dato.

De prima ff. cod. pag. 185. De secunda, ff. ad leg. Aquil. pag. 38.

xxxvii. De pœnis.

Dixi ff. eodem tit. pag. 204.

xxxviii. De pœnitentijs, & remissionibus.

Pœna imponitur in foro iudiciali, sed Pœnitentia in foro pœnitentia, quæ quia quandoque releuantur per indulgentias, ideo ponit de remissionibus, id est, indulgentiis.

xxxix. De sententia excommunicantis.

Excommunicatio, est à qualibet licita communione, vel licito acta separatio. Et quædam est maior, quæ priuat participatione sacra

Per saltum promoueri.

Purgatio.

Pœna Pœnitentia.

sacramentorum, & communione hominum : quædam minor quæ solum priuat à participatione sacramentorum. de hoc in cap. à nobis, de excep. c. fi. de cler. excom. min.

XI. De verborum significatione.

De hoc dixi ff. cod. tit. pag. 223.

XLI. De regulis iuris.

De hoc vide bonam gl. cod. tit. lib. vj. super rub. dixi etiam ff. cod. tit. pag. 223.

Has easdem rubricas estis nro omnes, eas saltem qua tibi, ò Lector, obuenerunt in Sexto & Clementinis repetere, ac reuisere, ex suprapositis poses.

F I N I S.

D E C R E T V M.

Decretū,



E materia Decreti paululum quippiam pro eius duntaxat cognitione dicturi, præmittimus, Decretum idem esse quod statutum, vel constitutionem. Et quæ sit differentia inter Decretum, Iussum, Autoritatem, & Consensum, not. in capitulo primo, de reb. ecclæ. non alie. & Bartho. in lege si quis nihil. §. iussum ff. de acquir. hære. Et sumitur Decretum quandoque pro sententiâ definitiuâ. ff. de offic. procon. leg. nec quicquam, §. ubi decretum. & l. prætor, §. j. ff. de iudi. & ff. de re iud. l. si decreta. Quandoque sumitur pro simplici petitione data iudici. C. de preci. offer. l. j. Quandoq; cõtinet permissiõem vel dispositionem iudicis, absolutionem, vel condemnationem non continentem: vt in iurisdictione præcisè voluntaria, ubi nemo citandus est. ff. de bon. poss. l. iij. §. pen. Quandoq; dicitur Decretum, electio de aliquo facta ad aliquod officium. ff. quod cuiusq; uouer. l. item eorum. §. si decuriones de elect. innotuit. Quandoque dicitur in integrum restitutio. ff. de post. l. j. §. de qua. Quandoque dicuntur Decreta patrum statuta, vt hic, & j. xx. dist. c. si decreta. Et fuit compilatum à magistro Gratiano, anno domini m. c. v. secundum formam appellationis, quæ ponitur ij. q. vj. ca. forma. Sed vt gl. ibi dicit colligi ex chronicis, quod fuerit m. c. l. Et hoc decretum non est approbatum quoad dicta Gratiani, sed bene quoad compilationem, & alia: de quo per Ioan. And. de biga. c. debitum. de rescrip. ex parte j. not. Hug. & Archi

Compi-
lacio de-
creti.

Archid. xj. dist. c. quis nesciat & l. dist. ca. de his. Et diuiditur totum opus in tres partes, in Distinctiones, Causas, & Tractatum consecrationum. Distinctiones præmittuntur, quarum sunt centum & vna: in quibus tractatur de origine iuris diuini & humani, & de ordinatione, vita, & moribus clericorum, & eorum officiis. Causæ sunt triginta sex, quæ per modum positionis formantur: & sub eis variæ quæstiones ex causis ipsis emergentes, & incidentes explanantur. Sed sub tricesimatertia causa post tertiam eius quæstionem, in qua mentionem fecerat de penitentia inseritur tractatus. De penitentia, habens septem distinctiones. Postremò autem ponitur Tractatus consecrationis, cum quinque distinctionibus vsque ad finem continuatis. De huius libri diuisione ita solent tradi versus.

C, distinguit & idant causas x. tria cum vi.

Pœnitet v, versum: sed consecrat v, viceuersum.

Sed de his ad præsens fati, ne longiores reperiamur, quam ab initio polliciti sumus. Habes, ò lector, laborem quidem præcipitatum, & quoad potuimus abbreviatum: in plurimis tamen non ingratum, aut iniucundum tibi fore scio. Pensa animum nostrum, quem non plebeium lucrum, non popularis aura, sed communis studentium utilitas, ad huius opusculi consummationem allexit. Tu oque fauebis Sebastiano, Sibi, si quid de te bene meruit, longa stamina, fufosque lanificum sororum non fastiditos, imò verò continuatos precando.

Iamque vale, studiose puer, perdisce libellos

Hosce: neque addubita, te quia digna leges.

Contigimus portum, placidis comitantibus auris,

Et premit optatum nostra carina solum.

Linte fessa quidem, remique ratisque manisque,

Quod meruit nauulum nauita ferre cupit.

Disce docendus adhuc, tenerum bene digere tempus:

Est aliquid saltem, discere velle. Vale.

E e MODVS

MODVS STVDENDI INVTROQVEIVRE, IOAN. BAPTISTÆ

DE GAZALVPIS.



Um expurgaueritis vetus fermentum, & iam sitis noua conuersio, vt epinor, in azymis sinceritatis & veritatis, in quo statu nos conseruet clementissimus Deus: visum est mihi scienti vtilitatem vestram, tempus esse conueniens, quo studiosis anxie diligentibus religionem iuris ciuilibus, rectam callem ostendam, quò gressus eorum dirigam, & viam aperiã, per quam ambulent, non in tenebris, sed in luce, ad illam legalem sapientiam capeffendam. Dicam igitur quæ sentio, & pro vtilitate vestra fideliter loquar, quasi mihi ipsi consilium dans.

DOCUMENTVM I.

Anima
purgada
& con-
scientia.



Vicūque cupit iuri operam dare, sit circumspectus infra scriptis. In primis bene, & diligenter præparet animam suã, confitendo peccata sua integrè, & satisfaciendo pro commissis: vt sic Spiritus sancti gratia, omnem habens virtutem, & omnem scientiam inueniat receptaculum mundum, & tribuat plenam perfectamque scientiam: nam quicquid alibi quæritur, hic perfectius inuenitur, xxxviij. dist. ca. legimus, §. sed econtrã, in fin. Istud est potissimum & primum consilium quod dedit venientibus ad studiũ venerabilis doctor Guliel. de monte Laud. in clemen. j. de magistris. subdens, quod scholastici qui ad quamuis scientiam approbatam transeunt, & die noctuque torquentur, in vanum laborant, nisi Dei gratiam habeant secum coadiutricem: quia vt dicitur Sap. j. In maleuolam animam non introibit sapientia, idem consilium dedit recolendæ memoriæ doctor dominus Simon de Bursiano, Cardinalis Mediolanensis, in proemio Clement. dicens, quòd scholaris non confidat in ingenij perspicacia, & capacitate, studiij assiduitate, & memoriæ tenacitate, sed in eo spem ponat, qui scientiarum dominus est, in quo

*Vbi ori, christy n. e. fundam. nullus boni operis. stat
super edificat. c. cy Paulg 26 caa. 1. q. 4.
quid quid ipiti. agim in nomine Domini incipere,
debemg. c. n. oberbetij 26. caa. 26. q. 7*

stant omnes thesauri sapientiæ absconditi. Nam scriptum est. Qui confidunt in domino, intelligunt veritatem: superbis autem Deus resistit. Idem consilium summopere laudauit in dicta cl. j. de magistr. Franciscus de Zabarellis de Padua, olim Cardinalis Florentinus: & insignis doctor, do. Goffredus Caietanus in dicta cl. j. Martinus de Fano in epistola quam fecit de modo studendi, in quinto requisito. Caueat etiam omni conatu à singulis peccatis, quia delinquens in vno factus est omnium reus, vt in cap. de feat, extra, de reg. iur. & per vnum peccatum tota gratia euacuatur, xxxij. q. i. c. cum renouariatur: totum enim hominem non dimidiatur Deus. Versus: Largã Dei pietas totum non dimidiabit: Aut nihil aut totum de lachrymante dabit.

Dicit etiam Gulielmus, quod specialiter caueat idem studens à Venere, (quo vitio consueuerunt facile studiosi inquinari) cum per tale vitium ratio & intellectus tanquam superiores partes mèris confundantur, sensualitate (quæ est inferior pars) attrahente & prædominante. xxxviij. dist. c. turbat. in ca. j. de sacra vnct. vers. in pectore. Simile in caule, cuius spica, per quam emittitur semen si permittatur luxuriari, cito crescit: sic est in scholari, si pinolum, id est ingenium permittatur desuere, virtus supernæ rationis, & intellectus impediuntur, & corporis paratur infirmitas. Idem dicit præfati doctores in dicta cl. j. vbi subdit D. Card. Floren. quod ipse habuit auditore qui notoriè obiit ex hoc. & ego cognoui plures, qui hoc vitio dediti, malè vitam finierunt, vno contextu perdidit omnem virtutem, omnem honorem, & omnem substantiam: & inter ceteros vidi quendam scholarem diuitem, & ingeniosum, qui fuerat rector cuiusdã studij, captus mulieris amore (quæ est rete diaboli, vt inquit Hier.) tandem propter illius meretricis amplexus vagabundum discurrisse prouincias: & tandem carceratum pro mole æris contracti pro nauenda illa diabolica foemina. Iste idem præ rubore & verecundia ne cognoscerem eum, prono in terram vultu petit à me eleemos. ad hoc vide xxxviij. d. c. legimus. ver. hinc etiam & Hic. in epist. ad Damasũ.

Caueat ab Alea, quæ fomes est, & incentiuum omnium malorum: vt plenè dixi anno superiori in opusculo contra lusores, quod velis omnino videre: quia ipsius lectura cum adiutorio Dei reformabit te, si reformatioe indiges.

Caueat à Crapula & Ebrietate: nam cum vicina sint venter & genitalia, ex vicinitate membrorum resultat quædam con-

E c 2

fordè

*A veno-
re absti-
nendum
scholari-
bus.*

A ludo.

*Crapula
& Ebrietas,*

fœderatio malorum, id est, vitiorum, secundum Hier. & Greg. in moral. dicit quod dominante gula vitio, omne quod homines fortiter egerint, perdunt: & dum venter non restringitur, simul cunctæ virtutes obruuntur. Et hinc est, quod pinguis venter tenuem sensum non gignit. Ideo suadeo, vt mutuas commensationes fugiatis: nam escarum vsus est insatiabilis, & origo vitiorum: & est quid perniciosum, & sanitati inimicum: & quod peius est, inutilis consumptio temporis, quo nihil carius secundum Theophrastum.

*Qualiter
iuueni-
bus vi-
uendum.*

Audi Aug. in lib. ij. de ordine contra Academicos, c. viij. Adolescentulis studiosis sapientiæ ita viuendū est, vt à venereis rebus, ab illecebris ventris, & gutturis, ab immodesto corporis cultu & ornatu, ab inanib. negotiis ludorum, à torpore somni atque pigritiæ, ab æmulatione, obrectatione, inuidentia, ab honorū potestatumq; ambitionibus, ab ipsius etiam laudis immodica cupiditate se ablineant. Amorē autē pecuniæ totius suæ spei certissimū venenū esse credat. Nihil enerviter faciant, nihil audacter. Inimicitias vitæ cautesime, ferat æquissimè, finiant citissimè. In omni verò contractu cōversationeq; cū hominib. satis est seruare hoc vnum vulgare prouerbiū. Nemini faciant quod pati nolint. Republicā nolint administrare, nisi perfecti. Perfici autem vel intra senatoriā ætatem festinet, vel certè intra iuuentutem. Sed quisquis serò ad ista se conuertit, nō arbitretur nihil sibi esse præceptum. Nā ista vtique facilius adūta ætate seruabit. In omni autem vita, loco, tempore amicos aut habeant, aut habere insistent. Obsequantur dignis etiam non hoc expectantibus. Superbos minus curent, minime sint. Aptè congruenterq; viuant, Deum colant, cogitent, quarant, spe, fide, charitate subnixi. Opreat tranquillitatem, atque certum cursum studiis suis omniumq; locorum, & sibi quisque poseat mentem bonam, pacatamq; vitam. Hæc Aug.

*Quid
orandum.*

Optimum autem & salutare est remedium ad prædicta cōsequenda, frequens oratio ad Deū: de qua oratione plenissimè loquitur gl. in clementin. si dominum, de reliq. & vene. sanct. super verbo, orationem. & specialiter hortantur, quòd quilibet studiosus velit singulis dieb. dicere officium B. Mariæ gloriose virginis, quæ est inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, & mater salutis: in qua qui spem posuit nunquam vacuus abiit.

*Quomo-
do credē-
dum.*

Cæterū licet omnis quicunque adultæ ætatis teneatur credere articulos fidei: vt habetur in Symbolo; Credo in Deū & Athanasij. Quicumque vult saluus esse, de quo xxxviii. dist.

ē. j. & ij. & licet laico simplici, & fortè omnibus etiam literatis sufficiat articulos fidei credere implicite, id est, credere verum esse quicquid credit Ecclesia Catholica: vt dicit Inn. in ca. j. de summa trini. & sequitur magister Bernar. Compostellanus ibidem: illum tamen qui ingeniosus est, hortatur idem Compostel. vt velit illos articulos fidei scire magis distinctè. Et quamuis hoc ex dono scientiæ, & ingenij sibi à deo dato quasi ex debito rationis, & ingrati tudinis vitandæ causa scire debeant, putat tamen ibidem, quòd dicti laici etiam ingeniosi, & literati non peccant mortaliter, si dictos articulos fidei nesciat explicite, vel non sint solliciti de his sciendis: quia eorum professio ad hoc non est: quæ verba nota diligenter.

DOCUMENTVM II.



ONVENIT adolescenti studioso, qui sicut Doctōr dictum est, viuere instituerit, querere doctorem sibi, & magistrum, cuius autoritas aperiat sibi ianuam sciendi necessaria, magna & oculata: quam ianuam quisq; ingressus sine vlla dubitatione vitæ optimæ præcepta sectatur, per quæ cū docilis factus fuerit, tunc demum discet & quanta ratione prædita sint ea ipsa quæ securus est ante rationem: & quid sit ipsa ratio, quam post autoritatis cunabula firmus & idoneus iam sequitur, atque comprehendit. Hæc August. vbi supra. Plin. secundus ij. libr. epistolarum, epistola xvij. inter cætera cuidam Maurico, qui eum consuluerat de præceptore eligendo pro fratris liberis, dicit hæc verba: Cū omnes qui profitentur, audiero, quid de hoc sentiam, scribam: Nec ignoro, suscipiendas offensas in eligendo præceptore: sed oportet me non modò offensas, verum etiam similitates pro fratris tui liberis tam æquo animo subire, quàm parentes pro suis. Illustris Doctōr Martinus de Fano in epistola quam fecit de modo studendi, dicit, primò querendum esse de doctore, si qualia doceri oportet doceat, si libenter ad interrogata respondet: & si respondendo dubitationes de pectore querentis euellat: si patitur rationabiliter contradicere: si causam rationabilem suis dictis adiungit: si videtur quod asserit, de fonte vel scripturæ vel æquitaris, vbi iustitia deficit, prouenire. Item querendum, an sit satis sufficiens, an vim habeat impressiuam, vt exemplis intelligibilibus instruat quod ostēdit: nec sit in sua lectione pomposus, sed potius utilis, & fidelis: &

*Doctōr
ligēdus.*

*Qualis
debet esse
doctōr.*

MODVS STVDENDI

438
 plus veritati, quàm truffis & ornamento verborum inherens.
Præcepta erronea. Dicebat recolendæ memoriæ doctor & præceptor meus dominus Ioannes Petrucij de Peruffo, quòd aliqua quæ adulta in ætate ab imperito & inepto præceptore erronea sibi tradita didicerat, vix sexagenarius factus dediscere potuerit: vnde suadebat, in electione præceptoris esse propriæ vilitati, non alieno honori consulendum. Hinc Hier. in epist. ad Athletam, de institutione Paulæ, monet, quòd non discamus in teneris annis quæ dediscenda forè: quia difficulter eradicatur, quod rudes animi didicerunt. & subdit, Græca narrat historia, Alexandrum potentissimum Regem, orbisque dominatorem, & in moribus & incessu Leonidis pædagogij sui non potuisse carere vitijs, quibus adhuc paruulus fuerat infectus. Hinc sumat exemplum quisque, vt illum æmuletur, & cum illo cõuerferur, cuius mores sunt probati: aliàs informabitur cõherentia. Tu intelligis quid dicere velim, quorsum tendant hæc dicta mea. Qui habet aures audiendi, audiat. Adde quòd Macedonum sapientissimus Rex Philippus Alexandrum filium Aristoteli in disciplinam tradidit: extatque illius epistola ad Aristotelem, quam Aul. Gellius lib. ix. Noct. Attic. his verbis ponit, Dijs pol habeo gratiam: non tam proinde quòd natus est mihi filius, quàm pro eo quòd cum nasci contigit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fore vt eruditus, & doctusque abs te, dignus existat & nobis, & rerum istarum successione. Hæc refert Leonardus Aretinus in quadam epistola. Idem Plutarchus de liberis educandis sic ait, Maximum omnium longè que primarium dicitur accedo. Inquirendi sunt præceptores filijs, quorum vita nullis obnoxia criminib. irreprehensib. mores, & optimum sit experimentum. Honestatis enim fontem, simul ac radicem esse liquet, legitimum consequi disciplinam. Pauloque j. subdit, Illud certè stultitiæ extremæ: Sunt quidam qui licet præceptorum inscitiam cognouerint, idque præferant, illis tamen suos commendant puetos: nonnullis placidis ipforum victi blanditijs. Sunt etiã qui rogantiũ amicorum gratiã tribuant, qua in re simile quippiam factitant, vt si quis egrotò laboranti corpore doctum, ac saluterum omitrens medicum, vt amici gratiam ineat, imperitum hominem deligat, à quo fortassis in pernicem detur. de hoc satis apud Plutarchum.

Honor præceptoribus impediendum.

DOCUMENTVM III.

Conuenit adolefcenti studioso posteaquàm idoneum præceptorem elegerit, illũ honorare, obseruare, colere, amare vt

re vt genitorem, & conari habere beneuolum. Ipsum interroget, vt ab eo instruat, non autem vt calumnietur, & per aliquam cauillationem aut fallaciam intercipiat eum. Hæc Martinus de Fano in d. epistola, & Card. Mediolanensis in d. proemio Cle. Non superbiat ille discipulus, cui aliquando contigerit aliquid scire doctori ignotum, nam in hoc latissimo prato iuris ciuilib. bos herbam, canis leporem, ciconiãque lacertam inuenire potest: vt in simili dicit Seneca in epist. 108. Præterea omnia intelligere, & omnia habere memoriã, diuinitatis est potius quàm humanitatis, vt l. j. §. si quid autem. C. de veter. enuc. Capiat vnusquisque exemplum ab Augusto dicente. Ego Episcopus tot annorum ab anniculo paratus sum doceri. xxiv. q. iij. c. si habes. Conetur præceptoris opiniones defendere quantum potest, exemplo Cassij Iuriconsulti: vt habetur in lege qualem, versic. Cassius. ff. de arbit. cum similibus. Quòd si non potest ex errore manifesto, veritatem præponet, & honorabit eam: nam ambobus existentibus amicis, sanctius est honorare veritatem, vt inquit Philosophus. j. Ethic.

DOCUMENTVM IIII.



CONVENIT vt omnem curam, studium, & diligentiam adhibeat, Deum & facultatem cui indulget, corde gerens: vt inquit idem Marti. de Fano in d. epist. circa quæ quicumque voluerit ad saturitatem videre, legat Plin. lib. j. epist. iij. v. vj. ix. xij. xvi. xvij. xx. & xxj. Item in lib. ij. epist. iij. v. xj. xlij. xvij. & xix. Item in lib. iij. epist. j. & iij. Sed super omnia legat & memoriã commendet epistolam v. dicti lib. iij. ad Marium: quæ incipit, Pergratum in qua describit vitam & mores Plinij maioris auunculi sui quæ literis aureis esset scribenda, non omisso apicẽ. Incitaret enim animum cuiuscunq; ad diligentiam & moueret pectora etiam durissima & saxea, quinimo ex ipsius lectione pleriq; qui se credunt diligentissimos, cognoscerent manifestè se esse negligentes. Imitetur exemplum Pomponij Iuriconsulti dicentis hæc verba: Nam & ego discendi cupiditate (quam solam viuendi rationẽ optimam in octauũ & septuagesimũ annũ ætatis duxi) memor sum eius sententiæ, quam dixisse ferunt Iulianũ: Nam & si alterum pedẽ in sepulchro tenerem, adhuc tamen discere quidẽ vellem, vt habetur in l. apud Iulianũ, ff. de fideicõ. liber. Subdit Martinus de Fano in dicta epistola. Nec tantũ studearis

Quid facere studeans debeat.

Semper studendum.

quòd tristitia, aut pectoris dolor vos affligat anxietatibus recipite requiem, & animum ad gaudia reuocare. Hoc fuerit superfluum monere temporibus nostris. Nam libri scholarium regulariter sunt pleni puluere, quotidie circumueant plateas, vt cum sint bene, imò luxuriosè, induti, videant & videantur. Peccatis efficacissima studiosis luxuria vestiù, propter quam tempus otiosè perditur, & rotæ conuersæ sunt in scabella. Scio, intelligis quid velim monere per hæc verba. Hinc Ioan. And. reprehendit scholares vestibus doctores viuentes, vt est glo. in ca. ad apostolicæ, de priuile. lib. vj. Hæc non sunt intelligenda de nobilibus & potentibus. Vnde Card. Mediola. in dicto proemio Clem. dicit, Paupertatem esse vnam ex clauibus, per quas intramus ianuas sapientie: nam paupertas luxuriam compescit, & Sen. dicit: Si vis addiscere, sis pauper, aut similis pauperi. Cratis Thebani recipiens exemplum. xij. q. ij. c. gloria. versu. atatis. Hoc intellige cum temperamento, dummodo necessaria adsint: vt inquit Philosophus, x. Ethicorum.

Pauper-
tas, &
humili-
tas.

DOCUMENTVM

An ex-
pediat
habere
multos
libros.



NON curet scholaris in vsu multos libros habere. Nam lectio multorum autorū omnis generis voluminū habet aliquid vagum & instabile. Certis ingeniis immorari oportet si velis aliquid trahere, quod animo fideliter sedeat. Nihil est quod vbiq̄ue est. In peregrinatione existentibus hoc euenit vt multa habeat hospitia, multas amicitias. Idè accidit his, quinullius ingenio se familiariter applicat: sed omnia cursim, & propter ter transmittunt. Nihil æquè sanitatè impedit, quàm remediō crebra mutatio. Nec prodest cibus sūptus qui statim eiicitur. Non conualescit planta quæ sæpè transfertur. Distrahit librorum multitudo. Itaque cum legere non possis quantū habueris, satis est habere quantum legas. Sed modò hunc librum euoluere, modò illum rarò est fructuosum. Fastidientis stomachi est multa degustare quæ vbi varia sunt & diuersa, inquinat, non alunt. Non refert quàm multos, sed quàm bonos libros habes. Lectio certa prodest, varia delectat, &c. Hæc Sen. in epist. ij. pro maiori parte. vnde dominus Cardinalis Flor. in d. ele. j. de magistris dicit, quòd expedit scholari paucis libris vacare, vt possit commendare memoriæ quæ fuerint opportuna: vt putà scholari in iure studenti conuenit memoriæ commen-
date

dare textus & glossas: sine quibus frustra laborat ab subtilitatibus, quas non posset iure probare. Doctor autem indiget multis libris, & si fieri posset, omnium qui scripserunt: vt ex multis possit eligere veriora. Tu si vuleris plenius videre, an expedit habere multos libros, vide eundem Sen. in lib. de Beneficiis. c. ij. & in li. de Vita & morib. philosophorum, in iij. parte. & Hier. in epi. xl. & Oldradum conf. lxxxv. Quòd si omnino vulerit illos habere, & cum perfectus fuerit, illis vt: notum sibi facio, quòd primus qui cepit glossare textus & leges, fuit *Guarnerius*, seu *Itnerius*, dum studuisset legibus ex seipso: & *rius*, legit Bonon. vnde tunc fuit maximi nominis, & meritò appellatus Lucerna iuris: tãquàm primus illuminator nostræ scientiæ. Ita dicit *Odofr.* in l. ius ciuile ff. de iustitia & iure. Post eū fecerunt *Bulgarus*, *Martinus*, *Placentius*, *Ioannes*, *Azo*, *Accursius*: quorum glos. qua autoritate facta fuerit, non memini legisse, sed circūscripta licentia Principis, an impudè licuerit glossare, vide gl. in l. ij. §. hoc autem. C. de veter. iur. enuel. Notabis tamen circa prædicta aliqua demulcentia aures auditorum. Primò notabis, quòd prima summa quæ fuit in iure nostro, fuit composita à *Ruggerio*: vt dicit *Odofr.* in rubr. C. ad legem Iul. reper. Huius discipulus fuit *Rofredus Beneuentanus*, vt colligitur ex dictis *Io. And.* in addit. Spec. in tit. de fructibus & interesse, & in tit. de confess. Scièdum est etiam, quòd dominus *Placentius* præclarus & famosus iuris peritus apud *Montempeffulanum* super C. & Institutionibus summam laudabilem composuit: vt dicit *Azo* in proemio suæ summæ super Codice, & incipit dicta summa *Placentini*, cum essem *Mantuzæ*, & ista summa *Placentini* erat tunc melior aliqua alia quæ publicata esset vsque ad illa tempora: vt dicit *Odofr.* in l. j. ff. de pactis.

Post hæc *Ioannes Basianus Cremonen.* fecit vnâ summam breuissimam super *Pandectas*, de quo *Odofr.* in l. j. in prin. ff. de edendo. dicit, quòd erat ventosa, & quòd illam solum fecit vt *Placentinum* reprehenderet, & quòd aliquid boni non est in illa summa. Idem *Ioannes* fecit quandam lecturam super C. iste *Ioannes* fuit præceptor *Azonis*: vt in summa *Azo.* super C. in tit. proso. de quo in gl. fit sæpè mentio. Floruit anno domini m. c. Iste fuit iuris lucerna, & speculum mundi, vt inquit *Angelus de Perusio* in reper. l. si falsis C. de furtis. Eodem tempore fuit *Bulgarus*, vt habetur in l. bene à *Zerone*, C. de quadri. præscrip. Superuenit *Azo*, qui primò fecit

Guarnerius

Martinus

Placentinus

Ioannes

Ruggerij

summa

Rofredus

Placentinus

summa

Ioan. Ba-

sianus

de edendo

de quo

de furtis

de furtis

de quadri.

minorem apparatusū super C. & ff. deinde fecit summā quā habemus, & dicitur Azonis, & est licet quidā dixerint olim, illam summam quā attribuitur Azoni, fuisse Ioannis Bafiani Cremonensis: sed malē dixerunt, nam Ioannes tantū fecit summam super Pandectis, vt dixi. hoc dicit Odof. in legem, C. de pact. & illi summæ Azonis Odof. fecit additiones, quas in aliquibus summis incorporatas vidi. Post hanc summam idem Azo fecit magnos apparatus super Digestum vetus: optimus fuit, vt dixit Odof. in l. Iulianus, ff. de cond. ind. Hunc Azonem Bald. in l. contractus, C. de fide instr. & licet aliter, C. de fidei. inf. dixit fuisse fontem legum & vas electionis. Lotarius fuit contemporaneus Azonis, vt per Bar. in l. sancimus, C. de iudi. Rosfredus Beneuentanus, qui fecit vtilissimum opus libellorū in iure ciuili & canonico, fuit discipulus Rogerij in initio, vt prædixi: postea discipulus domini Azonis, vt ipsemet sapius attestatur in dicto opusculo libellorū. Succurrit deinde renebris iuris ciuilibus Accursius Florentinus, qui glossauit Digestum, Codicem, Institutiones, librum Authenticorum, & tres libros C. tempore Gregorij ix. pontificis cxxxv. Fridericus it. in ordine Imperatorum xxiv. Tempore quo glossauit librum Authenticorum currebant anni domini m. cccxvi. vt ipse notauit in Auth. vt præpo. nomen Imper. §. si qui vero. super verbo indictionis, & consequenter à glossatione Accursij vique ad præsentem annum cucurrerunt anni cccxxvi. vel circa. Iste Accursius discipulus Azonis, vt ipsemet notauit in l. fin. super verbo, possum. ff. de cond. ob cau. Iacob. Balduini fuit præceptor Odofredi. floruit anno domini m. cclxx. de isto sæpè Odof. in lecturis suis facit mentionem. Innocentius iv. qui fuit Ianuens de domo de Sifisco, & de comitibus Louaniæ, fecit apparatus solemnem super decretalibus. fuit magnus legista. floruit ann. domini m. cccx. iv. vt per. Io. And. in add. Spec. in tit. ne sede vacante. Dominus Ber. Compostellanus scripsit super primo decretalium vsque ad tit. de translat. præl. fuit capellanus inn. prædicti, & edidit illud de mandato Innocentij. Odofred. fecit lecturas super C. & ff. floruit anno domini m. cclx. colligitur ex dictis eius in l. Imperiū, ff. de iuris. omn. iud. Vnebant etiā tempore Io. And. vt colligitur in add. Spe. in tit. de ioca. Hostiensis, id est, dñs Héricus cardinalis Hostiensis, qui fuit de Segusia secundū Io. And. in add. Spec. in tit. de rescript. præsentatione fuit præceptor Speculatoris, vt dicit Io. An. in add. Spe. in ti. de offi. iudicis, fecit summā mirabilē, & edidit lectu-

ras super Decretalibus. Speculator, Guilielmus Durandi fuit prouincialis, vt colligitur in Spec. in tit. de feudo. Tēpore quo condidit librum Speculi, currebant anni domini m. c. cclxxi. patet in Spec. de instr. editi. §. j. ver. item hodie. Iaco. de Beluifo legit sæpius librum Auth. & fecit optimam lecturam super illo libro, & multas disputationes. Bartholomæus Brixienfis, qui fecit additiones ad glossas Decreti, fecit etiam quaestiones Dominicales & Venetales, floruit tēpore Gregorij IX. Gasias Hispanus floruit anno domini m. cclxxxiii. Guido de Buisio Archidiaconus Bononiensis floruit eodem tempore: commentauit solemniter Decretum & Sextum Decretalium. Dynus Mugellanus claruit anno domini m. cccxci. tempore Bonifacij viii. pontificis ecci. Adolphi Imperatoris: scripsit subtilissimē super ff. & super tit. Inst. de act. fecit etiam mirabile commentum super tit. de reg. iur. in vj. Huic disputando determinanti aliquam quæstionē adesse videbatur tota synodus legalis philosophia: vt dicit Cyn. in l. vnica, C. de sententijs quæ pro eo quod interest. Reperiuntur etiam consilia eius elegantissima. Iacob. de Rauenna prouinciæ Lotaringiæ legum professor in Theologia magister, ac Verdunensis ciuitatis in dicta prouincia episcopus, scripsit super ff. & C. & multa simpliciter tradita maioribus reduxit ad Dialecticum arguendū modum: vt per Cy. in l. quicumque. C. de seruis fug. q. vj. Petrus de Bellapertica, Burgundus, doct. illustris, scripsit super ff. & C. & super institutionibus. Edidit etiam infinitas disputationes: vt audiui, numero cētum. Floruit anno domini m. ccc. vt colligitur ex dictis Cyni & Bart. in l. j. C. de sententijs quæ pro eo quod inter. & fuit contemporaneus Dyni.

Iacob. de Arena Parmensis, cuius opiniones vt plurimū sunt de mente iuris, vt dicit Bartol. in sua disputatione quæ incipit Statuto Lucanæ ciuitatis. scripsit breuiter, sed vtiliter super C. & ff. & fecit multas disputationes. Martinus de Silemanis fuit contemporaneus Dyni, iste fuit præceptor Ioan. And. in legib. vt refert Ioan. And. in additio. Spec. in tit. de arbitris.

Bartholomæus de Neapoli fuit contemporaneus Dyni, secundum Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de iuramen. calum. & in tit. de donat. Franciscus Accursius fuit etiam contemporaneus Dyni, secundum Doct. in l. vnica, C. de sententijs quæ pro eo quod inter. & Cyn. in l. fi. C. de suspectis tut. & Bart. in l. j. §. suspecti, ff. ad Turp. Albertus Odofredi fuit contemporaneus Dyni. vidi consiliū subscriptum ab vtroque: de quo patebat publico

Lotarius
Rosfredus.

Accursius.

Iacobus
de Bellapertica.

Odofredus.

H. Bren-

Speculator.

Iacob. de
Beluifo.
Barthol.
Brixien.
Gasias.

Archi-
diaconus
Dynus.

Iacob. de
Rauenna.

Petrus
de Bellapertica.

Martinus de
Silemanis.

Bartholomæus de
Neapoli.
Franciscus.

Accursius.
Albertus.
Odofredus.

Richardus de Petronibus. blico instrumen. in archiuo Senensi. Richardus de Petronibus de Senis Cardinalis, vnus ex compilatorib. Sexti decretalium, fuit de sequacibus Francisci Accursij, vt refert Cyn. in l. tutori. C. de neg. gest. obiit Ianuæ anno Domini M. CCCXIV. vt vidi patere publico instrumeto. Guilhelmus de Tyno doct. vltra montanus, qui legit longo tempore in studio Aureliensi, fecit breuem apparatus super C. & ff. veteri. fuit doctor illustris.

Richardus Malumbre. Richardus Malumbre Cremonensis, qui legebat Paduæ tēpore regis Roberti secundum Cyn. in l. si vna matre, C. de bo. mater. fuit valentior doctor Italix suo tempore, vt dicit Bald. in l. quicumque, C. de episc. & cler. Iste Richar. fuit condemnatus de hæresi, vt in d. l. quicumque per Iacob. Butri. & Bal. multa scripsit, quorum copia rara. Floruit anno Domini M. CCC. Dominus Lambertinus de Ramponib. doct. profundissimæ & fundatissimæ scientiæ scripsit super ff. & C. suorum scriptorum, rara est copia Hunc doctorem extollit vsque ad sidera Ioann. And. in c. si pater, de test. in vj. in Nouella, & in additioni. Spe. in tit. de testa. Dominus Bartholomæus de Butrigarijs extollitur à Ioann. And. in addit. Spec. in tit. de accusat. in iij. parte.

Lambertinus de Rampon. Ioan. And. fons & tuba iuris canonici, fecit nouellas super decretalibus; glossauit & Sextum & Clementinas; fecit Nouellam super Sexto; & Mercuriales, opus dignissimum: & vltimo loco fecit mirabile opus Additionum Speculi: anno Domini M. CCCXLVII. vt colligitur ex his quæ ipse dicit in additioni. prædictis, in tit. ne sede vacante. & in tit. de filijs presbyterorū. Mortuus est anno Domini M. CCCXLVIII. tēpore magnæ pestis, vt scribit Ioa. Calderinus eius filius adoptiuus in c. vestra, de cohob. cle. & mulie. de qualitate patris. Ioann. And. & alij ad notitiā sui pertinentibus, vide in dictis addit. & in tit. de filijs presbyt. & in tit. de ætate & qualitate & in tit. de succ. ab intest. Hunc virū tibi propono, patre ludimagistro, tenuiq; fortunę homine natum: qui ista molestissima vtriusque iuris studia & perulit & didicit, pelle vsina tectus, citra lecti delicias, neque postea vxorius factus solitam diligentiam intermisit. huic ad urbem venienti (vt refert Nicolaus Euerardi in locis suis legalibus loco ab autoritate) dixit Pontifex. Bene venerit, qui lux mundi cognominatus est. Plura alia his similia de iuris doctoribus referuntur in dicto loco ab autoritate. Cynus de Sigisbuldis de Pistorio florebat anno Domini M. CCCXIV. quo anno in die sancti Barnabę Apostoli finiuit lecturā super C. quā inchoauerat anno præcedenti. Ista lectura perfecit ingenium

nium Bart. vt inquit Bald. in c. si vasallus, in tit. si. de feud. fue. contro. inter do. & val. Scripsit planè super prima parte ff. veter. vsque ad tit. si ex noxali causa agatur, inclusiue: & super tit. de reb. creditis in ij. parte: super reliquis paruam additionem scripsit. fuit iste Cynus amicus Ioan. And. vt attestatur Ioan. And. in addit. in tit. de locato. Fuit discipulus Dyni, quem præceptorem suum reuerendissimum fuisse profiteretur in mille locis. *Oldradus de Laude* fuit contemporaneus Ioan. And. & Cy. & fuit discipulus Dyni. fuit aduocatus consistorialis. Edidit super iure ciuili plures lecturas, quarum rara copia reperitur: solenne opus consiliorum fecit. Floruit anno M. CCCXX. Vixit imperante Ludouico III. vidi eius compendiosam & vtilem lecturam super Feudis, circumfertur hodie eius tractatus de Legitimatione, cum alijs: qui sunt multum viles.

Nicolaus de Materellis, doct. Mutinensis fuit contemporaneus Ioann. Andr. vt colligitur in addi. ad Spec. in tit. de condempn. §. sequitur. Edidit pulchras lect. super ff. & C. illarum rellis. copia rara.

Ioannes Calderini Bononiensis adoptiuus Ioan. Andr. doct. magnæ scientiæ & vitæ sanctæ floruit tēpore Ioan. And. & post commentauit Decretales, & facit pulchrum opus consiliorum. *Gaspar de Calderinis* floruit paulo post Ioan. Fabri doctor vltra montanus, qui fuit Aquitanicus, scripsit super C. & Instit. Ferè per eadem tempora Iaco. de Butrigarijs scripsit super ff. Ioan. Fa. veter. & super C. fecit duas lect. veterem & nouam. Item commentauit tit. Inst. de act. Edidit etiam infinitas disputationes. *Iaco. Butri.* Fuit vnus ex præceptorib. Bart. floruit anno Domini M. CCCXX. *Reinerius de Forliuio* alius præceptor Bart. qui commentauit Reimeticiam ius nostrum, obiit anno Domini M. CCCXVI. vt refert *Nellus de sancto Gemin.* in parte vlt. bannitorum quæst. xij. *Forliuio.*

Fredericus Petrucius de Senis fuit contemporaneus Ioan. And. Cy. Oldradi, Nicolai de Materellis, & aliorum de quibus *Peppulo 5.* Floruit anno Domini M. CCCXV. Edidit notabile opus consiliorū. *Recuperius de sancto Miniate, & Ioan. Pagliarenis* Recuperius de Senis fuere contemporanei Frederici, & viri singulares. *Lapus de Castellione* contemporaneus prædictorum fecit inter cætera opus notabile Allegationum suarum. *Bartolus de Saxo ferrato Piceus,* speculum, pater, & lucerna iuris ciuili, natus anno Domini M. CCC. incæpit studere in iure ciuili anno Domini M. CCCXXI. idē publicè de iure respōdit, anno Domini M. CCCXXX. obiit anno Domini M. CCCXL. *tatis suo an. ferrato.*

xlvj. fuit discipulus Cyni, Iacob. But. & Reinerij: vt colligitur ex dictis eius in l. si is qui pro emptore, ff. de v. cap. & in l. quidam cum filium, ff. de verb. oblig. ibi conicere potes quib. parentib. natus sit Bart. & in l. j. C. de sum. trinit. & ex repetitione domini Nicolai Alexandri eius generi in l. et si filium, ff. de munerib. & hono. Edidit mirabilia commenta in iure nostro quæ propter eorum celebritatem notoria sunt. Franciscus Tigrini

Francisc. Tigrini. de Pisis floruit tempore Bart. fuit doctissimus & sanctæ vitæ.

Francisco. de Albergoris. Franciscus de Albergotis & de Aretio solidus doct. vt plurimum imitator Bart. floruit per eadem tempora. Albericus de Rosate Pergamensis eximius commentator, floruit anno domini m. ccccl. fuit contemporaneus Bart. Bart. non vidit ipsius cõmentarios qui cõtinent super ff. & C. multa volumina, quorum copia frequens est in Lombardia. Albericus tamen vidit Bartolum: nam allegauit eum in suo tractatu statutorum parte ij. q. cc. xix. & plurib. seq. Signorellus de Homodeis de Mediolano fuit contemporaneus Alberici, vt colligitur ex dictis

Albericus de Rosate. Alberici. Martagnanus de Azognidis de Bononia, floruit tempore iuuentutis Bartoli: obiit ætatis suæ anno xxv. fecit multas disputationes, quas vidit: & illarum copia rara. de illo mentionem facit Bald. in l. assiduis, C. qui po. in pi. ha. Baldus, Petrus, & Angelus magistri Francisci de Vbaldis de Perusio germani fratres, vtriusque iuris excellentissimi doctores, discipuli Bartoli, Francisci Tigrini, & do. Ioan. Pupillaren. in iure ciuili floruerunt longo tẽpore. obiit Baldus anno domini m. cccc. xliii. in Apr. Papiæ iacet sepultus in ecclesia fratrum minorum: hinc aiunt scioli quidam, & iuris ciuili quæ scientiæ studiosos odio vatiniense prosequentes, in scalatum fuisse, quod nescio quid in Archetypo Pisano immutasset. Alciatus tamen in Paradoxis negat eos libros Archetypos, insipienterque agere, qui ad eorum inspectionem seria omittunt. Inter alia eademque innumera ingenij sui monumenta scripsit Baldus diuini consilium de schimata: in fauorem Pontificis Urbani vi. & præiudicium Clementis vii. pseudopontificis à Gallis creati, ea spe vt Romana curia in Gallia persisteret: & Urbani causam defendit etiam Ioan. Lignan. Contrà ædis Vedasti abbas, idem à consilio regis Franciæ monumentis literarum Urbanum damnat. Angelus decessit Florentiæ eodem anno. Ambo isti videlicet Baldus & Angelus illustrauerunt ius ciuile, Petrus illuminauit ius canonicum. De Baldo & eius doctoratu mentionem facit Bartol. in l. quidam suo, ff. de con. inst. in fin.

Signorellus de Homod.

Baldus. Petrus. Angelus de Vbaldis.

Richardus de Saliceto floruit tempore Baldi. Bartholomæus de Saliceto floruit eodem tempore, & ambo commentauerunt ius ciuile. Petrus de Ancha. Bononien. fuit discipulus Bal floruit tempore Saliceti, scripsit plene super Decretalibus Sexto, & Clementinis. Edidit pulcherrima commenta super reg. iur. in Sexto & Clementinis, & pulchrum opus consiliorum. Scripsit etiam super ff. veteri & ff. nouo, hunc Pontanus in suis consiliis extollit vsque ad sidera. Antonius de Butr. de Bononia vir excellens & sanctæ vitæ commentauit Decretales & Clementinas: & fuit contemporaneus Petri de Anch. doct. omni veneratione dignus. Edidit etiam opus consiliorum, & duo pulchra repertoria, vnum in iure Canonico, & aliud in iure ciuili. Franciscus de Zabarellis de Padua, Cardinalis Florentinus, floruit anno domini m. cccc. commentauit Decr. & Clem. solenniter.

Christophorus de Castellione de Mediolano floruit eodem tempore: multa tentauit cõtra communem doct. in qua hæc ingenia excitauerunt, confusionem tamen fecerunt scholar. in heberis ingenij. Raphaël Fulgosius de Placentia, & Raphaël Cumanus (vel melius diceretur Comensis) contemporanei & subriles doct. in iure Ciuili claruerunt Paduæ m. cccc. xxi. imitati sunt mores domini Christophori eorum præceptoris. Petrus Maurocenus Cardinalis Venetiis floruit anno domini m. cccc. xxiv. scripsit super Sexto decretalium solenniter. Ioannes de Imola claruit eodem tẽpore: cõmentauit primum, secundum & tertiu Decretalium, item Sextum & Clementinas: præterea fortiatum: & obiit anno domini m. cccc. xxxvj. xvij. Februa. Paul. de Cast. clarus & vtilis doctor scripsit super ff. & C. Edidit etiã pulchrum opus consiliorum. obiit paulo post Ioan. de Im. cuius fuerat cõtemporaneus: legit Florentiæ, Senis, & Paduæ.

Dominicus de sancto Gemignano floruit per eadem tempora. cõmentauit egregie Sextum Decretalium. Ludouicus Pontanus origine, sed incolatu Romanus, doct. memoriz singularis, & quasi stupendus, scripsit super aliquibus partibus Digestorum, & Codicis copiosissime. Edidit Cõsilia solennia, & Reperitiones aliquas fecit: inter quas obtinet principatum reperitio auct. similiter. C. ad l. Fal. & ibi omnia specialia pia causa collegit, floruit anno domini m. cccc. xxx. fuit discipulus do. Ioanis Petrucij. de quo J. Tanta fuit huius Pontani auctoritas ob eximiam doctrinam in concilio Basiliensi, vt Eugenum modò damnauerit, damnatum rursus patribus reconciliauerit.

Richardus de Saliceto.
Bartholomæus de Saliceto.
Petrus de Ancha.
Antonius de Butrio.

Franciscus de Zabarellis.

Christophorus de Castellione.
Raphaël Fulgosius & Cumanus.
Ioannes de Imola.

Paulus de Cast.

Dominicus de sancto Gemignano.
Ludouicus Pontanus.

Nicol. Abbas. Nicolaus quondam Monacensis abbas, postea archiepiscopus Panormitanus, origine de Catania oppido Siciliae iuxta montem Aetnam, floruit eodem tempore cum Ludouico Pontano: ambo clarissimi facti sunt in almo studio Senensis, & in consilio Basiliensi. Commentauit iste dominus Abbas modernis Decretales solennibus, claris, & ordinatis commentis: incepit commentare Decretum. Edidit multas Disputationes, Repetitiones & Consilia. Eius fama (ut opinor) quotidie crescit. Petrus de Mathellanis de Bononia floruit eodem tempore. Iacob Aluarotus de Padua floruit per eadem tempora: commentauit egregium librum Feudorum. Ioannes de Anania tandem archidiaconus Bononiensis: floruit Bononiae longo tempore. commentauit Decretales, Obiit anno. domini M. cccc. lxx. vel circa. Thomas Doctus Senensis doct. verus, & clarus iuris interpres, obiit anno domini M. cccc. lx. Ioannes Petrucij de Perusio, & Angelus de Perigliis de Perusio praecipue mei, primus de mane, alius de tero, florebant anno domini M. cccc. lxi. quo anno incepit studere in iure ciuili. Obiit dominus Angelus anno M. cccc. lxxv. dominus vero Ioannes obiit anno M. cccc. lxxi. quorum animae requiescant in pace: fuerunt illustres doctores, ut notum est. Multi alij fuerunt viri solenes in iure ciuili, ut Andreas de Liernia commentator Feudorum & Constitutionum regni. Albertus Galeoti Parmensis qui fecit opusculum quod dicitur Margarita. Andreas de Pisis, qui scripsit super ff. Argentinus domini Reinerij de Forli. Benedictus de Plöbino, qui commentauit aliquos titulos in prima parte ff. noui. incipiendo a titulo de manumiss. ff. fecit etiam solenes repetitiones & disputationes, Bartholucius de presbyteris, de Bononia, Bartholomaeus de Capua. Comites de Perusio. Dionys. de Perusio. Francisc. de Ramponibus de Bononia. Freder. de Scalas de Bononia. Florian. de sancto Petro de Bononia. Gandinus, id est, Albertus de Gandino de Cremona. Florian. Guido de Susaria. Ygolinus de Fontana Parmensis. Homobonus Cremonensis. Onofrius Bartolini de Perusio. Iacobus de Iso-lanis olim Cardinalis. Lanfrancus de Luca. Martinus de Caramano de regno glossator constitutionum regni. Marsilius de Mantigellis de Bononia illustris doct. cuius multae disputationes inueniuntur. Matthaeus de Matreslanis de Bononia, cuius reperuntur notabilia dicta quaedam, & clara opuscula. Nicolaus Cremonensis. Nicolaus furiosus, qui glossauit librum Feudorum.

dorum. Nicolaus de Neapoli maximus textualis. Nellus de sancto Geminiano, qui edidit illustre opus bannitorum. Hofpertus de Cremona, qui fuit primus doctor qui incepit legere Perusij. Petrus Decer, qui scripsit super libris Feudorum. Petrus de Boasteris de Bononia. Petrus Boemus. Tancredus de Corneto, cuius reperitur opusculum quod dicitur Compendiosa. Vbertus de Bonacurte. Vbertus de Bobio, & alij plures. Item in iure canonico pernotatus Abbas Antiquus. Bernardus glossator Parmensis. Bona Guida Arcetinus. Bertrandus Hispanus, qui scripsit super Clementinas. Basianus Berengarius olim cardinalis, qui inter caetera fecit pulchrum repertorium super Speculo. Aegidius Bononiensis. Franciscus Vercellensis. Goffredus Beneuentanus, cuius reperitur vtilis summa. Gratianus Arcetinus. Guillelmus de monte Laud. ultramontanus. Guillelmus Naso. Gandulfus. Guillelmus de bonis consiliis de Bononia. Henricus Bohic. Ioannes glossator decreti. Ioannes de Deo Hispanus. Laurentius antiquus doct. Laurentius de pinu, qui scripsit super Clementinis. Laurentius de Rudolphis de Florentia, cuius reperitur egregium commentum super vlturis inter caetera. Mattheus Romanus qui scripsit super cle. Nepos de monte Albano. Paulus de Leazaris. Petrus de Saxonia. Petrus Manducator. Profdoctinus de Padua. Simon de Bursiano, Cardinalis Mediolanensis qui scripsit super clementinis, Stephanus prouincialis, qui similiter scripsit super clementinis. Stephanus Troches, & Petrus de Stagno, qui similiter scriperunt super Cle. legentes apud Montempessulanum. Tancredus glossator, Lucas de Penna doctor Gallicus. Thomas de Pipetata. Raymundus de Pennatorri. Vincentius antiquus doct. Vgusio Vercellensis Zenzelinus Ultramontanus. Ioannes de Blanasco Burgundus. Ioannes Fauentinus. Ioannes de sancto Georgio de Bononia. Ioannes de Morio de Florentia. Ioannes de Fantusis de Bononia. Iason de Mayno doctor celeberrimus: & profecto admirabilis est suas in primis docti modus: eruditio noua omnino, atque incredibilis politio, inaudita & laetico fonte exuberans facundia. Scripsit super ff. & C. Edidit insuper consilia solennia. Item fecit additiones ad Christophorum Porcum in Insti. Philippus Decius doct. memorix singularis scripsit egregie in iure cano. Iodocus Lanuerinis vtriusque censurae doctor valde subtilis alma vniuersitatis Thol. edidit multas disputationes, & nonnullas fecit repetitiones super l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verbor.

Nicol. de Neapol.
Nellus de Sancto Gemini.
Tancredus.
Vbertus de Bob.
Abb.
Antiq.
Goffredus Beneuenta.
Gratianus.
Guil. de monte Laud.
Hericus Bohic.
Ioan. de Deo.
Nepes.
Paul. de Leazaris.
Car. Mediolanens.
Lucas de Penna.
Zenzelinus.
Ioan. de Blanasco
Iason de Mayno.
Philippus Decius.
Io locus Flam.
genc.

obl. & super l. rem maioris pretij. de rescind. vend. C. & alij infiniti, quorum tempora, patrias, celebritatem, & opera tuipfe prosequaris.

Jo. Andr. Duorum solidissima ingenia in quorum dictis rarius inuenitur error, tibi propono, vt illos eligas, tanquam principatum tenentes inter commentatores iuris, scilicet Ioan. Andr. in iure canonico, & Bartolum in iure ciuili. Illi sunt tibi tolerandi vltra ceteros. Ioannem Andr. in iure canonico ceteris preferendum esse ordine & emolumento, exclamat Cardinalis Florentinus in proemio Clementinarum: dicit enim, quod sapientiam canonicam adeo locupletauit suis commentis, vt à centum annis simul omnes commentatores reliqui non æquè commentauerint: & meritò datur ei principatus, vt eius commenta textui sint apposita Sexti, & Clementinarum. Recolo etiam quòd ipse idem Ioan. Andr. in additio. Specu. in titulo de filiis presbyter, dicit sibi puero fuisse reuelatum à quodam religioso viro, ipsum illuminaturum ius canonicum.

Bartolus Bartolum etiam in iure ciuili fuisse principem quis negabit? Huius dictis semper ferè inesse clausulam veritatis, re ipsa patet: vt Pontanus exclamabat consilio ccccxvij. Propterea in Hispania, & Lusitania decreto regio & communis illarum partium est sancitum constitutione publica (vt aliàs audiui à quibusdam auditoribus meis illarum partium) quod in casibus in quibus requiritur contradictio doctorum, opinio Bartol. præualeat, tanquam principalior, & secundùm illum iudicetur. Si Hispani tantum deserunt Bartolo: nos Itali quid facimus? Intrepidi sua scripta curemus habere, scire, imitari: quia Bartolista optimus iurista censendus est.

DOCUMENTVM VI.

*Audire
doct.*



Congruit vtilitati scholaris, vt doctorem & præceptorem sine intermissione audiat. Vnde Laurentius antiquus doctor in clemen. j. de magist. & Guil. de monte Laud. & do. Cardinalis Florentinus, & dominus Gos. Porretanus exclamant contra scholares capitosos, non intrantes scholas, qui quadam capitositate credunt plus addicere, quàm si à doctoribus doceantur, quod dicunt in vanum: cum sensus auditus aprior sit ad percipiendum, & memoriæ tradendum quod verbali voce traditur in scriptis, vel sine, quam visus, vel alius sensus, xliij. dist. in cap. sit rector. Zenzeli

zelinus etiam dicit ibidem, quod requiritur instructio à voce magistra. Primò est tempus tacendi, postea loquendi. Eccles. iij. & veritas prius addidit à magistris, postea docetur. xxvj. dist. §. ecce verfi. hinc etiam Salomon. vnde Hiero. ad Rusticum monachum dicit, Non ingrediaris absque doctore viam quam nunquam ingressus es. xvj. q. j. cap. si clericatus.

Nec sufficit scholarem moram trahere in studio, nisi studeat. xvj. quæst. j. cap. generaliter, & in cap. cum ex literis, de integ. rest. notatur. Hinc dicit Host. in c. fin. de mag. & lo. de Lignano in proemio cle. quæ scholares habitu, & non actu non sunt appellandi scholares. Quinimò fortius dicit Dominicus de sancto Gemi. in proemio Sexti & dom. Abb. in c. j. in fi. de iud. quod tales scholares solo habitu possunt puniri tanquàm mendaces. bene facit gl. xxxvij. qu. v. cap. cauere, quod Doct. notant in l. qui sub prætextu, C. de sacrosanct. eccl. vide circa hæc quæ dixi, & quæ not. l. sciniarios, C. de test. milit. Dominus Paul. de Castro etiam exclamat contra scholares non intrantes continuè, in l. frater à fratre, ff. de cond. indeb. Via enim vox multum imprimit: quia habet nescio quid latentis energiz, vt inquit Hieron. in proem. Biblia: Plinius etiam in quadam epistola Plinium nepotem exhortatur, vt audiat vocem magistri. Ab istis excipiendi sunt scholares prouecti, & proximi cingi: quia aliquando ruminat in studio camerario quæ didicerunt: aut per se student, quæ non leguntur in scholis. Quisque sibi prospiciat prout sibi nouerit esse consultius. Caueat tamen, ne decipiatur à pigritia, vel alia causa.

DOCUMENTVM VII.



Scholaris diligens & intrans institutus vt supra, Diligenter audire. seruet hunc modum, vt cum audit Doctorem, non numeret regulas, non faciat castra in mari, vt dicit gl. in l. j. C. de stu. libe. vrbis Romæ. Deinde secundùm Martinum de Fa. in dicta Epist. hoc seruet, vt casum ad totam & quamlibet partem literæ concordet: & non credat se intelligere, si aliquam periculum non intelligat ad plenum. & videat si lex pertinet ad rubricam, deinde ipsius casus: & quare sic statutum fuerit, consideret ratione, & soluat contrariâ, causas solutionis diligenter attendens, de quo fonte procedant. Curet sibi ex se inuenire similia: ex generalibus nõ inhereat multitudini: vnâ vel duas leges de generalibus, quæ melius id expriment.

*Moram
trahere
in studio
Scholares
habitu.*

*Diligenter
audire.*

*Cuncta
confidere.*

*Similia
querere.*

Non omnia memoria imponenda.

Quaestiones forquanda.

Quomodo studendū sit domi.

memoriae commendando: & illas quasi vnicas gemmas tenere & amplectatur. Tempus non perdat in literam commendando memoriae, sed intellectui: & ubi & quare sub tali rubrica sint positae contemplando studeat. Demum in corde suo concipiat, si aliquem casum audiuiisset, vel sensisset, cui decisio illius l. possit applicari: & illum casum auditum, quasi per figuracionem illius legis habeat. Caeterum dum vigilat in lecto, ruminet in corde dicens, Tot leges, & sic incipientes habuimus: ex quibus in effectu istud reportauimus. Aduertat etiam dum legem, an super illa possit formare aliquam quaestionem, per quam possit legem ad inconueniens reuocare. Tandem quaerat veritatem, & aequitatis, & iustitiae sit semper amator. Haec Marti. in Epistola praeralegat. Sed in praemissis aliquando clarius loquar. Cum inoleuerit iste mos dandi in scriptis, & multiplicati sint infiniti commentatores variè loquentes, quid faciendū? Dicit intra se diligens auditor, si recollectis institero, ego confundor: si non intandum in illis, vt quid perdimus illud tempus? malo domi studere cum vno commentatore praecipuo, puta Bartolo: vel cum intrauero, nolo scribere. Respondeo: Super omnia consultus est intrare, propter impressionem vocis magistri: vt supra dixi in sexto consilio. Item si stas in scholis, consultius est scribere recollectos §§. nullus enim liber est tam malus, quin aliquid boni habeat: vt dicit Plinius lib. iij. Epistol. epist. v. Ipsa etiam scriptura facit te olfacere omne minimum verbum. Praeterea multo magis (vt vulgo dicitur) viua vox afficit. Nam licet acriora sint quae legis, altius tamen in animo sedent quae pronuntiantur, vultus, habitus, gestus etiam dicentis afficit: vt dicit Plinius secundus in Epist. iij. libr. ij. Cum autem domum redieris, & volueris studere lectione, in primis textus legas, & lectites, vt imprimas. Magis enim firmum, & stabile est, quod repetita probauit lectio: vt dicit textus in const. cordi, C. de emen. iust. Cod. Casum figurabis literae & intellectui doctorum congruentem: deinde iterum resumatur textus, & notando singula verba, & partes textus, postquam adaptaueris ad rubricam: & quaesieris rationem dubitandi, & decidendi, colliges textualia & notabilia quae doctores inde eliciunt. Et coneris etiam tu scire euellere aliquid ex ista litera. Et hoc potissimum, & primariū in nouitio. Et cum hoc feceris, surgas cum intellectu, & calculus tecum, dicens, Ex ista lege in effectu habeo hoc notatum dignum: & illud commenda memoriae: non de verbo ad verbum,

bum, sed sufficit in effectu: & hoc sufficere nouitio, nec ultra: ne si pergat, sentiat stomachum oneratum: quia fragilis hominem memoria sepe, dum aliud nouum quaerit, aliud iam quaesitum amittit: vt dicere solebat Seneca. Quod si intellectus tuus, & memoria sit capax vterioris inquisitionis, capias glossas, & explicas. opponendo vel quaerendo secundum modum quem dat Bar. in l. perens, C. de pactis. & ibi dixi, & tandem calcula glossam, si aliquid habeat notatum dignum, & illud assigna memoriae: & semper habeas ante oculos monitiones Senecae quas vidisti §. in v. consilio tibi dato. Circa Recollectarum tuarum usum do tibi hoc consilium, vt recollectis, quae non versantur circa legem tuam, & intellectum, & notabilia & necessariam declarationem legis, & glossae, sed extrauagantur cum floribus varijs singularium dictorum aliquando recollectorum & principaliter extra rem, non inhareas dum es scholaris, quouis modo ista sint varia quae licet delectent, tamen inquinant. Et doctores quae ista tradunt, consultius facerent, si omitterent: vnde bellissime exclamat Salicetus in reposit. l. quod re. ff. de certu. perat. & l. quod Nerua, ff. de post. contra illos, qui negligunt regulas sciue: & implent caput suum casibus singularibus, & peregrinis: quae doctrina est fallax, & periculosa. Quando vero doctor tuus ordinaret tibi recollectas claras pro intellectu legis, in primis illud videat omnino nouitius, & super textuali intellectu vigiliam premat, omnia perterret: reliquum quod doctor subdit additue, vel cumulando quaestiones, & dicta referret in aliud tempus, postquam erit solidatus in regulis, & terminis iuris, & hoc modo Recollectae profunt, & non obsunt, si clare traduntur, & non impertinenter, quando vero impertinenter, absint omnino a te tanquam venenum.

Quod si diceres, nonne melius esset studere cum Barto tantum? Confiteor quod Bartol. omni tempore, omni personae utilis & necessarius est, sed aliquando breuis, aliquando obscurus, aliquando non legit legem, aliquando non haberet. Itaque impleas stomachum tuum bonis cibis, & nutritiuis, id est, bonis legibus, & regulis, & bonis doctrinis communibus secundum capacitatem ingenij tui. Laudo quod tu, qui es iam solidatus in regulis iuris, & reali cognitione terminorum & audiuisti partes quae ordinariè leguntur, videas totum corpus iuris cum Bartol. & toties facies vt Bartoli doctrinas pro viribus assequi coneris, & tenere illum in studiis amulaberis:

Glossae quomodo studenda.

Recollectarum usus.

Regulas scire expedit.

licet illius ingenij adipisci arduitate etiam sperare inimum est: quod dari nisi à Deo non potest: sicut in simili de Cicer. dicit Plin. lib. 4. Epist. epistola 8. eius tamen Bart. vestigia semper adorabis: vt de Virgilio dicit Stacius in fine libri Thebaidos, ibi: Nec tu diuinam Æneida tenta: Sed longè sequere, & vestigia semper adora. Dixi quòd æmuleris Bart. nam stultissimum est ad imitandum non optima queque præponere, vt inquit Plin. lib. j. Epist. epistola v. & libro vij. epist. ix. Cum Bartolum bene videris, legas alios dignos autores ex his, quos supra memorauit: & semper notes & excerpas quæ digna inueneris, vt facere consueuerunt omnes illustres viri. Et tuæ memoriz debilitatem artificio styli & pugillarum iuauis. Ad id te inuitat epistola Plinij v. in libro iij. quæ incipit, Pergratum. Ideò dico, quòd videas alios: quia quòtò plures respicias, tantò magis proficies: quia non est vnus, quauis præter, imitandus præcipuus & solus: quia nunquam par sit imitator aurori. Hæc rei natura est. Semper enim veritate similitudo minor est: vt dicit Seneca in prologo Declamationum suarum. Præterea sicut terra varijs mutatisque feminibus: ita ingenia nostra nunc hæc, nunc illac meditatione recoluntur, vt inquit Plinius lib. vij. Epist. epistola ix. quæ incipit, Quæris.

Regula
iuris.

Dynuside
regulis
iuris.

Vacatio-
num tē-
pore.

Laudarem, quod nouitius memoriz commendaret titulum de verb. sign. & titulum de reg. iur. ff. & regulas iuris, de quibus in Sexto, singulis diebus aliquas. nam & animum recreant ipsarum varietate, & plurimum conferunt. Sunt enim principales clauis iuris: quibus est inhærendum tanquam Bonon. carocio: vt dicit glo. in l. omnis definitio, ff. de reg. iur. quinimo illas ignorare, lata culpa est. Deinde profectus cum rusticatur aut peregrinatur, potest secum conferre Dynum de reg. iur. quo non puto esse vtilius opusculum, & magis varium. Consultat vnusquisque sibi ipsi: illum videat autorem, ad cuius cognitionem ingenium ardentius excitatur, per cuius æmulationem credat melius legitimos assequi thesauros. Tempore vacationum repetat quæ audierit, viderit, legerit: & commendat memoriz ea quæ fuerint notatu digna. Felix ille cuius memoria fuerit bonæ fidei, quæ in promptu reddit sibi credita: vt inquit Seneca in prologo Decla. suarum. Quod si memoria tua fuerit infidelis custos, committas excepta stylo & pugillaribus, vt prædixi, & quicquid dixeris, audieris, egeris in die, vesperi commemorabis, vt inquit Cicero in libro

pro de Senectute: & ad hoc studium in secessu habendum, videat epistolam Plin. 9. lib. vij. quæ incipit, Quæris: quæ est elegans ad hoc.

DOCUMENTVM VIII.



ONS VLO nouitio, donec Nouus Iustinianus appellatur, id est, durante primo anno, vt nunquam curet ad ostentationem arguere: curet scire potius quàm apparere: discat non videri doctus, sed esse: quærat, iuxta consilium moralis viri Alberti causidici Brizienfis. Pars enim scientiæ est, scire quod nescias. De omnibus sibi ignotis diligenter interroget, quòrum possit esse capax. Nam si non purgauerit aliquid erroneum, quòd ipsum faciebat mussare: illud inde continud transierit in habitum & faceret apostema, id est, esset causa multorum errorum. Vnde Martialis: Discendi modus est, dum te nescite videbis. Discere sed assidue, discere sed vt sapias. Sumpta parum prodest quæ mox emittitur esca. Bos quibus est passus, ruminat: hæc eadem. Quinimo fortasse melius faceret, si secundo anno quo Edictalis vocatur, ab argumentatione ostentandæ causa abstinereat. Illæ solent esse fructuosæ contentiones, quæ secreto sunt inter collegiatos in collegijs ordinis literarij, vt in domo sapientiæ Senensis, & similibus: quo secreto genere disputandi nihil syncerius, aut simplicius, aut melius. Refert Aulus Gellius j. capit. ix. quòd cum quis exploratus à Pythagora, idoneus inuentus fuerat recipi in disciplinam, statim iubebat certum tempus tacere: non omnes idem, sed alium aliud tempus pro æstimato captu solertiæ: sed non minus quicquam tacuit quàm biennium. Reperi etiam quòd Hippocrates cum discipulos suscipiebat, antequam doceret, iuramentum ab eis extorquebat inter cætera, vt silentium, sermonem, incessum, mansuetudinem habitumque morumque seruarent. Terpio anno quo Papinianista vocabitur, audacter incipiat, & Papinianista disputationis genus ad vtilitatem frequenter, non ad pompam, disputationis enim multiplex & mira est vtilitas: vt Luculentissimè ostendit eloquentissimus vir Leonardus Arctinus in opusculo quòd edidit de vtilitate disputationis. Quarto anno quo Græco vocabulo ab antiquitate vocabatur Hircos, in proemio Digestorum, s. sed quia solitum: quòd glossa ibi exponit, quasi subtiliter videns, quòd opinor dictum, quia hircus est oculorum angulus, secundum Seruium Grammaticum.

Hinc apud Vergilium: Transuersa tuentibus hircis, id est, oculis in hircos, hoc est, in angulos retortis. Vnde scholaris qui studuit tribus annis: & inchoauit studere quarto, fortasse idem Hircus dicitur: quia sit conueniens vt oculus habeat fixos, & speculationi diu intentos, & eundem in locum directos. hoc enim facere solent cogitabundi, vt supra in domo recolenda memoriae do. Angeli de Perigliis, de Peruso, de quo s. Vel idem Hircus quia sicut sanguis hirci frangit adamantem lapidem durissimum: sic scholaris qui iam tres annos studuit, omnem duram & perdifficilem materiam iam tractare potest. Est enim tempus speculandi, & pensandi. Sit igitur in continuatione & colluctatione legali, vt cum opus fuerit, in corona denique hominum acri magnoque iudicio ab origine causisque primis repetat, discernat, expendat, ponderet, colligat, concludat: & omnem h[ab]itationem dubitationemque redundantem resoluat: & in audientium animis aculeum relinquat: quo fiet vt in disputando, per vsum qui est magister egregius, fiat incomprehensibilis & lubricus & ianuam famae patefaciat per illas actiones. Radices disciplinae sunt amarae, fructus dulces. Secundum Philolophum. Patienter igitur ferat omnem laborem: quia labor improbus omnia vincit. Quinto anno Colobritae vocantur: vt in dicto prooemio Digestorum, de his nominibus habetur: iam enim sciunt colorare verba casibus legitimis, arcanis eis reueratis: sciunt vti legum inductionibus congruenter: quod est potissimum: vt l. non solum s. qui pilum, ff. de excu. tu. ibi, recte adaptans omnibus similibus: & iste inducendi modus imitatione maiorum potissime habetur: & disputationis vsu coalescit. Audi Leonardum in praallegato opusculo de vtilitate disputationis: dum dicit: Num quid est, per Deos immortales, quod ad res subtiles cognoscendas atque discutiendas plus valere possit, quam disputatio: vbi rem in medio positam velut oculi plures vndique speculantur: vt in ea nihil sit, quod subterfugere; nihil quod latere, nihil quod valeat omnium frustrari intuitum. Quid est quod animum fessum atque labefactum & studia longitudine otij & assiduitate lectionis plerumque fastidientem magis reparat atque redintegret, quam sermones in corona coeruleaque agitari? Vel gloria si alios superaueris: vel pudore si superatus fueris; sed legendum atque perdiscendum vehementer incenderis. Quid est quod ingenium magis acuat, quod illud calidius versutiusque reddat, quam dispu-

tatio?

tatio? cum ibi necesse sit vt momento temporis ad rem se applicet, vique verborum se reflectat, colligat, concludat: vt facilliter intelligi possit hac exercitatione exercitarum, ad caetera discernenda fieri velociorem, Paulò infra subdit: Itaque ego, qui vestrae vtilitatis sum audis, quique vos quam maxime florentes in studiis vestris videre cupiam, non iniuria vobis irascor, siquidem hunc disputandi vsum, ex quo tot emanant vtilitates, negligitis. Etenim absurdum est intra parietes, atque in solitudine secum loqui, multaque agitare, si in oculis hominum atque in coetu veluti nihil sapias obmutescis. Et quae vram aliquam vtilitatem in se habeant, ea magno labore prosequi: disputationem verò, ex qua permultae vtilitates proficiuntur summa cum iucunditate, nolle attingere. Nam velut is agricola improbandus est, qui cum liceret ei fundum vniuersum excolere, salsus quosdam steriles arat, parietem verò quampiam eius fundi pinguis simam, atque vberissimam relinquit incultam: sic reprehendus est is, qui cum omnia studiorum munera adimplere possit, caetera quamuis leuiora accuratissime obii: disputandi verò exercitationem aspernatur & negligit: ex qua tot fructus colliguntur vberissimi, vt per eum ibi latius. Et hoc est quod dicere voluit Iuriscōsult. in l. muneru, s. mista, ff. de muner. & honor. ibi, Herennius Modestinus & notado & disputado bene & optima ratione decreuit.

DOCUMENTVM IX.



IBI consulo, vt si disputaturus in corona fueris, nūquam temerarie illud onus suscipias, respondendi de singulis, de quibus fueris interrogatus. Licet enim Valerius libro viij. cap. antepen. commendat Gorgiam Leontinum, aetatis suae cunctos praestantem: sed quod primus in conuentu ausus sit poscere, qua de re quisque audire vellet: & idem ei (vt idem dicit) vniuersa Graecia in templo Delphici Apollinis solido ex auro statuam posuit: cum caeterorum ad id tempus auratas collocaisset, beatus tamen Hieronymus in opusculo contra Ioan. episcopum Hieroso. Originis scilicet assertorem, sic inquit: Gorgiam Leontinum cuncti philosophi & oratores lacerant, quod ausus sit publicè sella posita polliceri, respondenturum sede qua quisque re interrogare voluisset. Sed de nouissimis agamus. Tempore quo illustris dom. Bal. de Perusio legebat Papia, quidam do. Philippus de Arnegio; qui fuit

Disputa-
re quid-
libet.Gorgias
Leonti-
mus.Baldus
reprehē-
dit quon-
dam le-
gulum.

rat doctior omnium ferè illorum doctorum Papiensium, & apud eos erat maximæ autoritatis, cum multis annis postea legisset Paduæ, rediens Papiam, in principio sui aduentus publicè pollicitus est, se velle respondere de quolibet in materia vltimarum voluntatum. Do. Bal. ibi præsens interrogauit eum dicens: Vbi habemus nos quòd substitutio vulgaris facta in legato, non comprehendat nisi casum, Si voluerit: & facta in hæreditate, comprehendit casum, Si noluerit, vel non potuerit: vt l. cum proponas. C. de hæredibus instit. Breuiter ille domi. Philippus obmutuit: & Baldus tunc aperuit librum, & legit rex legis pater Seuerinam, ff. de condit. & demon. vbi erat casus secundum vnam lectionem, vnde illi cathedranti resoluta'it magna confusio. Hæc refert do. Paulus de Cast. in dict. l. pater Seuerinam, dicens: Caucas a talibus actibus præsumptuosus, quia solus Deus nouit omnia

DOCUMENTVM X.

Text. allegandi.



ONSVLO scholarum, quod in disputando solis textuū allegationibus inhæreat: non vt quidam inepti, aut inexperti faciunt, qui arguendo gloss. allegant doctores, absque iuriū allegatione: illo enim nihil apud Doctores ineptius. Cõtra ipsos exclamat glossa in l. sed licet ff. de offic. præsid. si volueris aptè arguere in forma legistis congruente: vt aris argumentandi modis, quos edidit subtilis doctor Iacobus de Butt. vel illis, quos edidit Albericus de Rosate: vel illis, quos Baldus inseruit. in l. cõuenticulã. C. de episcop. & cleric. Si verò fueris responsalis, tunc vt faciliè declines omnia argumenta tibi facta videas, Odofredum in proemio digestorum in prin. & ibi. Bald. quia mira quadam dexteritate instruit omnem argumentandi vim altero de trib. modis posse repelli & declinari: scilicet per aliter & aliter, per aliud & aliud, & per secundum quid nõ simpliciter. Quod qualiter intelligatur, & practicè adaptandum sit, bellissimè explicat ibi Bald. quem omnino videas. Hæc si seruaueris, optimus quoque iudiciorum ram athleta quàm gubernator euades in omni tuo locoque felix: vt dicit textus in dicto proemio digestorum §. discipuli. faciliusque continget, si patriam propriã fueris egressus gratia studiorum: nõ in propria patria multa diuertit, vt dicit dñs Simõ de Bursiano Cardinalis Mediolanens. in proemio Clemè. & si egredi decreueris

Studet extra patriam.

xix

ris. eligas locum vbi sint celebres Doctores, & vbi sit numerosa multitudo scholarium: prout erat Bononiæ tempore do. Azonis, quo tempore ibi erant decem millia scholarium: vt refert Odo. in Auth. habita, C. ne filius pro patre, vbi refert quod semel propter multitudinem magnam orta contentione inter scholares Lombardos & Thuscios, ciuitas illa fuit in magno periculo: nemo enim poterat coercere illos: & vt facilius exerceri possent, in futurum de concordia tunc renuntiarunt privilegio iudicum: de quibus in dicta Auth. & in criminalibus se submisserunt iurisdictioni Potestatis.

Facio igitur finem. Quoad præmissa, licet prædicta parua sint & talia quæ auribus & ingenii vestris cultissimis tantquam puerilia (non dubito) & diminuta videbuntur, aut fortasse non carentia rubore, cum & ego ipse alterius consilio in prædictis & aliis indubitanter indigeam: sed tamen syncerè locutus sum, quasi mecum loquens. Vos diligentia vestra omnem sinistritatem & ineptitudinem emendabitis, & in melius reformabitis: potissimè cum omnia prædicta absque diligenti præmeditatione ediderim.

COMPILATIO IURIS
CIVILIS.

ERVM quia suprã in tertio consilio dicto dictum Discipulifuit, quod discipuli debent amare præceptores: vt lib. amens habetur etiã apud Quinti. lib. 11. Institutionis oratoriz, vbi dicit discipulos moneo, vt præceptores suos non minus, quàm ipsa studia ament, eosque parentes existiment, non quidem corporum, sed mentium. Plurimum hæc pietas discipulis proderit, nam ita & libenter audient, & dictis credent, & similes fieri concupiscunt. Sunt læti & alacres in conuentu aliorum: emendati non irascantur, laudari gaudeant. Nam illorum officium est docere: sic horum præbere se dociles. Doctrina enim coalescere nequit, nisi sociata traditis atque accipientis concordia. Cum sum vtilitatis vestrę auitis atque accipientis concordia: cum sum vtilitatis vestrę auitis atque optem quòd per vos iacta sint bona fundamenta, & ab origine causis que primis intelligatis, vt dicitur in l. j. ff. de iust. & iur. visum est in signum mei in vos animi aliqua præmittere acuentia ingenium, quæ non reperietis alibi tradita, & paucis sunt nota: & quæ ignorare, est lata culpa, scire autem, plurimum affert decoris: ne illotis manibus templum sacra

tiji

Bononia
tempore do.
Azonis
erant decem
millia scho-
larium.

Discipulifuit
lib. amens
præceptores.

tissimum iustitiæ opus. C. & ff. ingredi amixt in l. j. ff. de ori. iur. iuncta l. ij. §. has itaque, C. de ve. iu. enu. Videamus ergo quæ sit causa efficiens materialis, & finalis libri C. & ff. in hac scientia legali. Quidam (vt Azo) dixerunt, quòd causa efficiens libri C. est Iustinianus Imperator: alij dixerunt, quòd fuit ipse Deus, cuius minister fuit Iustinianus: & hoc no. in Authen. de hared. & fal. in rubr. hoc probari videtur ex eo, quia lex est inuentio & donum Dei. l. ij. ff. de legibus. Item leges fuere per ora principum diuinitus promulgata: vt l. ij. C. de ve. iu. enuc. & l. fi. C. de præscrip. longi temp. & hoc tenebat antiquus doct. Iacobus de Rauigni Lotharingus. Glossator vester Accursius breuiter se expediuit, dicēs vnā cū Azone, quod causa efficiēs fuit Imperator Iustinianus, vt not. in rubr. ff. de iure iur. Tertij quidam nituntur conciliare, dicentes quòd causa efficiens potest considerari tripliciter: scilicet proxima, remota, & magis remota. Causa efficiens proxima primi voluminis C. Iust. fuerunt illi decem illustres compilatores, qui numerantur in prima & secunda constitutione Codicis, scilicet Ioannes, Leon-tius, Phocas, Basilides, Thomas, Tribonianus, Constantinus, Theophilus, Dioscorus, & Præsentinus. Isti commissione domini Iustiniani compilauerunt primum C. Iustinianum. Commissio eis data patet in prima constitutione C. Confirmatio verò dicti C. ab alijs compilati patet in secunda constitutione illius voluminis. Causa efficiens proxima C. emendati, id est, Codicis repetitæ prælectionis, quem hodie habemus, fuerunt quinque illustres viri ab eodem Iustiniano electi, scilicet: Tribonianus, Dorotheus, Menna, Constantinus, & Ioannes: vt patet in constitutione quæ incipit, cordi, C. de emen. Iust. Co. Causa efficiens remota fuit Iustinianus Imperator cuius auctoritate facta fuit: & qui post compilationem cōfirmavit: vt patet in d. prima constitutione, & secunda & tertia & l. ij. consti. omnia enim. C. de ve. iur. enuc. Iste Iustinianus Imperator fuit XI I I. in oriente. Curruerunt ab Vrbe cōdita vsque ad tempora sui imperij, secundum computationem quā puto vtiorem mille & quadringenti penē anni: vt exprimitur in l. j. §. cūque hæc materia, & l. ij. in princ. versic. erat enim mirabile, C. de ve. iu. enuc. Ab vrbe verò condita vsque ad aduentum Christi cucurrerunt anni septingenti quinquaginta: vt patet in Chronicis quas vtiore puto. Ab aduentu verò Christi vsque ad tempora imperij Iustini. prædicti cucurrerunt anni sexcenti quadraginta septem, vel circa. Assumpsit

Causa efficiens iuris.

Triplicis causa efficiens.

Decem compilatores Codicis.

Iustinianus.

imperium præfatus Iustin. die 1. April. anno domini nostri Iesu Christi D. C. XLVII. indictione V. vt probatur in auth. vt præpo. nomen Imp. §. si qua verò. & ibi notatur, iuncta data, de qua in secunda & tertia constitutione C. & l. ij. de vet. iu. enu. si rectè inspiciantur. Imperauit autem annis xxxix. fuit iste Iustinianus positus in catalogo sanctorum, vt refert Barto. in j. rubr. C. & in proœmio, ff. vet. super prima rubr. Ceterum insignis doct. dom. Ioan. Fabri Aquitanicus super rubr. proœmio Institutio. dicit se vidisse nomen Iustiniani scriptum in catalogo sanctorum Calendis August. Gennadius etiam, qui profecurus fuit libellam Hiero. de viris illustribus ecclesiasticis, ponit Iustin. inter illos. Quod ad sacras leges atinet, notandū quod Iusti. Imperator in primordio sui imperij commisit præfatis decem illustribus viris, vt visis antiquis codicibus Gregoriano, Hermogeniano, & Theodosiano, & multis constitutionibus extrauagantibus à Theodosio imperatore & successoribus factis, nouum codicem Iustinianum eederent, & hoc patet in j. constitut. C. sub rub. de nou. C. facien. & colligitur ex cōstitutione tertia quæ incipit, cordi, ibi, primordio nostro. Supradicti decem illustres compilatores C. Iusti. ediderunt illum anno III. imperij domini Iust. tempore Consulatus Decij anno domini nostri Iesu Christi D. C. XLIX. indictione VII. Et eo anno v. Idus Aprilis, id est, nona die Aprilis dominus Iustin. illum Codicem confirmavit: vt probatur in tit. C. de Iust. Co. confirmari. in fin. constitutionis ibi posito. iunctis his quæ præmissa sunt. Post hæc Iustinianus Imperator vertens animum ad enucleanda infinita & immensa prudentiæ veteris volumina, commisit sex illustribus viris, videlicet Triboniano, Constantino, Theophilo, Dorotheo, Anatolio & Cratino, vt vnā cū alijs decem doctissimis viris excellentissimis causarum patronis apud partes Orientales, videlicet Stephano, Menna, Prodocio, Eutolino, Timotheo, Leonide, Leotio, Platone, Iacobò, Constantino, & Ioanne, legerent immensa prudentiæ veteris volumina, & sub compendio redigerent in vnum Codicem, distinguendum in quinquaginta libros, omnem Romanam sanctionem continentes, quæ ab vrbe condita & à Romuleis descendit temporibus, tam confusam per tanti temporis lapsum: & tot veterum dispersa volumina vno codice indita ostenderent: fuitque his data à Iustiniano amplissima autoritas corrigendi ac diminuendi: vt probatur in l. j. C. de ve. iu. enu. Tandem iste Tribonianus magister huius operis legitimi vnā cum

Iustinianus imperium assumptis. Iustinianus sanctorum.

Decem compilatores Codicis. Quo tempore C. compilatus est.

Libri Iustiniani. Nomen Iustiniani.

aliis sexdecim pronomiatis compilarunt & enuclearunt ex immentis patrum voluminibus Pandectas & digesta: videlicet quinquaginta libros fforum, quos habemus: quod opus velut sacratissimum templum consecratum do. Iustin. approbavit & confirmavit anno VIIII. sui imperij, & IIII. consulatus sui: anno domini D. C. LIIII. indictione XII. tertio Calend. Ianuar. id est, penul. die Decembris. vt ipse Iust. attestatur in leg. ij. C. de ver. iu. enu. col. vt. §. leges autem. Hic est notandum, quod idem semper Tribonianus prafuit vt magister legitimo operi predicto, tum quia vltra legum peritiam experiētia rerum decoratus erat, tum quia antiquę sapientię librorum copiam ipse maxime prebuit in quibus multi fuerūt etiam, ipsis eruditissimis hominib. incogniti, vt dicit tex. iud. l. ij. §. in presenti autem. Estque hic singulariter aduertendum ad vnum quod dicta antiquitas commentatorum iuris nostri ignorauit, quod continebant dicta veterum immensa volumina pene tricies centena millia versuum: & duo millia librorum, vt d. l. ij. & in proemio Institutionum, & ff. vet. Digesta noua que hodie habemus iuris enucleati continent pene CLV. millia versuum & L. libros vt d. leg. ij. & in alijs locis præalleg. Vellent scire quidam hoc dictum. Accursius glossator, qui omne verbum fforum glossauit, illud exponit. Versuum, id est, legum, seu paragraphorum, aut responforum: quasi senserit, quod hodie digesta que habemus, contineant CL. millia legum, vel paragraphorum, vel responforum. Aduerte, quia Accursius noster, qui affirmavit se succurrisse tenebris iuris ciuilib. vt dicit in l. facta, §. si in danda. ff. ad tre. in hoc passu adduxit tenebras: hoc tibi demonstabo ad oculum. Volui aliās numerare omnes leges fforum quas habemus, videlicet ff. veter. Infor. & ff. noui. Comperi quod in ff. veteri sunt duo millia nongentæ decem & octo. In infortiatio sunt duo millia ducenta triginta quatuor. In Digesto nouo, duo millia nongentæ octoginta tres. Et in summa leges fforum videlicet omnium quinquaginta librorum sunt octo millia cxxxv. Vnde patet manifestissime, quod Accur. noster in hoc dormitauit, puto non aduertens, & incaute glossam super hoc faciens cogitabam aliās, quod exponi debuisset Versuum, id est, linearum: feci periculum per numerum linearum ff. veter. Infor. & ff. noui: reperi hoc esse verissimum. Nam secundum computum meorum textuum reperi ff. veter. constare ex quinquaginta millibus versuum, id est, linearum. Infortiatum constare ex xxxix. milli-

Quid significet numerus versuum in legibus.

Numerus legum.

8918
8274
2183
603

bus & quingentis viginti lineis. ff. verò nouum ex XLIIII. millibus linearum. Vnde in summa omnes quinquaginta digestorum libri constāt secundum volumina mea ex centum viginti nouem millibus versuum, id est, linearum, & quingentis viginti. Opinor, quod si quis computaret numerum linearum Pandectarum quæ sunt Florentiæ, quod facile fieret per numerationem quinternorum, & numerum chartarum: & per lineas vnius lateris inueniet illas constare ex centū quinquaginta penè millibus versuum, id est, linearum: & ad hoc neminem reperi ante hæc aduertisse. Sed accuratius inuestigando quæro à te, Quid vult dicere rex. dūm dicit quod olim erant tricies centena millia versuum: hodie verò centum quinquaginta? Diceret fortasse, quod olim erant ter centena, id est, trecenta millia versuum, hodie verò centum quingenta. Cogita que dicas: nam cūm olim essent duo millia librorum, hodie vero quinquaginta libri, & sic fit quadragesima pars respectiue ad computum librorum: ergo respectiue ad numerum versuum erit dimidia pars: id est, expone tricies, id est, trigestes, sicut vices, id est, vigefies. nam sciendum quod omnia que sunt s. centum syncopantur vt tereni, id est, tercentum, ducēi, id est, ducēti. quadragenī, id est, quadringenti: infra centum verò non syncopantur, vt quinquies, septies, decies, centies, ducenties, tricenties, millies, decies millies, vices millies & ita deinceps. Cæterum ita reperi exposita illa verba Tricies & Vices à Prisciano in opusculo de numeris. Similiter exponit eloquentissimus vir Laurentius Valen. Romanus in libro III. de elegant. lingua Latinæ sub rubr. de numeris. Olim ergo erant tricies centena millia versuum, hodie centum quinquaginta millia. & consequenter ex xx. partibus vna est compendium digestorum, quæ habemus quoad linearum numerum, quod singulariter notabis, quia non reperi hoc expositum ab aliquo Iurista de quo plurimum miror. His incidenter intermisit, quæ non sunt extra rem, sed ex re, vt not. in l. j. super verbo, bene. ff. si cer. per. respondeo ad rem, & dico: quod Iustinianus cūm edidisset Codicem Iustinianum, & deinde Digesta, vt prædixi, componi fecit Institutiones quas habemus, à Triboniano, Theophilo, & Dorotheo, ex Institutionibus veterum: & commisit inseri in illo libro Institutionum ea, quæ per constitutiones Iustiniani emendata essent: & ita factum est. Fuit autem consummata dicta ordinatio Romani iuris trib. ann. vt d. leg. ij. §. omnia igitur. Post hæc ad vnum aduertens Iustini. quod anno

Tricies centena millia versuum.

Institutiones.

componabant, qui erant alij ab ipsis præmissis compositoribus Codicis. Adde prædictis quod egregius doctor Odof. in authenticis. C. de sacrosanctis Ecclesiis, sic ait: Vnum sciatis, quod Authenticum, quod fuit compositum à Iustiniano, habet nouem collationes. Postea quando venit Fredericus minor, misit has constitutiones ad ciuitatem istam, scilicet Bono, vt doctores legum adaptarent eas singulis legibus sub congruentibus titulis. Doctores conuenerunt in sancto Petro, & aptauerunt postea quid fecerunt? Dominus Vgol. post nouam collationem, posuit librum Feudorum, & omnes const. Frederic. antiqui, & minoris, & aliquas leges Conradi Imperatoris, & vocatur Decima. collatio: sed pauci sunt qui habeant ita ordinatum in libris suis. Odofredus hæc refert, & eum sequitur Bald. in præludijs Feud. in versic. porrò. Aduertant ignorantes præsumptuosi, ne mordeant sibi labia reprehensores veritatis: quia ego vidi Odofr. ita dicentem. Aduertat etiam nouitius, quod ante Authenticas quæ sunt insertæ in C. solet esse scriptum Con. noua, id est, constitutio noua. Patet ergo ex prædictis, quo tempore fuerit factus lib. Authen. & qualiter fuit factus à Iustiniano. Item authent. quæ sunt in C. fuerunt insertæ de mandato Frederici secundi qui regnabat anno domini m. ccxv. tempore Honorij tertij: item & tempore Gregorij noni: qui Greg. ix. decessit anno domini m. ccxij. in mense Iulij & deinde regnauit ipse Inno. iij. qui fuit assumptus anno domini m. ccxliij. die j. mēsis Iulij: vt attestatur Roffredus in libellis iuris cano. in tit. ne sede vacante. & Ioan. And. cod. titulo, in additio. Iste Inno. iij. Fredericum Ecclesiam perfectentem deposuit, & Imperiali dignitate priuauit anno domini m. ccxliij. in cōsilio Lugdunensi de qua depositione habetur in cap. ad apostolicæ, de re iudicata, libro sexto. Et etiam notandum, quod cum bella fuissent inter Imperium, & quasdam ciuitates Lombardiæ tempore Henrici vj. & deinde Frederici secundi minoris: iste Fredericus secundus fecit pacem cum dictis Lombardis in ciuitate Constantiæ: quæ pacis capitula habentur pro lege, & allegatur à Doctoribus in l. imperium, ff. de iurisdictione omnium iudicum, & alibi Bald. super dicta pace in verb. volumus, dicit ipsum pro lege allegari & cōuenit allegari hoc modo: vt in extrauagati de pace Constantiæ: quam glossauit, & commentatus est Odof. deinde Bald. etiam solemniter commentatus est, reperto in archiuo Bononiensi apparere dicta pacem registratam, & dicitur conclusam anno,

Au. a. adaptata ad C.

Decima colla.

Con. noua.

Frederic. secundus. Grego. nonus.

Innocent. quartus.

De pace Constantiæ facta.

anno domini m. cclxxxv. indictione prima ann. xxij. sui imperij: regni verò anno xxxij. vij. calend. Iulij. Hæc idem feci te scribere, quia Bald. in fin. dicti commenti dicit illam pacem fuisse factam post depositionem Frederici, & tamen concludit pro lege debere seruari. vt ibi videndum. Ista pax deberet esse situata in fine libri Feudorum post alias constitutiones eiusdem Frederici secundi in illo libro insertas. Vidisti quod liber Authen. est diuisus magistraliter in nouem Collationes, & postea superuenit liber Feudorum, quem Decimam collationem vocamus: vt supra dicebat Odof. & Bar. & ponit Bart. super rubrica extrauagantis, ad reprimendū. Deinde factæ fuerunt constitutiones ad reprimendū, & constit. & quoniam nuper, ab Imperatore Henrico septimo, anno domini m. ccviiij. quas Bart. super rubric. appellat. Vndecimam collationem: & glossauit illas tempore Caroli quarti, seu Ludouici, cum fuisset donatus pluribus insignibus, & priuilegijs à præfato Henrico. & dicta Bart. super dictis extrauagantibus puto maioris autoritatis aliquibus alijs dictis eiusdem alibi: quia magis digeste edidit tanquam glossas. Sed dicit aliquis, quomodo tibi cōstet de tempore approbationis Codicis, Digestorum, Institutionum, & compilationis Authenticorum, & aliorum prædictorum: quo anno Dñi, quo anno imperij Dñi Iustiniani hæc acta sint, quo consulatu, & qua indictione? Respondeo, quod hæc collegi ex enumeratione annorum, ab Vrbe cōdita ad tempora imperij Iustiniani. Item ab Vrbe condita ad aduentum Christi. Item ab aduentu Christi ad tempora Iustiniani. Item ex data quæ ponitur in secunda constitutione, & in tertia constitutione voluminis, C. & in l. secunda C. de vet. iu. enu. & ex tempore apertè posito in Authen. Vt præponatur, & ex cōputatione chronicarum. Iterum dicit aliquis: Tu notas tempora cōsulatus domini Iustiniani Imperatoris: Si imperator, quomodo Consul? si Consul, quomodo Imperator? Respondeo, quod Imperator aliquando assumebat sibi consulatū vt quidam extraneus: & hoc erat quando sibi placebat, vt est textus in Auth. de consulis. §. fin. ibi, aduenit autem cum ipse annuerit trabea. & no. gl. in procemio digestorum in fin. gloss. Iterum dicit aliquis: Tu dicis, quod Romana sanctio fuit trinque consummata: vt dicto §. omni, imò videtur quod quinque anni sunt lapsi: nam Codex primus fuit factus tertio anno imperij domini Iustiniani: liber verò sforum, anno viij. vt §. est dictum, Gl. aduertens ad hæc in secunda constitutione, C. §. fin.

Constit. ad reprimendū.

super verbo, septimæ, dicit, quod aliqui opinantur quod duo anni fuerunt interpositi post compositionem primi Codicis ante inchoationem Digestorum. Alij verò opinantur, quod immediatè post propositionem C. fuerit inchoata compositio Digestorum: & cum triennio consummata esset, biennio fuit perfectissimum antequam publicaretur. Huius rei non habetur certitudo. Credo ergo, quod voluminis causa magis remota fuit ipse Deus, à quo lex & omnis scientia: vt suprâ dicebatur. Sequeretur videre, quæ fuerit causa materialis legalis sapientiz. Azo super hoc in summa. C. in prin. multa verba dicit acriter, & obscure loquens: ad cuius dicta in hoc omnes refugiant. verùm quia aliqui mordent dicta Azonis, si volueritis ista videre, videte per Barr. in proemio ff. præsertim in lecturis antiquis, quæ dicuntur lecturæ Paduanæ. Videte etiã Bald. ibidem, & in l. j. ff. de iust. & iur. per Ioan. Fabri. in proemio Inst. Tertio videndum esset, quæ sit causa formalis librorum iuris ciuilib. Doctores consueuerunt dicere, quòd duplex est causa formalis: nam ex parte tractatus est diuisio operis in libros, librorum in tit. titulorum in ll. legum in §§. paragraphorum in vers. opus enim constitutionum imperialium, de quibus suprâ dictum est, in duodecim libros digestum est, & conclusum, vt dicit textus in l. ij. in secunda colum. vers. omnia, C. de veter. iur. enu. Horum duodecim librorum nouem sunt inserti in volumine Codicis, quem habemas. Tres verò reliqui sunt inserti in libro qui appellatur Volumen. Constat autem totum ius Constitutionum, & Decretionum imperialium esse distinctum in dictos duodecim libros, in rubricas cccxlviij. leges quatuor millia quingentas sexaginta duas. Codex verò quem habemus habet rubricas cccxxj. leges verò tria millia, & sexentas viij. Illi verò tres libri Codicis, de quibus in Volumine, habent cccxvij. rubricas: leges verò nongentas liij. Digestum vetus habet rubr. elij. leges verò duo millia nongentas, xxvij. Infortiarum habet rubricas cj. leges verò duo millia ducentas triginta quatuor. Digestum nouum habet rubric. clxxij. leges verò duo millia nongentas octogintatres. Summa rubr. Dig. ccccxliij. leges Dig. octo millia centum trigintaquinque. Rubr. Institutionum xcix. non computato proemio. Rubric. Authenticorum xcix. Rubric. feudorum. lxxxij. ij. Capit. Feudorum quæ habentur cxxxj. Summa legum Digest. octo millia centum quinquaginta quinque: legum vero C. xij librorum, qua-

Causa materialis legu.

Causa formalis.

tuor millia quingentas sexaginta duas. Summa omnium legum Digest. Cod. & Voluminis, ponendo quemlibet titulum Institutionum, & Authenticorum pro vna lege, tredecim millia vigintiseptem. Et istud est mare per quod nauigas. Causa formalis ex parte tractandi idem est quod modus agendi qui multiplex est: Diuisionis, Ordinis, & Exemplorum positionis, & Regularum traditionis, vt per Azo. loco præallegato. Quarto loco esset videndum, quæ sit causa finalis: & super hoc dicas, vt per Azonem loco præalleg. & Doct. in dicto proemio ff. veteris. Quinto loco esset videndum, cui parti Philosophiz supponatur iuris scientia. Et dicendum est, quod Ethicæ, id est, moralis Philosophiz. Tractat enim de moribus: vt dixit text. in l. j. ff. de iust. & iure Reliqua considerate per vos, & studio inuigiletis: vt tandem consequamini, quod vobis concedat altissimus Deus, Amen.

Causa finalis. Cui parti philosophia subijciatur.

(:)

G 3

TITV



TITVLI IVRIS

VTRIVSQVE, ORDINE

ALPHABETICO DIGESTI:

Numero paginarum, quibus fin-
guli continentur, adiecto.

DIGESTI VETERIS.	Adimendis legatis.	114
A.	Ad legem Falcidiam.	116
A DOPTIONIBVS, & Emancipationibus. pag. 10.	Ad Senatusconf. Trebel.	117
Alienatione iudicij mutandi, & suscipiendi causa facta.	Assignandis libertis.	119
Ad legem Aquiliam.	Ad Senatusc. Tertullian.	129
Ad exhibendum.	DIGESTI NOVI.	
Alex lusu, & aleatoribus.	Aqua pluuiæ arcenda.	136
Ad leg. Rhodiam de iactu.	Ademptione libertatis.	139
Ad Senatusconsultum Mace- donianum.	Ad leg. Æliam Sentiam.	140
Ad Senatusc. Velleianum.	Acquirendo rerû domino.	143
Actionibus empti & vediti.	Acquirenda, vel amittenda possessione.	144
Æstimatoria actione.	Aqua quotidiana & estiuæ.	163
Ædilitio edicto, & redhibito- ria.	Arboribus cadendis.	167
INFORTIATI.	Actionibus & obligationibus.	147
Actione rerum amotarum.	Acceptationibus.	178
Agnoscedis liberis, vel parētib. vel patronis, vel libertis. ibid.	Arborum furtim cesarum.	183
Administration & periculo tutorum, vel curator. qui gesserunt vel non.	Abigeis.	187
Autoritate & consensu tut. ibid.	Accusationib. & inscriptioni- bus.	192
Acquirenda hæreditate.	Ad leg. Iuliam maiestatis.	194
Annuis legatis.	Ad legem Iuliam de adulterijs & stupro.	ibid.
Alimētis & cibarijs legatis.	Ad legem Iuliam de vi publi- ca.	195
Auro & argento legato.	Ad leg. Corneliam de sicarijs, & veneficis.	195
	Ad legem Pompeiam de par- ricidijs.	ibid.
	Ad	

Ad legem Corneliã de falsis.	dendis, vel venundandis.	18
197	Bonis damnatorum.	204
Ad leg. Iuliam repetundarum.	Bonis eorû qui ante sententiã mortē sibi cōsueverant.	205
198		C

Ad leg. Iul. de annona.	ibid.	
Ad leg. Iul. peculatus.	199	DIGESTI VETERIS.
Ad leg. Iul. de ambitu.	201	Cōstitutionibus principum.
Ad leg. Fauiam de plagiarijs.	200	Calumniatoribus.
Ad Senatusconsultum Turpi- lianum.	201	Capitis diminutione.
Appellationibus, & relationi- bus.	207	Cōmunia prædiorû tam urba- norum quàm rusticorum.
A quibus appellare non licet.	208	Communī diuidendo.
Appellationib. recipiendis vel non.	209	Conditione causa data, causa non sequuta.
An per alium causæ appella- tionem reddi possint.	211	Conditione ob turp. caus. ibi.
Apud eum à quo appellatur, aliam causam agere com- pellendum.	212	Conditione indebiti.
Ad municipales, & de incolis.	216	Conditione sine causa, ibid.
Albo scribendo.	117	Conditione furtiuæ.
Administration rerum ad ci- uitatem pertinentium.	219	Conditione ex lege. ibid.
	B	Conditione triticaria. ibid.

INFORTIATI.	Constitutæ pecunia.	49
Bonorum possessionibus.	Commodati, vel contraria.	50
Bonorû posses. infanti, furio- so, &c. competenti.	Compensationibus.	57
Bonorum possessione contra tabulas.	Contrahenda emptione.	66
Bonorum possessione secun- dus tabulas.	INFORTIATI.	
Bonorum possessionibus ex testamento militis.	Concubinis.	88
Bonis libertorum.	Cōfirmando tutore vel cur.	89
DIGESTI NOVI.	Contraria & vtili actione tu- telæ.	94
Bonis auctoritate Iudicis possi-	Curatoribus furiosis dādīs.	97
	Conditionibus institutionum.	101
	Conditionibus & demonstra- tionibus, &c.	115
	Collatione bonorum.	122
	Collatione dotis.	123
	Coniungendis cum emanci- pato liberis eius.	ibid.
	Carboniano edicto.	124
	DIGESTI NOVI.	
	Collusione detegenda.	143

Confessis.	149	dis.	220
Cessione bonorum.	150		E
Curatore bonis dando.	152	DIGESTI VETERIS.	
Cloacis.	165	Eo per quē factū erit quo mi-	
Concessionibus.	186	nus quis in iudicio sistat.	19
Crimine expilatæ hæred.	189	Edendo.	20
Crimine et stellionatus.	ibid.	Eo, quod merus causa gestum	
Collegiis illicitis, & corpori-		erit.	24
bus.	199	Ex quibus causis maiores xv.	
Custodia & exhibitione reo-		annis in integ. restit.	26
rum.	193	Eo quod certo loco dari oport-	
Cadaveribus punitorum.	207	tebit.	49
Captivus, & postlimi. reuersis,		Executoria actione.	51
& redemptis ab hostibus.	214	Euctationibus & stipulationib.	
Castrensi peculio.	216	dupli.	73
Censibus.	422	Exceptione rei venditæ.	74
		Excusationibus & temp. corū.	

D

DIGESTI VETERIS.		Eo qui pro tutore vel curato-	
Dolo malo.	pag. 24	re negotia gessit.	95
Depositum.	58	DIGESTI NOVI.	
Districtione pignorum, vel hy-		Exceptionib. seu præscriptio-	
pothecarum.	71	nibus, & præiudiciis.	170
Donationibus inter virum &		Extraordinariis criminib.	165
uxorem.	80	Effractoribus, & expilatori-	
Diuortii.	81	bus.	188

INFORTIATI.

Dote prælegata.	110	Eum qui appellauerit in pro-	
DIGESTI NOVI.		uincia defendi.	212

F

Damno infecto, & de subgrū-		DIGESTI VETERIS	
-dis & protectis.	136	Ferriis, & dilationibus, & di-	
Donationibus.	137	uersis temporibus carū.	19
Donationib. causa mortis.	137	Fideicommissoria hæredita-	
Diuersis, & temporalib. præ-		tis petitione.	29
scriptionibus.	171	Finium regundorum.	39
Doli mali, & merus exceptio-		Familiæ eriscunda.	ibid.
ne.	172	Fide instrumentorum.	76
Duobus reis cōstituendis.	175	Fundo dotali.	80
Decurionibus, & eorum fami-			
liis.	217		
Decretis [ab ordine facien-			

INFORTIATI.

Fideiussoribus, & nominatori-			
bus, & hæredibus tutorū.	96		
			Fun

Fundo instructo, & instrumē-		Jurisdictione omnium iudi-	
to legato.	111	cum.	18
DIGESTI NOVI.		In ius vocando.	ibid.
Fideicommissariis libertatib.		In ius vocati vt eant, vel sol-	
	139	uant.	17
Fluminibus, & ne quid in flu-		In integrum restitutionibus.	
mine publico fiat.	159		24
Fonte.	154	Iudiciis, & vbi quis agere de-	
Fideiussoribus, & mādatorib.		beat.	28
	176	Inofficiosq; testamento.	ibid.
Furtis.	181	Interrogatoriis actionibus.	41
Furti aduersus nautas, caupo-		Iureiurando siue voluntario.	
nes, stabularios.	183	siue necessario.	45
Furibus balneariis.	188	In litem iurando.	46
		Institoria actione.	52
		In rem verso.	55
		In diem adiectione.	60
		Id quib. causis pignus vel hy-	
		potheca tacite contrahitur.	

G

INFORTIATI.			
Gradibus affinitatis.	131		
DIGESTI NOVI.			
Glande legenda.	167		

H

DIGESTI VETERIS.		Iuris & facti ignorantia.	77
His qui sunt sui vel alieni iu-		Iure dorum.	79
ris pag. 10		INFORTIATI.	
His, qui notantur infamia.	21	Impensis in rebus dotalib. fa-	
His, qui deiecerunt, vel estu-		ctis.	84
derunt.	38	Iniusto, rupto, & irrito facto,	
Hæreditate vel actione ven-		testamento.	99
ditæ.	61	Iure deliberandi.	102
His quæ in testamento delen-		Iure codicillorum.	107
tur.	100	DIGESTI NOVI.	
Hæredibus instituendis.	ibid.	Iure auctorum annulorum.	
His quæ poenæ nomine relin-			140
quantur.	114	Interdictis.	153
His quæ pro non scriptis ha-		Itinere actūque priuato.	163
bentur.	115	Iudicatum solui.	179
His quibus vt indignis legata		Incendio, ruina, naufragio,	
aufferuntur.	ibid.	naue expugnata.	184
		Iniuriis & famosis libellis.	189

I

DIGESTI VETERIS.		Iure fisci.	213
Iustitia & iure.	pag. 7	Iure immunitatis.	219

	L	Manumissionibus.	138
DIGESTI VETERIS.		Manumissis vindicta.	ibid.
Legibus, & Senatufcon. & lōga		Manumissionib. quæ feruis ad	
conferet.	pag. 9	vnuerſitatem pertinentib.	
Lege commiſſoria.	61	imponitur.	139
Locati & conducti.	64	Manumissis testamento.	ibid.
		Migrando.	169
		Muneribus & honoribus.	218
			N
		DIGESTI VETERIS.	
Legitimis tutoribus.	89	Ne quis eū qui in ius vocatus	
Legatis & fideicommissis.	1.107	est vi eximar.	pa.17
Legatis & fideicom.	11.108	Negotiis gestis.	23
Legatis & fideicom.	111.108.	Nautæ, caupones, stabularij.	27
Liberatione legata.	113	Noxalibus actionibus.	38
Legatis præſtādis cōtra tabu-		Nautico fœnore.	75
las honor. poss. petita.	122		
Libertis vnuerſitatum.	128	DIGESTI NOVI.	
		Liberali causa.	141
		Locis & itineribus publicis.	157
		Loco publico fruendo.	1.8
		Libero homine exhibēdo.	178
		Libertis exhibendis, vel dedu-	
		cendis.	ibid.
		Litigiosis.	173
		Libellis dimiſſoriis.	210
		Legationibus.	219
			M
		DIGESTI VETERIS.	
		Minoribus xv. annis.	pag. 25
		Mortuo inferendo, & ſepul-	
		chro ædificando.	44
		Mandati.	59
			INFORTIATI.
		Magistratibus conueniēdis, &	
		corum hæredibus.	96
		Militari testamento.	103
			DIGESTI NOVI.
		Mortis causa donationibus &	
		caponibus.	137

Officio Præfecti vr̄bis.	13	Probationibus & præſumptio-	
Officio Quæſtoris.	13	nibus.	75
Officio Prætoris.	13	Pactis dotalibus.	80
Officio Proconſulis, & legati.		Peculio legato.	111
	14	Penu legata.	111
Officio Præfecti Auguſtalis.			DIGESTI NOVI.
	14	Publicanis, & veſtigalib.	136
Officio Præſidis.	15	Pro ſocio.	146
Officio Procuratoris Caſaris.		Pro emptore.	146
	15	Pro hærede.	146
Officio iuridici Alexandriæ.		Pro donato.	147
	15	Pro derelicto.	147
Officio Aſſeſſorum.	15	Pro legato.	147
Operis ſeruorum.	33	Pro dote.	148
		Pro ſuo.	148
			INFORTIATI.
Optione, vel electione legata.		Priuilegijs creditorum.	151
	110	Preario.	166
Obſequijs à liberis & libertis		Prætorijs ſtipulationibus.	179
parentibus & patrono præ-		Priuatis delictis.	181
ſtandis.	117	Præuaricatoribus.	187
Operis libertorum.	118	Popularibus actionibus.	190
		Publicis iudicijs.	191
		Pœnis.	204
		Priuilegijs Veteranorum.	216
		Pollicitationibus.	211
		Proxeneris.	222
			Q.
		DIGESTI VETERIS.	
Pactis.	pag. 40	Quod quiſque iuris in alium	
Postulando.	21	ſtatuit, iſte eodem iure vta-	
Procuratoribus & defenſori-		tur.	pag. 16
bus.	22	Qui ſatis dare cogantur.	18
Petitione hæreditatis.	29	Quod quiſque vnuerſitatis	
Poſſeſſoria hæreditatis peti-		nomine, vel contra eā age-	
tione.	29	tur.	22
Publiciana in rem actione.	30	Quemadmodū ſeruitus amit-	
Pignoratiua actione.	50	tatur.	37
Peculio.	55	Quibus rebus ad eundem iu-	
Pro ſocio.	59	dicem eatur.	41
Periculo & commodo rei vē-		Quod cum eſt, quia aliena	
ditæ.	63	potestate eſt, negotium eſſe	
Præſcriptis verbis, & in factū		gectum	
actionibus.	67		
Pignoribus, & hypothecis.	67		

R V B R I C Æ

gestum dicatur.	53	Quod vi, aut clam.	265
Quando actio de peculio est		Quarum rerum actio non da-	
annalis.	55	annalis.	173
Quod iassu.	56	Questionibus.	203
Quæ res pignori obligari pos-		Quis, & à quo appellatur.	208
sunt.	69	Quando appellandum sit.	209
Qui potiores in pignore vel		Quæ sententiæ sine appella-	
hypotheca habeantur.	69	tionem rescinduntur.	211
Quibus modis dignus vel hy-		R.	
potheca soluitur.	71	DIGESTI VETERIS.	
I N F O R T I A T I.		Rerum diuisione, & qualitate.	
Qui petant tutores vel cura-		pag. 11	
tores, & vbi petantur.	90	Receptis qui arbitrium reci-	
Quando ex facto tutores vel cura-		piunt vt sententiam dicant.	
rato. minores agere possunt,		26	
vel non.	92	Rei vindicatione.	30
Quod falso tutore autore ge-		Religiosis, & sumptibus fune-	
ritum esse dicatur.	95	rum.	43
Quemadmodum testamenta		Rebus creditis, & si certum	
aperiantur, inspiciantur, vel		peratur conditione.	44
describantur.	105	Rescindenda venditione.	62
Quando dies legatorum vel		Rerum permutatione.	66
fideicommissorum cedit.	118	Ritu nuptiarum.	79
Quibus non competit bono-		I N F O R T I A T I.	
rum possessio.	133	Rebus eorum qui sub tutela	
Quis ordo in bonorum pos-		sunt sine decreto non alie-	
sessione seruetur.	134	mandis, vel supponendis.	
DIGESTI NOVI.		97	
Qui sine manumissione ad li-		Rebus dubijs.	111
bertatem perueniunt.	140	Regula Catoniana.	114
Qui & à quibus manumissi li-		DIGESTI NOVI.	
beri non fiunt.	140	Re iudicata, & effectu senten-	
Quibus ad libertatem procla-		tiarum, & de interlocutio-	
mare non licet.	142	nibus iudicium.	148
Quibus ex causis in possessio-		Ripa munienda.	160
nem catur.	150	Riuus.	164
Quæ in fraudem creditorum		Remissionibus.	166
facta sunt; vt in integrum		Rem pupilli saluam fore.	179
restituantur.	153	Rem raram haberi.	180
Quorum bonorum.	155	Receptoribus.	187
Quorum legatorum.	156	Requirendis reis, & absentib.	

daſi

D I G E S T O R V M.

damnandis.	202	possessionem missa, &c.	37
Re militari.	215	Si mulier ventris nomine in	
Regulis iuris.	223	possessione calumniæ causa	
S.		esse dicatur.	37
DIGESTI VETERIS.		Suspectis tutoribus vel cura-	
Statu hominum.	pag. 9	toribus.	92
Senatoribus.	12	Si quis omiſſa causa testa.	105
Si quis in ius vocatus non ie-		Senatorumconsulto Sylliano,	
rit.	17	Claudioano, &c.	106
Si quis ius dicenti nõ obtem-		Si quis aliquem testari prohi-	
perauerit.	10	buerit.	106
Si ex noxali causa agatur,		Seruitute legata.	109
quemadmodum caueatur.		Supelleſtili legata.	111
18		Si cui plus quã per legem Fal-	
Si quis cautionibus in iudi-		cidiam licuerit, legetur.	117
stendi causa factis non ob-		Si tabulæ testamenti nullæ ex-	
temperauerit.	19	tabunt.	121
Si pars hæreditatis petatur.	19	Si à parçe quis fuerit manu-	
Si ager vectigalis, vel emphy-		missus.	129
teuticus petatur.	31	Si quid in fraudem patroni fa-	
Si vsusfructus petatur, vel ad		ctum sit.	129
alium pertinere negetur.	33	Si tabulæ testameti nullæ ex-	
Seruitutibus.	35	tabunt.	129
Seruitutibus prædiorum vrb.		Successorio edicto.	131
35		Suis & legitimis hæredib.	134
Seruitutib. rusticorum præd.		DIGESTI NOVI.	
35		Statu liberis.	140
Si seruitus vendicetur, vel ad		Si liberus ingenuus esse dica-	
aliũ pertinere negetur.	36	tur.	142
Si quadrupes pauperiæ fecisse		Separationibus.	151
dicatur.	37	Superficiibus.	162
Seruo corrupto.	41	Saluiano interdicto.	170
Seruis fugitiuis.	42	Stipulatione seruorum.	176
Si mentor falsum modum di-		Solutionibus & liberationib.	
xerit.	43	178	
Seruis exportandis.	64	Si quis testamento liber esse	
Sponsalibus.	78	iustus fuerit.	182
I N F O R T I A T I.		Si familia furtum fecisse dica-	
Soluto matrimonio quemad-		tur.	183
modum dos petatur.	83	Sepulchro violato.	186
Si ventris nomine mulier in		Sententiam passis.	206
		Si tu	

R V B R I C Æ D I G E S T .

Si tutor, vel curator, vel magistratus creatus appellauerint.	212	Vulgari, & appellari substitutione.	101
Si pendente appellatione mors interuenierit.	213	Vsu, & usufructu, & reditu, & habitat. &c.	109
T.		Vino tritico, & oleo lega.	110
DIGESTI VETERIS.		Vt legatorum seu fideicommissu seruandorum causa caueatur.	119
Transactionibus.	pag. 20	Vt in possessione legatoru vel fideicommissi seruandorum causa esse liceat.	119
Tributoria actione.	53	Ventre in possessionem mittendo.	123
Testibus.	77	Vnde cognati.	120
INFORTIATI.		Vnde liberi.	129
Tutelis.	88	Vnde legitimi, & vnde agnati.	130
Testamentaria tutela.	89	Vnde vir & vxor.	132
Tutoribus & curatoribus datis ab his, qui ius dandi habent, &c.	90	Veteranorum & militum successione.	134
Tutelis & rationibus distrahendis.	94	Vt ex legibus senatusq; consultis bonorum possidetur.	133
Testamentis, & qui testa facere possunt: & quemadmodum testamenta fiunt.	98	DIGESTI NOVI.	
DIGESTI NOVI.		Tabulis exhibendis.	156
Tigno iniuncto.	12	Tigno iniuncto.	12
Termino moto.	189	Termino moto.	189
V.		DIGESTI VETERIS.	
Usufructu, & quemadmodum quis vtatur.	pag. 31	Usufructu, & quemadmodum quis vtatur.	pag. 31
Usufructu accrescendo.	32	Usufructu accrescendo.	32
Usufructu eorum rerum, quae usu consumuntur, vel mihi	32	Usufructu eorum rerum, quae usu consumuntur, vel mihi	32
Vsu, & habitatione.	34	Vsu, & habitatione.	34
Usufructuarius quemadmodum caueat.	34	Usufructuarius quemadmodum caueat.	34
Vsuris, & fructibus.	74	Vsuris, & fructibus.	74
INFORTIATI.		DIGESTI NOVI.	
Ventre inspiciendo, custodiendoque partu.	86	Ventre inspiciendo, custodiendoque partu.	86
Vbi pupillus educari, vel morari debeat.	23	Vbi pupillus educari, vel morari debeat.	23

R V B R I

R V B R I C Æ
C O D I C I S .

A		num.	
Ad Senatus. Officianum.	284	Ad Senatus. Officianum.	284
Affertione tollenda.	298	Affertione tollenda.	298
Acquirenda & retinenda possessione.	300	Acquirenda & retinenda possessione.	300
Annali exceptione Italici conueniunt.	244	Annali exceptione Italici conueniunt.	244
Annos.	244	Annos.	244
Advocatis diuersorum iudiciorum.	247	Advocatis diuersorum iudiciorum.	247
Advocatis fisci.	248	Advocatis fisci.	248
Alienatione iudicij mutandi causa facta.	257	Alienatione iudicij mutandi causa facta.	257
Ad exhibendum.	266	Ad exhibendum.	266
Actionibus & obligationibus.	267	Actionibus & obligationibus.	267
An seruus ex suo facto post manumissionem teneatur.	268	An seruus ex suo facto post manumissionem teneatur.	268
Actionibus hereditariis.	268	Actionibus hereditariis.	268
Ad Senatusconsultum Macedonianum.	270	Ad Senatusconsultum Macedonianum.	270
Ad Senatus. Velleianum.	270	Ad Senatus. Velleianum.	270
Actionibus empti, & venditi.	273	Actionibus empti, & venditi.	273
Aedilicis actionibus.	275	Aedilicis actionibus.	275
Alendis liberis.	281	Alendis liberis.	281
Administratore tutorum.	283	Administratore tutorum.	283
Alimentis pupillo praestandis.	285	Alimentis pupillo praestandis.	285
Arbitrium tutela.	285	Arbitrium tutela.	285
Authoritate praestanda.	286	Authoritate praestanda.	286
Actore a tutore, seu curatore dando.	286	Actore a tutore, seu curatore dando.	286
Ad Senatusconsultum Trebellianum.	293	Ad Senatusconsultum Trebellianum.	293
Ad legem Falcidiam.	295	Ad legem Falcidiam.	295
Ad Senatusconsultum Tertullianum.	374.	Ad Senatusconsultum Tertullianum.	374.

TRIVM LIB. COD.

Auro

R V B R I C Æ

Auro coronario.	372	consciuerunt.	321
Argenti pretio quod in the- sauris infertur.	372	TRIVM LIB. COD.	
Annonis ciuilibus.	377	Bonis vacantibus.	359
Alexandriæ primariis.	378	C	
Administratore rerum publi- carum.	378	Contractib. iudicū, vel corū qui sunt circa eos, &c.	245
Aquæductu.	380	Communi diuidendo.	365
Agricolis, & censitis, & colo- nis.	280	Cōmunia vtrisque iudicij.	265
Agricolis & mancipiis domi- nicis, vel fiscalibus, &c.	383	Confortibus eiusdem litis.	265
Agentibus in rebus.	388	Conditione indebiti.	267
Apparitoribus Præfectorum prætorio.	393	Conditione ob causam dato- rum.	267
Apparitoribus præfecti vrbis.	393	Cōdictiōe ob turpē causā.	267
Apparitoribus magistrorum militum.	393	Conditione furtiua.	267
Apparitoribus proconsulis, & legati.	394	Conditione ex lege.	267
Apparitoribus comitis orien- tis.	394	Constituta pecunia.	269
Apparitoribus præfecti anno- næ.	394	Commodato.	270
B		Compensationibus.	271
Bonis libertorum.	289	Cōtrahenda emptiōe, & ven- ditiōe.	271
Bonorum possessione secun- dum tabulas.	289	Cōmuni rerum diuisione.	273
Bonorum poss. cōtra tab.	289	Commerciis, & mercatoribus	276
Bon. poss. cōtra tab. liberti.	289	Concubinis.	281
Bonis maternis.	395	Confirmando tutore.	282
Bonis, quæ liberis in potestate constitatis acquiruntur.	295	Contrario iudicia tutelæ.	286
Bonis autoritate iudicis possi- dendis, seu venundandis.	308	Curatore furiosi, vel prodigi.	287
Bonis proscriptorum.	321	Carboniano edicto.	290
Bonis eorum qui mortem sibi		Collationibus.	290

C O D I C I S.

Comminationes, Epistolas, &c. autoritatem rei iudica- re non habere.	306	monialium.	382
Confessis.	306	Conductoribus, & procurato- rib. prædiorum fiscalium.	384
Contrahenda & committen- da stipulatione.	313	Collatione fundorum si calisij.	384
Creditorem euictionem non debere.	314	Cupressis ex loco Daphnes vel Perseidis per Ægyptū non excidēdis, vel vendēdis.	384
Captiuis & postliminio re- uersis.	315	Consulibus, & non spargendis ab his pecuniis, &c.	385
Custodia reorum.	316	Comitibus consistorianis.	386
Crimine peculatus.	319	Comitibus, & tribunis schola- riū.	386
Crimine sacrilegij.	319	Comitibus rei militaris.	386
Crimine expilatæ heredita- tis.	320	Comitibus & archiatris.	387
Crimine stellionatus.	320	Comitibus, qui prouincias re- gunt.	387
Calumniatoribus.	321	Curiosis, & stationariis.	389
TRIVM LIB. COD.		Castrensis, & ministeria- nis,	389. & 366
Conueniendis fisci debitoribus.	359	Castrensi omnium palatio- rum peculio.	390
Capiendis, & distrahendis pi- gnoribus tributorū causa.	362	Castrensi peculio militum, & præfecti ananæ.	391
Canone largitionalium titu- lorum.	363	Commeatu.	392
Conditis in publicis horreis.	363	Cursu publico, & angariis, & parangariis.	393
Collatione donatorū, &c.	364	Cohortibus, principibus, corniculariis, ac primipila- riis.	394
Collatione aris.	364	D	
Classicis.	375	Diueris rescriptis, & pragma- ticis sanctionibus.	238
Curtialibus vrbis Romæ.	375	Defensoribus ciuitatum.	246
Collegiatis & chartopatris, & nummulariis.	376	Dolo malo.	251
Canone frumentario vrbis Romæ.	377	Dilationibus.	260
Capitatione ciuium censibus eximenda.	381	Depositi.	271
Colonis Palæstinis.	381	Donationibus ante nuptias.	277.
Colonis Thracensibus.	381	Dote promissione.	279
Colonis Illyricianis.	381	Dote cauta nō numerata.	280
Collatione fundorum patri-		Hh	Di

R V B R I C Æ

Divortio factō apud quem li- beri educari debeant. 281	Etia per procuratorē causam in integ. res. agi posse. 256
Dividenda tutela. 285	Ex delictis defunctorū inquā- tū hæredes cōveniātur. 269
Dedititia libertate tollenda. 296	Exercitoria, & institoria actio- ne. 270
Distractioe pignoris. 312	Eunuchis. 272
Debitorē venditionem pi- gnoris impedire nō posse. 312	EO qui pro tutore negotia gef- sit. 284
Duobus reis stipulandi. 314	Excusatione tutorum. 286
Donationibus. 315	Excusatione veteranorū. 287
Donationibus quæ sub modo conficiuntur. 315	Edicto diui Adri. tollendo. 291
Donationib. causa mortis. 315	Ex quib. causis serui pro præ- mio libertatē accipiūt. 297
TRIVM LIB. COD.	Executione rei iudicatæ. 305
Delatoribus. 360	Etia ob chirographariā pecu- niā pignus retineri posse. 312
Discussoribus. 364	Exceptionibus, seu præscri- ptionibus. 313
Decurionib. & filiis eorū. 364	Euictionibus. 314
Decretis decurionum super immunitate quibusdam cō- cedenda. 368	Emancipationibus. 314
Debitoribus ciuitatum. 378	Exhibendis, & transmitten- dis reis. 316
Diuersis prædiis, vrbaniis, & rusticis templorum, & ci- uitatum. 383	Emendatione seruorum. 317
Dignitatibus. 385	Emendatione propinquorū. 318
Domesticis & protectorib. 387	TRIVM LIB. COD.
Defentis. 389	Exactoribus tributorum. 362
Decurionibus, & occultatori- bus. 392	Excusationibus munerū. 368
Diuersis officiis, & apparito- ribus iudicum. 394	Excusationibus artificum. 370
E	Expensis publicorum ludo- rum. 380
Emendatione Codicis Iusti- niani. 226	Equestri dignitate. 390
Episcopis, & clericis. 228	Erogatione militaris annonæ. 391
Episcopali audientia. 228	Execotione, & translatione militaris annonæ. 391
Edendo. 246	Executoribus, & exactoribus. 394
Errore calculi. 247	F
Errore aduocatorum. 248	Filiis familiaris minore. 251
Ex quibus causis infamia irro- gatur. 249	Fideiussoribus minorum. 255

For

C O D I C I S.

Formulis, & impetratione a- ctionum sublatiis. 237	G. Generali abolitione. 310
Ferijs. 260	TRIVM LIB. COD.
Foro competenti. 260	Gladiatoribus. 380
Familia eriscundæ. 265	Grege dominico. 384
Finium regundorum. 265	H.
Fide instrumentorum. 269	Hæreticis, & Manichæis. 230
Fundo dotali. 281	His qui ad Ecclesias confu- giunt. 233
Fideiussoribus auctorum. 286	His qui in Ecclesia manumit- tantur. 234
Fugitiuis seruis, & libertis, &c. 288	His qui ad statuas confugiūt. 239
Furtis & seruo corrupto. 288	His qui potentiorum nomine titulos prædis affigunt. 249
Fideicommissis. 292	His qui veniam ætatis impe- trauerunt. 255
Fideicommissarijs hæredita- tibus. 296	Hæreditariis actionibus. 268
Fructibus, & litium expensis. 305	Hæreditate vel actione ven- dita. 271
Fideiussoribus, & mandatori- bus. 314	Hæredibus tutorum. 285
Falsâ moneta. 318	Hæredibus instituendis. 290
Famosis libellis. 320	His quibus vt indignis. 292
TRIVM LIB. COD.	His quæ pœnæ nomine in te- stam. relinquuntur. 292
Fide instrumentorum, & iure hæstæ fiscalis. 359	His quæ sub modo legata, vel fideicommissa relinquuntur. 293
Fiscalibus vsuris. 359	His qui ante apertas tabulas hæreditatē trāsmittūt. 294
Filiis familiaris, & quemadmo- dum pro his pater teneatur. 370	Hæreditatib. decurionum. 295
Fabricensibus. 374	His qui à non domino manu- missi sunt. 297
Frumto vrbis Constantino- politanz. 377	His qui per metum iudicis nō appellauerunt. 307
Frumto Alexandrino. 378	His qui in priorum credito- rum locum succedunt. 310
Fundis limitrophis, &c. 381	His qui latrones occultau- erunt. 320
Fundis patrimonialibus, & saltuensibus, &c. 382	TRIVM LIB. COD.
Fugitiuis colonis, &c. 382	His qui ex publicis rationibus
Fundis rei priuatæ, &c. 382	H h 2 mu
Fundis, & saltibus rei domini- cæ. 383	
Filijs officialium militarium, qui in bello moriuntur. 392	

R V B R I C Æ

mutuam pecuniam accipiunt.	359	Inofficioſo teſtamento.	264
Hiſ qui ſe deferunt.	360	Inofficioſis donationibus.	264
Hiſ qui ſponte munera ſubeunt.	367	Inofficioſis dotibus.	265
Hiſ qui à principe vacationem acceperunt.	367	Iure emphyteutico.	276
Hiſ qui numero liberorum, ſeu paupertate, excuſationem meruerunt.	369	Inceſtis nuprijſ.	277
Hiſ qui non impletis ſtipendijs ſacramento ſoluti ſunt.	369	Interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem.	278
Hiſ qui in exilium dati, vel ab ordine moti ſunt.	370	Iure dotium.	279
Hiſ, quæ ex publica collatione illata ſunt, non uſurpandis.	362	In quibus cauſis tutorem habenti tutor dari poſſit.	283
Honoratorum vehiculis.	376	In litem dando tutore, vel curatore.	284
Hiſ qui ex officio quod adminiſtrauerunt, conueniuntur.	379	In litem iurando.	285
I.		Iure aureorum annulorũ.	289
Iuſtiniano codice confirmando.	225	Inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus, & reſtitutionibus ſub conditione factis.	290
Iudæis, & cælicolis.	232	Impuberum, & alijs ſubſtitutionibus.	290
Iuris, & facti ignorantia.	235	Iure deliberandi, & ad eunda, vel acquirenda hæreditate.	291
In ius vocando.	245	Indicta viduitate tollenda.	292
In integrum reſtitutione minorum xxv. annis.	251	Ingenuis manumiffis.	298
In quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria.	254	In quibus cauſis ceſſet longi temporis præſcriptio.	301
In integrum reſtitutione poſtulata, ne quid noui fiat.	256	Interdictis.	309
Iure iurando propter calumniam dando.	257	In quibus cauſis pignus tacite contrahatur.	310
Iudicijs.	258	Iure dominijs impetrando.	313
Iuriſdictione omnium iudi.	260	Inutilibus ſtipulationibus.	314
In quibus cauſis milites fori præſcriptione uti poſſint.	264	Ingratis liberis.	314
		Infantibus expoſitis, &c.	315
		Infirmis pœnis cœlibatus, & orbitatis.	315
		Iure liberorum.	316
		Iniurijs.	320
		TRIVM LIB. COD.	
		Iure ſci.	258
		Indictionibus.	261
		Immunitate nemini concedenda	

C O D I C I S.

denda.	363	M.	
Imponenda lucretiua deſcripſione.	365	Mandatis principum.	234
Incolis.	366	Modo mulctarum, quæ à iudicibus inſiguntur.	245
Infamibus.	370	Magiſtratibus municipal.	247
Irenarchis.	372	Mandati.	271
Iure Republicæ.	368	Monopolijſ.	275
In quibus cauſis coloni capite cenſiti dominos accuſare poſſunt.	381	Magiſtratibus conueniendis.	288
L.		Mulieribus, quæ ſeruis proprijs ſe iunxerunt.	317
Legibus, & conſtitutionibus principum.	234	Maleficiſ, & mathematicis.	318
Litis conteſtatione.	260	Mutatione nominis, &c.	319
Lege Aquilia.	265	TRIVM LIB. COD.	
Locato, & conducto.	276	Municipibus & originarijs.	361
Legitima tutela.	282	Muneribus, & honoribus non continuandis.	366
Liberis, & eorum liberis.	289	Munerib. patrimoniorum.	367
Liberis præteritis, & exhereditatis.	291	Mulieribus, & in quo loco honores cognoſcant.	370
Legatis.	292	Metallarijs, & metallis, &c.	374
Legitimis hæredibus.	295	Muriſ legulis, &c.	374
Lege Fuſia canina tollenda.	296	Metropoli Beryto.	377
Latina libertate tollenda.	296	Mendicantibus validis.	377
Liberali cauſa.	298	Maiuma.	380
Longi temporis præſcriptione.	299	Mancijs & colonis patrimonialiũ & ſaluentiũ, &c.	382
Liberis exhibendis, ſeu deducendis, &c.	309	Magiſtris ſcriniorum.	386
Luitione pignoris.	312	Menſoribus.	390
Litigioſis.	313	Militari veſte.	391
TRIVM LIB. COD.		Metariſ & epidimeticis.	391
Liberitinis.	370	N.	
Legationibus.	370	Nouo codice faciend.	225
Locatione prædiorum cuius iũ vel ſiſcalium, &c.	383	Ne ſanctum baptiſma iteretur.	231
Litorũ, & itinerũ cuſtodia.	392	Nemini licere ſignum ſaluatoris Chriſti in ſilice, &c.	231
Lucris aduocatorum, & conuulſione officiorum ſiue appãitorum.	394	Ne Chriſtianum mancipium hæreticus, vel paganus, &c.	232

R V B R I C Æ

Ne comitib. rei militaris vel tribunis lucrū præteritur. 243	Ne sine iussu Principis certis iudicibus liceat confiscare. 321
Ne liceat potērioribus patrociniū litigantibus præstare. 249	TRIVM LIB. COD.
Ne fiscus vel respublica procuracionem alicui præstet. 250	Ne operæ à collatorib. exigantur. 383
Negotiis gestis. 251	Nauiculariis publicis species transportantibus. 392
Ne quis in sua causa iudicet. 259	Nauibus nō excusandis. ibid.
Noxalibus actionibus. 266	Naufragiis. ibid.
Ne vxor pro marito cōueniatur. 268	Nulli licere in frānis margaritis aptare, &c. 375
Ne filius pro patre conueniatur. ibid.	Nautis tyberinis. 377
Non numerata pecunia. 270	Negotiatores ne militent. 390
Nautico scēnore. 271	Numerariis & actuariis, &c. 393
Nūdinis & mercatoribus. 275	O
Nuptiis. 277	Officio præfecti Oriētis & Illyrici. 239
Ne fideiussores doriū dentur. 281	Officio præfecti prætorio Africæ. 240
Ne pro dote mulieri bona mariti addicantur. ibid.	Officio præfecti vr̄bis. ibid.
Naturalibus liberis. 282	Officio magistr̄i militū. ibid.
Ne tutor vel curator veſtigal conducatur. 283	Officio quaestoris. 241
Necessariis seruis hæredib. insituendis. 290	Officio magistr̄i Officiorū. 241
Ne de statu defunctorum post quinquenniū quaeratur. 299	Officio comitis sacrarum largitionum. ibid.
Nudo iure Quisitum tollēdo. ibid.	Officio comitis rerum priuararum. ibid.
Ne rei dominicæ, vel tēplorū vendicatio temporis exceptione submoueat. 302	Officio præf̄sulis, & legati. ibi.
Ne liceat in vna eademq; causa tertio prouocare. 308	Officio comitis Orientis ibi.
Nouationibus & delegationibus. 314	Officio præfecti Augustalis. ibi.
Nili aggeribus non rumpēdis. 320	Officio Vicarij. ibid.
	Officio prætoris. 242
	Officio rectoris prouinciæ. ibi.
	Officio præfecti vigilum. ibi.
	Officio ciuiliū iudicū. ibid.
	Officio præfecti annonæ. ibid.
	Officio militariū iudicū. 243
	Officio duertorū iudicū. ibid.
	Officio eius qui vicem alicuius

C O D I C I S.

ius Iudicis obtinet. 244	sine decreto nō alienādis. 287
Officio iuridici. 246	Posthumis hæredib. instit. 291
Ordine iudiciorum. 260	Peculio eius qui libertatem meruit. 299
Operis libertorum. 289	Præscriptione longi temporis x. vel xx. annorum. 300
Obsequiis patrono præstādis. 289	Præscriptione xxx. vel xl. annorum. 302
Operis noui nuntiatione. 310	Pœna Iudicis qui, malē iudicauit. 304
Operibus publicis. ibid.	Priuilégio fisci. 308
TRIVM LIB. COD.	Priuilégio dotis. ibid.
Omni agro deserto, &c. 381	Precario, & saluiano interdīcto. 309
Oblatione votorum. 392	Paganis, & templis, & sacrificiis eorum. 132
P	Precibus imperatori offerendis. 215
Paganis, & templis, & sacrificiis eorum. 132	Patria potestate. 314
Precibus imperatori offerendis. 215	Priuatiscarcerib. inhiibēdis. 318
Pactis. 247	Pœnis. 321
Postulando. 247	TRIVM LIB. COD.
Procuratoribus. 249	Pœnis fiscalib. creditores præferri. 359
Pedaneis iudicibus. 259	Petitiō bonorum sublati. 360
Plus petitionibus. 260	Prædijs curialiu sine decreto non alienandis. 365
Petitione hæreditatis. 265	Prædationibus. 269
Prohibita sequestratione pecuniæ. 266	Plus valere quod agitur. ibid.
Probatōnibus. 269	Pignoratitia actione. 270
Plus valere quod agitur. ibid.	Per quas personas nobis acquiritur. ibid.
Pignoratitia actione. 270	Pro socio. 271
Per quas personas nobis acquiritur. ibid.	Prioribus ad munera nominandis. 371
Pro socio. 271	Ponderatoribus, & auri illatione. 372
Patribus qui filios distraxerunt. 272	Prædijs, & omnibus rebus nauticulariorum. 373
Periculo & commodo rei venditæ. 273	Priuilégijs corporatorum. 375
Pactis inter emptorē & venditorem. 274	Pistoribus. 376
Pactis cōuetis super dote. 280	Priuilégijs vr̄bis Constantinopolitanæ. 376
Periculo tutorū & curat. 283	
Prædijs & alijs reb. minorum	

Periculo nominatorum. 378
 Periculo eorum, qui pro magistratibus interuenerunt. 379
 Piscalis publicis & priuatis. 382
 Prædiis Tamiacis &c. 383
 Priuilegiis domus Augustæ, vel rei priuatæ, &c. 384
 Palatinis, & domibus dominicis. ibid.
 Prætoribus, & honore prætorum, &c. 385
 Prædictis prætorio, siue urbis, & magistris militum. ibia.
 Præpositis sacri cubiculi. ibid.
 Primicerio & secundicerio, & notariis. 386
 Professoribus, qui in v. be. Cōstantinopolitana docēt, &c. 387
 Præpositis laborum. 388
 Præmissis sacrorum scriuiorum. ibid.
 Præpositis agentibus in rebus. ibid.
 Principibus agentibus in rebus. ibid.
 Palatinis sacrarum largitionum. 399
 Priuilegiis eorum, qui in sacro palatio militant. 390
 Priuilegiis scholarium. ibid.
 Perfectissimatus dignitate. ibi.
 Primipilo. 394
 Publicæ lætitiæ, vel consulum nuntiatores. ibid.
 Quando libellus principi datus fecit litis contestationē. 236
 Qui, & aduersus quos in integrum restitutio non potest. 255

Quibus ex causis maiores in integrum restituantur. 257
 Qui pro sua iurisdictione dardate possunt. 259
 Qui legitimam personam standi habent in iudicio. ibid.
 Quando Imperator inter pupillos, & viduas cognoscit. 261
 Quando licet unicuique sine Iudice vendicare se. 254
 Quando fideus vel priuatus debitorē sui debitoris exigere potest, vel conuenire. 268
 Quando cū eo, qui in aliena potestate est, negotiū gestum esse dicatur. 270
 Quæ res nō vendi possunt. 271
 Quæ res exportari non debent. 272
 Quando licet ab emptione discedere. ibid.
 Qui petant tutores. 282
 Qui dare tutores vel curatores possunt. ibid.
 Quando mulier officio tutelæ fungatur. ibid.
 Quando ex facto tutoris, vel curatoris minores agere possunt. 383
 Quando tutores vel curatores esse desinant. 286
 Qui numero liberorum se excusant. 287
 Qui morbo se excusant. ibid.
 Qui ætate se excusant. ibid.
 Qui numero tutelærum se excusant. ibid.
 Quando decreto opus non est. ibid.
 Qui admitti ad bonorum possessionem possunt. 289

Quando non petentium partes petentibus accrescāt. ibid.
 Qui testamenta facere possunt vel non. 290
 Quemadmodum testamenta aperiantur. 291
 Quando dies legati cedat. 294
 Qui manumittere nō possunt, & ne in fraudē creditorū. 297
 Qui non possunt ad hereditatem peruenire. ibid.
 Quibus nō obicitur lōgi temporis præscriptio. 301
 Quadrienni præscriptio. 302
 Quomodo & quando Iudex debet ferre sententiā, &c. 303
 Quibus res iudicata nō nocet. 306
 Quando prouocare nō est necesse. 307
 Quorum appellationes non recipiantur. ibid.
 Qui bonis cedere possunt. 308
 Quorum bonorum. 309
 Quorum legatorum. ibid.
 Quæ res pignori obligari possunt. 310
 Qui potiores in pignore habeantur. ibid.
 Quæ sit longa consuetudo. 315
 Qui accusare non possunt. 316
 Quando ciuilis actio criminali præiudicet. 319
 Quæstionibus. 320
 T R I V M L I B. C O D.
 Quando & quibus quarta pars debeatur ex bonis decurionum. 365
 Quemadmodum ciuilia mœra indicuntur. 367
 Quibus muneribus vel præstationibus nemini liceat se excusare. 308
 Qui ætate, vel professione se excusant. ibid.
 Qui morbo se excusant. ibid.
 Quibus muneribus excusantur nisi, qui post impletam militiam, &c. 369
 Quo quisque ordine conueniatur. 379
 Quibus ad conductionē prædiorum fiscalium accedere non licet. 384
 Quæstoribus, & magistris officiorum, & comitibus sacrarum largitionum & priuatæ. 386
 Qui militare possunt, vel non. 390

R

Restitutionibus minorum. 253
 Reputationibus quæ sunt in iudicio in integrum rest. 256
 Restitutione militum. ibid.
 Receptis arbitris. 257
 Rei vindicatione. 263
 Religiosis & sumptibus funerum & aleatoribus. 266
 Rebus creditis, & iureiurando. ibid.
 Rescindenda venditione. 272
 Rebus alienandis, vel non. 273
 Rem alienam gerentibus. 274
 Rerum permutatione & præscriptis verbis actione. 276
 Rei uxoris actione. 279
 Repudiis. 280
 Rerum amotarum. 281
 Repudianda bonorum possessio. 290

H h 5

Repu

Repudianda, vel abstinenda hæreditate. 291	dimissionem minor restitui velit. ibid.
Re iudicata. 301	Si aduersus solutionem. ibid.
Res inter alios acta aliis non nocet. 306	Si aduersus delictum suum. ibid.
Relationibus. ibid.	Si aduersus vfucapionem. 254
Renouandis his quæ in fraudẽ creditorũ alienata sunt. 309	Si aduersus fiscum. ibid.
Ratiociniis operum publico- rum. 310	Si aduersus creditorem. ibid.
Remissione pignoris. 312	Si vt ab hæreditate abſtineat. ibid.
Renouandis donationibus. 315	Si vt omiſſa hæreditate, vel bonorũ poſſeſſione, aliquid aliud exquirat. ibid.
Raptu Virginum. 317	Si minor ſe maiorem dixerit, vel probatum fuerit. 255
Requiritis reis. 320	Si ſæpius in integrum reſtitu- tio poſtuletur. ibid.
TRIVM LIB. COD.	Si maior factus ratum habue- rit. ibid.
Reis poſtulatũ. 370	Satiſdando. 257
Re militari. 391	Sportulis, & ſumptib. in diuer- ſis iudiciis faciendis. 258
S	Seruitutibus & aqua. 265
Summa trinitate, & fide ca- tholica. 226	Si certum petatur. 266
Sacroſanctis eccleſiis. 228	Suffragio. ibid.
Senatuſconſultis. 235	Si ſeruus extero emi ſe man- dauerit. 271
Si cõtra ius, vel vtilitatem pu- blicam, &c. 237	Si ppter publicas pẽſitationes veditio fuerit celebrata. 272
Statutis & imaginibus. 239	Sine cenſu vel aliquis fundũ comparari non poſſe. 273
Si tutor vel curator interue- nerit. 251	Si quis alteri vel ſibi ſub alteri- us nomine emerit. ibid.
Si in communi eademq; cau- ſa in integrum reſtitutio poſtuletur. 252	Si ſeruus exportandus veniat. 247
Si aduersus rem iudicatam re- ſtitutio poſtuletur. ibid.	Si mancipium ita venierit ne proſtituatur. ibid.
Si aduersus venditionem re- ſtitutio poſtuletur. ibid.	Si mancipiũ ita fuerit aliena- tum vt manumittatur. ibid.
Si aduersus venditionẽ pigno- ris. ibid.	Sponſalibus. 276
Si aduersus donationem. ibid.	Si rector prouinciæ, ſponſali- tatis dederit arras. 277
Si aduersus libertatem. 253	
Si aduersus transactionem, vel	

Si quacunq; præditus pote- ſtate, &c. 278	Senatuſcõſulto Claudioano tol- lendo. 299
Si nuptiæ ex reſcripto petan- tur. 278	Si aduersus creditorem. 301
Secundis nuptijs. 278	ſententijs præſectorum præ- torio. 303
Si ſecũdo nupſerit mulier. 279	ſententijs ex periculo reci- tandis. 303
Soluto matrimonio quemad- modum dos petatur. 280	ſententijs & interlocutionib. omnium iudicium. ibid.
Si ex pluribus tutoribus, &c. 283	ſententia quæ ſine certa quã- titate profertur. ibid.
Suſpectis tutoribus vel cura- toribus. 284	ſententijs quæ pro eo quod in teſtẽ proferuntur. 304
Si mater indemnitate pro- miſerit. 284	ſententiam reſcindi nõ poſſe. ibid.
Si contra matris voluntatem tutor datus ſit. ibid.	Si à non cõpetenti iudice iu- dicatum eſſe dicatur. ibid.
Si tutor non geſſerit. 286	Si plures vna ſententia con- demnati ſunt. 305
Si ex falſis allegationibus tut- or vel curator accuſatus ſit. ibid.	Si ex falſis inſtrumentis, vel teſtimonijs iudicatũ ſit. 306
Si tutor reipublicæ cauſa ab- eſſe cõperit. 287	Si pendẽte appellatione mors interuenerit. 307
Si quis ignorans rem minoris eſſe, ſine decreto compara- uerit. ibid.	Si vnus ex pluribus appellaue- rit. 307
Si maior factus alienationem ratam habuerit. 228	Si de momẽtanea poſſeſſione appellatum fuerit. 308
Si in fraudem patroni à liber- tis alienatio ſit facta. 289	Si per vim vel alio modo ab- ſentis turbata fuerit poſſeſ- ſio. 309
Succeſſorio edicto. 289	Si aliena res pignori data ſit. 310
Si quis aliquem teſtari prohibi- uerit, aut cõegerit. 292	Si antiquior creditor pignus venderit. 310
Si omiſſa cauſa teſtamẽti. ibi.	Si communis res pignori data ſit. 311
Si falſa cauſa adiecta in lega- to, vel fideicom. fuerit. 293	Si in cauſa iudicati pignus ca- prum ſit. 311
Suis & legitimis liberis ab in- teſtato venientibus. 294	Si pignus pignori datũ ſit. 311
Seruo communi manũ. 297	Si vedito pignore agatur. 312
Seruo pignori dato manumif- ſo. ibid.	Si vnus ex pluribus hæredib. credi
Seruis reip. manumittẽdis. ib.	

R V B R I C Æ

creditoris, &c.	313	Solutionibus & liberationib;	
Si pignoris cōventionem nu-		debitorum ciuitatis.	379
meratio pecuniz secuta nō		Spe&aculis, & scenis, & leno-	
fit.	313	nibus.	379
Solutionibus & liberationib.		Silentarijs, & decurionibꝯ	
	314	eorum.	387
Si reus vel accusator mortuus		Stratoribus.	389
fuerit.	317	Salgamo hospitiibus non prę-	
Si quis Imperatori maledixe-		itando.	392
rit.	317	T.	
Si quis eam, cuius tutor fuit		Transactionibus.	247
corruerit.	317	Temporibus in integrum re-	
Sepulchro violato.	318	stitutionis tam minorum;	
Seditiosus.	319	&c.	257
Sententiam passis, & restituc-		Testibus.	269
tis.	321	Testamentaria tutela.	282
TRIUM LIB. COD.		Tutoribus, & curatoribus il-	
Sententijs aduersus fiscū latis		lustrum personarum.	282
retractandis.	319	Tutore, & curatore qui satis	
Si liberalitatis imperialis so-		non dat.	284
cius sine hærede decesserit.		Testamento militis.	290
	369	Testamenti.	290
Superindicto.	362	Testamentaria manumissione.	
Superexactionibus.	262		296
Si seruus aut libertus ad decu-		Temporibus appellationum.	
ronatum aspirauerit.	365		307
Si propter inimicitias creatio		Tabulis exhibendis.	309
facta fuerit.	371	TRIUM LIB. COD.	
Si post creationem quis de-		Thesauris.	361
cesserit.	371	Tabularijs, scribis, &c.	371
Sumptuū recuperatione.	371	Tyronibus.	392
Susceptoribus, & prepositis, &		Tractatorijs & statuijs.	393
ararijs.	371	V.	
Suarijs & susceptoribus vini.		Veteri iure enucleando.	235
	376	Vt lite pendente, &c.	237
Studijs liberalibus.	376	Vt omnes, tam ciuiles, quam	
Si quis liber inuitus actum rei		militares iudices, &c.	243
pub. genere cogatur.	379	Vt quę defunt aduocatis par-	
Stimptus iniuncti muneris ad		tium iudex suppleat.	248
omnes collegas pertinere.		Vt nemo priuatus titulos præ-	
379		dijs suis imponat.	250

Vt

C O D I C I S.

Vt nemini liceat, sine iudicis	Vnde liberi.	289
autoritate signa rebus im-	Vnde legitimi, & vnde cogna-	
ponere.	ti.	289
Vbi, & apud quem cognitio in	Vnde vir & vxor.	290
integrum restitutionis a-	Verborum & rerum significa-	
genda sit.	tionc.	292
Vxoribus militum.	Vfuris & fructibus legatorum.	
Vt nemo inuitus agere vel ac-		293
cusare cogatur.	Vt in possessionē legatorum	
Vbi de criminibus agi oportet.	causa mittatur.	294
Vbi de possessione agi oportet.	Vindicta libertate.	296
Vbi de possessione agi oportet.	Vfucapione pro emptore.	299
Vbi fidei commissum peti oportet.	Vfucapione pro donato.	300
Vbi conueniatur qui certo loco dare promisit.	Vfucapione pro dote.	bid.
Vbi in rem actio exerceri debeat.	Vfucapione pro hærede.	ibid.
Vbi de hæreditate agatur.	Vfucapione, transformanda.	
Vbi de ratiocinijs agi oportet.		ibid.
Vbi causa status agi debeat.	Vfuris rei iudicatz.	305
	Vnde vi.	309
	Vti possidetis.	309
Vbi quis de castali, vel cohortali conditione conueniatur.	Vibonorum raptorum actio-	
Vbi senatores vel clarissimi conueniantur.	ne.	320
Vbi causę fiscales agatur.	Vt intra certum tempus criminalis quæstio terminetur.	320
Vfufuctu & habitatione.	TRIUM LIB. COD.	
Vt actiones ab hæredibus, & cōtra hæredes incipiāt.	Venditione rerum fiscalium.	359
Vfuris.	Vt nemini liceat in emptione	
Vestigalibus, & cōmissis.	specierum se excusare.	363
Vestigalia noua institui non possē.	Vacatione publici muneris.	365
Vt causę post pubertatem adfit tutor.	Veltibus holobetis, &c.	334
Vbi pupilli educari debent.	Veteris numismatis potestate.	375
Vfuris pupillaribus.	Vendendis reb. ciuitatis.	378
	Venatione ferarum.	380
	Vt armorum vsus inscio prin-	
	cipe interdicitur sit.	380
	vt dignitatū ordo seruetur.	380
	Veteranis.	392

R V B R I

R V B R I C Æ INSTITVTIO-

N V M.

A.		H.	
A doptionibus. 323		His qui sui, vel alieni iu. sunt.	
Artiliano tutore. 324		123	
Autoritate tutorum. 324		His qui dari tutores testamē-	
Ademptione legatorum, & translatione. 325		to possunt. 323	
Assignatione libertorum. 326		Hæredibus instituendis. 325	
Acquisitione per arrogationem. 326		Hæredum qualitate & differentia. 325	
Actionibus. 329		Hæreditatibus quæ ab intestato deferruntur. 326	
B.		His per quos agere possumus.	
Bonorum possessionibus. 326		329	
C.		I.	
Capitis diminutione. 323		Iustitia & iure. 322	
Curatoribus. 324		Iure naturali, gent. & civili. 322	
Codicillis. 326		Iure personarum. 322	
D.		Ingenuis. 323	
Donationibus. 325		Inofficioso testamento. 325	
Duobus reis stipulandi. 327		Inutilibus stipulationibus. 326	
Diuisione stipulationum. 327		Iniuriis. 329	
E.		Interdictis. 329	
Excusatione tutorum vel curatorum. 324		L.	
Exhæredatione liberorum. 325		Libertinis. 323	
Eo, cui libertatis causa bona addicuntur. 327		Lege Fugia Canina tollenda. 324	
Emptione & venditione. 328		Legitima agnatorum tutela. 323	
Exceptionibus & replicationibus. 329		323	
F.		Legitima patronorum tutela. 323	
Fiduciaria tutela. 323		Legitima parentum tutela. 323	
Fideicommissarijs hæreditat. 325		Legatis. 325	
Fideiussoribus. 328		Lege Falcidia. 325	
G.		Legitima agnatorum successione. 326	
Gradibus cognationum. 326		Literarum obligatione. 328	

Loca

R V B R I C Æ INSTIT.

Locatione & conductione. 328		firmentur. 325	
Lege Aquilia. 329		Quibus modis re cõtrahitur obligatio. 327	
M		Quibus modis tollitur obligatio. 328	
Militari testamento. 325		Quod cū eo, qui in aliena potestate est, negotium gestū esse dicitur. 329	
Mandatis. 328		R	
N		Rerum diuisione. 324	
Nuptiis. 323		Rebus corporalibus & incorporalibus. 324	
Noxalibus actionibus. 329		S	
O		Satisfactione tutorum, vel curatorum. 324	
Obligationibus. 327		Suspectis tutoribus. 324	
Obligationibus quæ contrahuntur consensu. 328		Seruitutibus. 324	
Obligationibus quæ ex quasi contractu nascuntur. 318		Singulis rebus per fideicommissum relictis. 329	
Obligationibus quæ ex delicto nascuntur. 327		Senatusconsulto Tertullian. 326	
Obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur. 328		Successione cognatorum. 326	
Officio iudicis. 330		Seruili cognitione. 326	
P		Successione libertorum. 326	
Patria Potestate. 323		Successionibus sublatis. 327	
Per quas personas nobis acquiritur. 325		Stipulatione seruorum. 327	
Per quas personas nobis obligatio acquiritur. 328		Societatibus. 328	
Perpetuis & temporalibus actionibus. 329		Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. 329	
Pœna temerè litigantium. 330		Satisfactionibus. 329	
Publicis iudiciis. 330		T	
Q		Tutelis. 323	
Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur. 323		Testamentis ordinandis. 325	
Quibus modis tutela finitur. 324		V	
Quibus alienare licet, vel non. 325		Vsufuctu. 325	
Quibus modis testamenta in-		Vsu, & habitatione. 324	
		Vsucapione, & longitemporis prescriptione. 324	
		Vulgari substitutione. 325	
		Verborum obligatione. 327	
		Vi bonorum raptorum. 328	

A V T.

A V T H E N T I C O R V M R V B R I C Æ.

A	Ecclesiasticarū rerum immo- bilium alienatione.	336
Administrantibus officia in sacris appellationibus.	Exhibendis, & introducendis reis.	337
338	Executoribus, & his qui con- ueniuntur.	348
Appellationibus, & intra quæ tempora appellari debeat.	Ecclesiasticis titulis, & priui- legiis.	355
339	F	
Apud quos oportet causas di- cere monachos, & assiste- rias.	Fideiussoribus, & mandatori- bus	332
Armis.	Filiis ante dotalia instrumen- tariis.	334
Administratoribus.	Hæredibus & Falcidia.	331
Appellationibus.	His qui ingrediuntur ad appel- landum, &c.	339
Alienatione & emphyteusi.	His qui ingrediuntur monaste- riū, & subiectis eorum.	343
354	Hæc constitutio innouat, &c.	352
Æqualitate dotis.	Hæredibus ab intestato ve- nientibus.	351
C	I	
Constitutio Iustiniani ad præ- fectum prætorio.	Iurandum quod præstatur ab his, qui administrationē accipiunt.	333
Consulibus.	Incestis nuptiis, & nephariis.	333
Constitutio quæ ex ascriptio & lib.	Iureiurando à moriente præ- stito	336
Constitutio quæ de dignitari- bus.	Instrumentorum cautela, & fi- de.	342
Collatoribus & aliis capitulis.	Iudicibus.	335
357	Immensis donationibus in fi- lio,	
Cōsanguineis & vterinis fra- tribus.		
346		
D		
Defensoribus ciuitatum.		
Deposito, & denuntiationibus inquinorum.		
346		
Duobus reis promittendi.		
349		
E		

A V T H E N T I C O R V M.

lios factis.	347	efficiantur legitimi.	342
In medio litis non fieri sacras formas.	353	Quæstore.	445
Interdictis collegiis hæreti- corum.	357	Quibus modis naturales effi- ciuntur sui.	347
L		R	
Lenonibus.	333	Referendariis sacri palatii	333
Litigiosis, & decima parte litis ab actore cautela præstan- da.	352	Restitutione, & ea quæ parit in vndecimo mense.	335
M		Restitutione fideicommissi.	351
Monachis.	332	& 356	
Mensura ordinandorum cleri- corum.	334	Raptis mulieribus quæ rapto- ribus nubunt.	357
Mandatis principum.	334	S	
N		Scenicas non solum si fideiuf- sores præstent, &c.	337
Non eligendo secundo nubē- tes mulieres.	331	Sancitissimis episcopis.	358
Non alienandis aut permu- tandis rebus ecclesiasticis.	333	T	
333		Triente & semisse.	334
Nuptiis.	335	Tabellionibus.	336
Nullum credentem agricola tenere illius terram.	335	Testibus.	347
Noui operis nuntiatione ma- ritimi conspectus.	340	Tempore non soluta pecu- nia super dote.	349
Neque virum quod ex dote est, nec mulierem ex spon- sualitia largitate lucrū pro- prium habere.	350	Testamentis imperfectis à pa- rentibus in filios factis.	351
P		V	
Priuelegiis dotis mulieribus hæreticis non præstandis.	351	Vt determinatus sit numerus clericorum.	332
351		Vt iudices sine quoquo suffra- gio fiant.	333
Q		Vt ecclesia Romana gaudeat centum annorum præscri- ptione.	333
Quomodo oportet episco- pos & reliquos clericos ad ordinationem deduci.	332	Vt præponatur nomen Impe- ratoris.	336
332		Vt non fiant pignorationes pro aliis personis, &c.	337
Quibus modis naturales filij		I i	Vt de

Vt de cætero commutationes ecclesiasticarum rerum non fictè fiant. 338
 Vt ea quæ vocentur insinuatia, semper clerici in maioribus ecclesiis dentur, &c. 338
 Vt clerici qui recedunt, alijs pro eis præbeant surrogatis emolumenta, &c. 339
 Vt in priuatis domibus sacra mysteria non fiant. 339
 Vt defuncti, seu funera eorum non iniurientur, &c. ibid.
 Vt immobilia antenuptialis donationis neq; hypothecadentur, neque omnino alienentur. 340
 Vt factæ nouæ constitutiones earum post duos menses valeant. 340
 Vt nullus fabricet oratorij domos præter voluntatem episcopi. ibid.
 Vt illustribus, & qui super eam dignitatem sunt, &c. 341
 Vt ordinariæ præfecturæ verbanæ, etiam prætorianæ ducæ, &c. 341
 Vt omnes obediant iudicibus prouinciarum. ibid.
 Vt hi qui obligatas se habere perhibent res minorum, aut obligati sunt eis, ad eorum gubernationem penitus non accedant. 342
 Vt non luxurientur contra naturam. 343
 Vt liberti de cætero aureo non indigeant annulo. 344
 Vt clerici apud proprios epi-

scopos primùm conueniantur. 346
 Vt sine prohibitione matres debitrices & creditrices tutelam gerant minorum. 347
 Vt exactione instante dotis primæ & secundæ, viro ad secunda vota migranti præponatur vxor prima, &c. 348
 Vt neque miles neque federatus obseruetur domui priuata. 352
 Vt diuinæ iussiones subscriptiones habeant gloriosissimi Quæstoris. 352
 Vt cum de appellatione cognoscitur secundum illas leges debeat iudicari, quæ tempore latæ sententiæ obtinebant. 353
 Vt liceat matri & auis, & alijs parentibus post legitimam partem liberis relictam, residuum disponere. ibid.
 Vt sponsalitia largitas specialis sit contractus. 354
 Vt iudices non expectent sacras iussiones. 345
 Vt litigantes iurent in exordio litis. 355
 Vt fratrum filij succedant patriter ad imitationem fratrum. 355
 Vt nulli iudicum liceat habere loci seruatorem. 356
 Vt differentes iudices audire interpellantium allegationes cogantur ab episcopis, &c. 356
 Vt iuris nauticis. 357

CONSVETVDI
 NVMFVDO-

R V M.

A.
 Alienatione feudi. 397
 An maritus succedat vxori in beneficio. 398
 Apud quem vel quos controuersia feudi diffiniatur. 398
 An remoueri debeant testes qui paresse deserint. 401
 An mutus, vel aliter imperfectus, feudum teneat. 402
 An ille, qui interfecit fratrem domini sui, feudum amittat. 403
 Alienatione paterni feudi. 403
 An agnatus, vel filius defuncti possit retinere feudum, repudiata hæreditate. 403
 An apud iudicem, vel curiam domini quæstio feudis terminari debeat. 403
 Allodijs. 404
 Beneficio fratris, & qualiter frater in eo succedit. 398
 C.
 Contentione inter dominum & fidelé de inuestitura feudi. 399
 Constitutiones feudi domini Lotharij imperatoris, &c. 398
 Contentione inter dominum & vasallum, de inuest. feud. 398
 Controuersia feudi apud pares terminenda. 401
 Controuersia inter episcopum & vasallum. 401
 Consuetudine feudi. 402
 Clerico qui inuestiturâ facit. 402
 Capitulis Conradi. 403
 Controuersia inter masculû & feminam de beneficio. 403
 Controuersia inter dominum & emptorem feudi. 403
 Controuersia inter vasallum, & alium de beneficio. 403
 Capitaneo qui curiam vendidit. 404
 D.
 Duobus fratribus & capitaneo inuestitis. 401
 E.
 Episcopum, vel abbatem, vel abbatissam, vel dominum plebis, feudum dare nõ posse. 396
 Eo qui finem fecit agnato de feudo paterno. 403
 Eo qui sibi vel hæredibus suis inuestituram accepit. 403
 F.
 Feudo non habente propriam feudi naturam. 403
 Feudi cognitione. 403
 Feudo guardiæ, & castaldia. 396
 Feudo marchia, vel comitatibus, vel ducatus. 397

Feudis datis minoribus valua-	398	foribus quid iuris.	398
Feudo sine culpa non amittendo.	398		
Feudo dato in vicem legis commissoria.	399		
Forma fidelitatis.	400		
Fratribus de nouo beneficio inuestitis.	ibid.		
Filijis natis ex matrimonio admorganicam cōtracto.	402		
Feudo foemina.	ibid.		
H.			
His qui feudum dare possunt.	395		
Hic finitur lex, deinde consuetudines regni incipiunt.	402		
I.			
Inuestitura de re aliena facta.	400		
Inuestitura, quam Titius accepit à Sempronio.	ibid.		
Inuestitura in maritum facta.	ibid.		
In quibus causis amittatur feudum.	401		
L.			
Lege Conradi.	402		
M.			
Milite vasallo qui contumax est.	401		
N.			
Natura feudi.	397		
Noua forma fidelitatis.	400		
Natura successionis feudi.	404		
Notis feudorum.	ibid.		
P.			
Pignori dato feudo, quidiuris			

Per quos fiat inuestitura.	399		
Pace tenenda, & eius violatoribus.	402		
Prohibita feudi alienatione per Lotharium.	404		
Pace tenēda inter subditos, ib.			
Prohibita feudi alienatione per Fredericum.	ibid.		
Q.			
Qui successores feudum dare teneantur.	396		
Quibus modis feudum amittatur.	396		
Qui successores teneantur.	397		
Quibus modis feudum amittatur.	390		
Quo tempore miles inuestituram petere debeat.	398		
Quemadmodum feudum ad filiam pertineat.	339		
Quibus modis feudum conkitui potest.	ibid.		
Quid sit inuestitura feudi, ib.			
Quid pcedere debeat, an inuestitura, vel fidelitas, ibid.			
Qualiter iurare debeat vassallus domino fidelitatis, ibid.			
Qualiter olim poterat feudū alienari.	400		
Quis dicatur marchio, comes, capitaneus, vel vasallus, ibid.			
Quæ fuit prima causa beneficij amittendi.	401		
Qui testes necessarii sint ad nouam institutionem probandam.	402		
Quid iuris, si vasallus post alienationem feudum recuperet.	403		

Qua

Qualiter dominus proprietate feudi priuetur.	403	Si de feudo contentio sit inter dominum, & agnatos vasalli.	404
Quot testes sint necessarij ad probandum feudi ingratitude.	404	Si vasallus feudo priuetur cui deferatur.	404
S.			
Si de inuestitura feudi cōtro- uersa fuerit.	396	Vasallo decrepitæ ætatis qui feudum renūciauit, vt filij inuestirentur.	401
Successione feudi.	397	Vasallo milite, qui arma bellica deposuit.	401
Si de inuestitura inter dominum & vasallum lis oritur.	399	Vasalla qui cōtra cōstitutionem Lotharij beneficium alienauit.	403
Successione fratrum.	400		
Si de feudo vasallus ab aliquo interpellatus fuerit.	402		

D E C R E T A L I V M

T I T V L I

* * *

A.		Baptismo & eius effectu.	423
C.			
Autoritate & vsu pallij.	406	Constitutionibus.	405
Ætate, & qualitate, & ordine p̄ficiendorum.	407	Consuetudine.	406
Arbitris.	412	Corpore vitiatas.	408
Appellationibus, recusationibus & relationibus.	415	Clericis peregrinis.	409
Accusationibus, & inquisitionibus & denūciationibus.	428	Causa possessionis & proprietatis.	414
Apostatis, & reiterantibus baptisimum.	429	Confessis.	ibid.
Adulterijs, & Stupro.	430	Clericis peregrinantibus.	416
		Confirmatione vtili, vel inutili.	416
		Cohabitatione clericorum & mulierum.	ibid.
		Clericis coniugatis.	ibid.
		Clericis non residentibus.	417
		Clerico ægrotante, vel debilitato.	416

Bigamis non ordinandis. 409

Concessione præbendæ.	418	Diuortijs.	428
Commodato.	419	Donationibus inter virum & vxorem.	428
Conuersione coniugatorum.		Delictis puerorum.	430
421		E.	
Conuersione infidelium.	ibid.	Electione, & electi potestate.	
Capellis monachorum.	422	426	
Censibus, & exactiõib.	422	Eo qui mittitur in possessiõnem causa rei seruandæ.	
Consecratione ecclesiæ, vel altaris.	ibid.	414	
Celebratione missarum.	423	Exceptionibus.	415
Custodia eucharistiæ.	ibid.	Emptione, & venditione.	419
Clãdestina deipõsatione.	425	Ecclesijs edificandis.	424
Cõditionibus appõsitis in desponsatione & matrimonio.	425	Eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulteriũ.	
426		426	
Coniugio leproforum.	426	Eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ.	427
Coniugio seruorum.	426	Eo qui furtiuè ordines recepit.	431
Cognatione spirituali.	426	Excessibus prælatorum.	431
Cognatione legali.	427	F.	
Consanguinitate & affinitate.	427	Filijs presbyterorum ordinãdis.	408
Calumniatoribus.	428	408	
Clericis peregrinantibus.	429	Foro competentis.	411
Grimine falsi.	430	Ferijs.	413
Collusione detegenda.	430	Fide instrumentorum.	415
Clerico venatore.	430	Feudis.	419
Clerico percussore.	430	Fideiussoribus.	419
Clerico excommunicato ministrante.	430	Frigidis & maleficiatis.	427
Clerico non ordinato ministrante.	431	Furtis.	413
Clerico per saltum promotõ.	431	H.	
D.		His quæ vi, metusve causa sunt.	411
Dilationibus.	413	His quæ sunt à prælato sine consensu capituli.	418
Dolo, & contumaciã.	414	His quæ sunt à maiore parte capituli.	ibid.
Depõsito.	419	Hæreticis.	429
Donationibus.	420	His qui filios occiderunt.	ibi.
Decimis, primitijs, & oblationibus.	420	Homicidio voluntario, vel ca	
Despõsatione impuberũ.	425		

iguali.		ibid.	Officio primicerij.	409
			Officio Sacristæ.	ibid.
Iudiciis.	411		Officio custodis.	410
Iuramento calumniæ.	413		Officij Vicarij.	ibid.
Iureiurando.	415		Officio & potestate iudicis delegati.	ibid.
Institutionibus.	ibid.		Officio legati.	ibid.
Iure patronatus.	422		Officio ordinarij.	ibid.
Immunitate ecclesiæ.	424		Officio iudicis.	411
Iudæis & Saracenis.	429		Ordine cognitionum.	413
Infantibus & languidis expositis.	ibid.		Obseruatione ieiuniorũ.	423
Iniuriis & damno dato.	431			
		P		
			Postulatione prælatorum.	406
			Pactis.	411
			Postulando.	ibid.
			Procuratoribus.	ibid.
			Probationibus.	411
		M	Præsumptionibus.	415
			Præscriptionibus.	ibid.
			Præbendis & dignitatibus.	417
			Pignõribus.	419
			Peculio clericorum.	420
			Paucis.	ibid.
			Presbytero nõ baptizato.	423
			Purificatione post partũ.	424
			Purgatione canonica.	431
			Purgatione vulgari.	ibid.
			Pænns.	ibid.
			Penitentis & remissionibus.	430
			Qui clerici vel vouentes matrimonium contrahere possunt.	425
			Qui filij sint legitimi.	427
			Qui matrimonium accusare possunt.	ibid.
			R	
			Rescriptis.	405
				R.

TITVLI DECRETAL.

Renuntiatione.	407	Sponsa duorum.	426
Restitutions in integrum.	412	Secundis nuptiis.	428
Restitutions spoliatorū.	414	Simonia.	ibid.
Rebus ecclesiæ alienandis.	418	Schismaticis.	429
Rerum permutatione.	419	Sagittariis.	ibid.
Regularibus, & transeuntibus ad religionem.	421	Sortilegijs.	430
Religiosis domibus.	422	Sententia excommunicatio- nis.	431
Reliquiis & veneratione san- ctorum.	423	T	
Raptoribus, & incendiarijs, & violatoribus ecclesiarū.	430	Translatione episcopi.	406
Regulis iuris.	432	Temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorū.	407
S		Treuga & pace.	411
Summa trinitate, & fide ca- tholica.	405	Transactionibus.	411
Supplenda negligentia prela- torum.	407	Testibus, & attestationibus.	414
Scrutinio in ordine faciendo.	407	Testibus cogendis.	415
• Sacra vnctione.	408	Testamentis & vicimis volun- tatis.	420
• Sacramentis non iterandis. ibi.	ibid.	Torneamentis.	429
Seruis non ordinandis.	ibid.	V	
Syndico.	411	Vt lice non contestata, nō pro- cedatur ad receptionem te- stium.	413
Sententia & re iudicata.	415	Vita & honestate clericorum.	416
Solutionibus.	420	Vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.	418
Successionibus ab intestato.	ibidem.	Voto, & voti redemptione.	224
Sepulturis.	ibid.	Vfuris.	430
Statu monachorum, & cano- nicorum regularium.	422	Verborum significatione.	432
Sponsalibus, & matrimonijs.	425		

F I N I S.

